

BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM GRAECORUM
ET ROMANORUM
TEUBNERIANA

# GRAMMATICAE ROMANAE FRAGMENTA

G. FUNAIOLI

I

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI

STANFORD UNIVERSITY
LIBRARY

**Vorträge und Aufsätze.** Von H. Usener. [V u. 259 S.] gr. 8. 1907. geh. ℳ 6.—, in Leinwand geb. ℳ 8.—

[illegible]

**Grundriß der Geschichte der klassischen Philologie.** Von Prof. Dr. A. Gudeman. [VI u. 224 S.] gr. 8. 1907. geh. ℳ 4.80, in Leinwand geb. ℳ 5.80.

[illegible]

**Abriß der griechischen Metrik.** Von Prof. Dr. P. Masqueray. Ins Deutsche übertragen von Dr. Br. Pressler. [XII u. 245 S.] 8. 1907. geh. ℳ 4.40, in Leinwand geb. ℳ 5.—

[illegible]

**Vergils epische Technik.** Von Rich. Heinze. [VIII u. 487 S.] gr. 8. 1908. geh. ℳ 12.—, in Halbfranz geb. ℳ 14.—

[illegible]

**Die hellenische Kultur.** Dargestellt von Fritz Baumgarten, Franz Poland, Richard Wagner. 2. Auflage. Mit 7 farbigen Tafeln, 2 Karten und gegen 400 Abbildungen im Text und auf 3 Doppeltafeln. [X u. 491 S.] gr. 8. 1907. geh. ℳ 10.—, in Leinwand geb. ℳ 12.—

[illegible]

[illegible]

**Charakterköpfe aus der antiken Literatur.** Von Prof. Dr. Ed. Schwartz. Fünf Vorträge: 1. Hesiod und Pindar; 2. Thukydides und Euripides; 3. Sokrates und Plato; 4. Polybios und Poseidonios; 5. Cicero. 2. Aufl. [VI u. 125 S.] gr. 8. 1906. geh. ℳ 2.—, in Leinwand geb. ℳ 2.60.

[illegible]

**Geschichte des hellenistischen Zeitalters.** Von Julius Kaerst. I. Band: Die Grundlegung des Hellenismus. [X u. 433 S.] gr. 8. 1901. geh. ℳ 12.—, in Halbfranz geb. ℳ 14.—

[illegible]

# GRAMMATICAE ROMANAE FRAGMENTA

COLLEGIT RECENSUIT

HYGINUS FUNAIOLI

VOLUMEN PRIUS

MCMVII

LIPSIAE

*IN AEDIBUS* B. G. TEUBNERI

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

**ingratus sum, nisi illum inter gratissimas necessitudines diligo.** ***Sen. de benef. 6,16***

# FRANCISCO BUECHELER

## SACRUM

# PRAEFATIO

disiecta grammaticorum frusta ut colligerem ante hos tres fere annos Buecheler mihi auctor fuit: en habes, lector, studiorum primitias, quas quaeso, qualescumque sunt, benigne accipias. non multa deesse spero, multa perpolita non esse scio, alia fortasse errata erunt, quae tironi benevole ignosces. ac praesertim doleo quod in auctorum rerumque nominibus decurtandis non semper constans fui, ut p. 107 fr. 1. 100, 2. 113, 8. 116, 13 Varronis Florentinum codicem primum 'Flor.' indicavi, deinde 'F'; quod idem interdum in litteratura accidit (cf. Addenda et corrigenda).

de ratione libri haec monenda sunt. in quattuor scilicet partes ex temporum rationibus divisus grammaticos vetustiores usque ad Tiberii aetatem continet: grammaticis accedunt varii scriptores, sive nomina enodaverunt sive grammaticam litterasque tetigerunt; in quibus tamen brevitatis causa intra terminos eorum, quorum fragmenta tantum habemus, manendum fuit. quod autem Lucilium inter grammaticos rettuli, noli errori tribuere; eum enim ab Accio separandum non esse putavi. Festi locos verbis 'alii dicunt' et sim. incipientes suscipere non potui, nisi totum opus exscribere volebam. reliquias ita disposui, ut certae semper a dubiis, incertae sedis res a certae sedis fere semper seiungerentur; quae tamen ratio in Varrone tenenda non fuit, ne eae nimis dispertirentur: hic igitur potissimum discriminis signis uti necesse fuit. ceterum in praeceptis grammaticis rerum, in etymis litterarum ordinem secutus sum. vitae etiam librorumque *testimonia*, quoad fieri potuit, omnia protuli; *ubi longior materia* suppeditabat, in gravissimis acquievi.

in indicibus conficiendis comiter me adiuverunt amici optimi I Aistermann et P Becker, seminarii philologorum Bonnensis seniores. in libro autem emendando ultro mihi operam dedit F Solmsen, qui magna ex parte plagulas legit; nec defuit Vitellii prompta voluntas auctoritasque. consiliis etiam F Ramorino et R Sabbadini me adiuverunt. his omnibus viris gratiam habeo magnam. sed nemini tantum me debere profiteor quantum Buechelero, eiusque nomen auspicatissimum libri exordium esse volui, ut quae ab eo accepi ei redderem. non solum enim publice et privatim docendo auctor et dux operis fuit, sed in plagulis etiam emendandis multa et pulchra addidit, complura falsa reiecit, alia manca supplevit aut obscuriora illustravit. quod si tamen, praestantissime magister, hoc donum meum summo viro non satis dignum est, Plinii verba in memoriam redigas velim: 'dis lacte rustici multaeque gentes et mola litant salsa qui non habent tura, nec ulli fuit vitio deos colere quoquo modo posset'.

Dabam Bonnae mense Augusto MCMVII.

# SIGLA

*Anecd. H.* = *Anecdota Helvetica* (*Gramm. Lat. suppl. ed. Hagen*)
*CAF* = *comicorum Atticorum fragmenta, ed. Kock*
*CGF* = *comicorum Graecorum fragmenta, ed. Kaibel*
*CGK* (*GLK*) = *corpus grammaticorum Latinorum, ed. Keil*
*CGL* = *corpus glossariorum Latinorum, ed. Goetz et Gundermann*
*CIA* = *corpus inscriptionum Atticarum*
*CIL* = *corpus inscriptionum Latinarum*
*FHG* = *fragmenta historicorum Graecorum, ed. CMueller*
*FPR* = *fragmenta poetarum Romanorum, ed. Baehrens*
*HRF* = *historicorum Romanorum fragmenta, ed. Peter* (*Lipsiae 1883*)
*HRR* = *historicorum Romanorum reliquiae, ed. Peter* (*Lipsiae 1906*)
*IA* = *iurisprudentiae antehadrianae quae supersunt, ed. Bremer*
*IGronovius* = *Iacobus Gronovius*
*IFGronovius* = *Ioa. Fr. Gronovius*
*ORF*[2] = *oratorum Romanorum fragmenta, ed. Meyer* (*Turici 1842*)
*Pauly-Wiss. RE* (*Pauly RE*) = *Pauly-Wissowa* (*Pauly*) *Real-Encyclopädie*
*PLG* = *poetae lyrici Graeci, ed. Bergk*
*PLM* = *poetae Latini minores, ed. Baehrens*
*SRP* = *scaenicae Romanorum poesis fragmenta, ed. Ribbeck* (*Lipsiae 1897 et 1898*)
*Serv.* (*Dan.*) *significat verba quae afferuntur partim additamenta Danielis esse.*
*verba uncis* ⟨ita⟩ *inclusa addita vel* suppleta sunt, cancellis *[ita] spuria, [ita] adnotata.*

† *in contextu orationis verba corrupta indicat, † ante numeros fragmentorum libros, unde haec sumpta sint, nominatos non esse monet.*

* *indicat dubium vel scriptoribus coniectura tributum fragmentum,* ** *lacunam, .... codicum vacuum spatium, — verba omissa,* /// *rasuram.*

*Festum attuli secundum paginas Muelleri, grammaticos Latinos Keilii, Nonium Merceri (versum Lindsayi), Suetonium Reifferscheidii; carmina Saliorum secundum numeros Maurenbrecheri, Catonem Iordani, Ennium Vahleni, legem XII tabularum Schoellii, Lucilium Marxii, Plautum Leonis.*

---

# PROLEGOMENA

## A. DE LUDIS LITTERARUM ET MAGISTRIS

### I

**_Suet. de gramm. 1 = Varro fr. 320_ grammatica Romae ne in usu quidem olim, nedum in honore ullo erat, rudi scilicet ac bellicosa etiam tum civitate necdum magnopere liberalibus disciplinis vacante.**

*antiquissimi ludi litterarum memorantur a Livio 3, 44, 6. 9, 36, 3. 6, 25, 9. Dionys. H. 11, 28. Plut. Rom. 6. de eorum appellatione cf. Festus p. 347ᵃ, 31. de materia docendi Plaut. most. 126. Cic. de leg. 2, 9. 59 (Schoell, leg. XII tab. p. 4). Varro de vita p. R. ap. Non. p. 77, 2. Hor. ep. 2, 1, 69. universe de re cf. L Friedländer, Darstell. aus d. Sittengesch. Roms[5] 3, 331 sq. Eckstein, Encycl. d. Erzieh.- u. Unterrichtsw.[2] 4, 204 sq. de magistris praesertim A Hillscher, Fleck. Jahrbb. suppl. 18 (1892) p. 355 sq. E Jullien, les professeurs de littérature dans l'ancienne Rome (Paris 1885). IE Sandys, History of class. scholarship (Cambridge 1903) p. 105 sq. 166 sq.*

1. *Suet. de gramm. 1 = Varro fr. 320* initium quoque eius [*grammaticae*] mediocre extitit, si quidem antiquissimi doctorum, qui idem et poetae et semigraeci erant (Livium et Ennium dico, quos utraque lingua domi forisque docuisse adnotatum est), nihil amplius quam Graecos interpretabantur, aut si quid ipsi latine composuissent praelegebant. *de Ennio vd. p. 3 sq. 7 sq.*

2. *Plut. quaest. R. 59* ὀψὲ δ' ἤρξαντο μισθοῦ διδάσκειν, καὶ πρῶτος ἀνέῳξε γραμματοδιδασκαλεῖον Σπόριος

*Καρβίλιος ἀπελεύθερος Καρβιλίου τοῦ πρώτου γαμετὴν ἐκβαλόντος. Sp. Carvilius Ruga a. 520/234 consul fuit, qua aetate Carvilius libertus eius auctoritate floruisse credendus est. de Carvilio grammatico vd. p. 3.*

*3. Plut. Cato ma. 20 χαρίεντα δοῦλον εἶχε γραμματιστὴν ὄνομα Χίλωνα πολλοὺς διδάσκοντα παῖδας.*

*4. Plut. Aem. Paul. 6 οὐ γὰρ μόνον γραμματικοὶ καὶ σοφισταὶ καὶ ῥήτορες, ἀλλὰ καὶ πλάσται — Ἕλληνες ἦσαν περὶ τοὺς νεανίσκους. haec tempus ante bellum Macedonicum respiciunt. id. ibid. 33 τὰ τέκνα τοῦ βασιλέως ἤγετο δοῦλα καὶ σὺν αὐτοῖς τροφέων καὶ διδασκάλων καὶ παιδαγωγῶν δεδακρυμένων ὄχλος [a. 587/167]. cf. Polyb. 32, 10 (a. 588/166).*

*hac antecratetea aetate una cum grammaticis rhetores et philosophi Graeci Romae docebant; cf. Athen. 12, 547[a].*

## II

**_Suet. de gramm. 4_ appellatio grammaticorum Graeca consuetudine invaluit, sed initio litterati vocabantur. — veteres grammatici et rhetoricam docebant, ac multorum de utraque arte commentarii feruntur. secundum quam consuetudinem posteriores quoque existimo quamquam iam discretis professionibus nihilo minus vel retinuisse vel instituisse et ipsos quaedam genera meditationum ad eloquentiam praeparandam, ut problemata paraphrasis allocutiones ethologias atque alia hoc genus, ne scilicet sicci omnino atque aridi pueri rhetoribus traderentur.**

*cf. Orbil. fr. 2. Nepos fr. 14. Mess. Corv. fr. 5. de officio grammatici cf. Varro fr. 234 sq. et Gudeman, Grundr. z. Gesch. d. class. Phil. (Lpz. 1907) p. 4 sq.*

7 meditat. *Vindob. Ottob.* institutionum *superscr.* l'meditationum *Neap.* institut. *in mg.* meditat. *Gudian.* institut. *rell. cf. Ihm, Rh. Mus. 61, 550* 8 aethiologias (-thy-): *em. Beroaldus*

*5. Suet. de gramm. 2 = Varro fr. 320* primus igitur, quantum opinamur, studium grammaticae in urbem intulit Crates Mallotes Aristarchi aequalis, qui missus ad senatum ab Attalo rege inter secundum ac tertium Punicum bellum sub ipsam Ennii mortem [*a. 585/169*], cum regione Palatii prolapsus in cloacae foramen crus fregisset, per omne legationis simul et valetudinis tempus plurimas acroasis subinde fecit assidueque disseruit ac nostris

exemplo fuit ad imitandum. hactenus tamen imitati, ut carmina parum adhuc divolgata vel defunctorum amicorum vel si quorum aliorum probassent, diligentius retractarent ac legendo commentandoque etiam ceteris nota facerent. *legatio Cratetis eadem esse videtur quae ad a. 586/168 a Livio memoratur (45, 13, 12; cf. Leo, Pl. F. p. 29 adn. 1). aliter Jullien p. 369. cf. etiam Sandys p. 156 sq. ceterum vim Cratetis ad Romanorum grammaticam altius tolli non licere, verba 'quantum opinamur' ostendunt (cf. praesertim Susemihl, Griech. Litt. d. Alex. 2, 4 sq.). adn. crit. vd. apud Varr. l. c. de Cratete cf. C Wachsmuth, de Cratete Mallota (Lipsiae 1860).*

*6. a. 594/160 Isocrates grammaticus captivus a Syria Romam venit, sed is mente captus (Polyb. 31, 33, 5. 32, 4, 2. 3, 6. Diod. 31, 29).*

*7. Cic. Brut. 104* fuit Gracchus [*Tiberius a. 591/163 natus*] diligentia Corneliae matris a puero doctus et Graecis litteris eruditus. nam semper habuit exquisitos e Graecia magistros, in eis iam adulescens Diophanem Mytilenaeum Graeciae temporibus illis disertissimum. *cf. Plut. Ti. Gr. 8. 20. Plut. C. Gr. 19 ἡ Κορνηλία — ἦν δὲ πολύφιλος καὶ διὰ φιλοξενίαν εὐτράπεζος, ἀεὶ μὲν Ἑλλήνων καὶ φιλολόγων περὶ αὐτὴν ὄντων. Val. Max. 4, 4, pr.* Cornelia Gracchorum mater, cum Campana matrona apud illam hospita ornamenta sua pulcherrima illius saeculi ostenderet, traxit eam sermone, ⟨donec⟩ e schola redirent liberi, et 'haec' inquit 'ornamenta sunt mea'.

11 donec *add. Gertz* dum *vg.*

*8. Strabo 14, 650 καὶ Σώστρατος δὲ ὁ ἀδελφὸς τοῦ Ἀριστοδήμου [cf. test. 24] καὶ ἄλλος Ἀριστόδημος ἀνεψιὸς αὐτοῦ ὁ παιδεύσας Μάγνον Πομπήιον ἀξιόλογοι γεγόνασι γραμματικοί. ad spatium annorum 654/100—664/90 deducimur (Hillscher p. 378). cf. Susemihl 2, 183 sq. Gercke, Rh. Mus. 62, 119.*

*9. Cic. Brut. 312* eodem tempore [*a. 673/81*] Moloni dedimus operam; dictatore enim Sulla legatus ad senatum de Rhodiorum praemiis venerat. *fortasse Apollonius Molo iam anno 667/87 alterius Rhodiorum legationis cum Posidonio (Plut. Mar. 45) particeps fuerat (Cic. Brut. 307, quem locum seclusit Bake). idem cum rhetorica grammaticam*

*artem professus est (cf. Marx, Berl. phil. Woch. 1890 p. 1007). universe Brzoska, Pauly-Wiss. RE 2, 141 sq.*

10. *Plut. Cato mi. 1* τῷ μέντοι παιδαγωγῷ τὸν Κάτωνα [*a. 659/95 natum*] πείθεσθαι μὲν λέγουσι καὶ ποιεῖν ἅπαν τὸ προσταττόμενον, ἑκάστου δὲ τὴν αἰτίαν ἀπαιτεῖν καὶ τὸ διὰ τί πυνθάνεσθαι. καὶ γὰρ ἦν χαρίεις ὁ παιδαγωγὸς αὐτοῦ καὶ λόγον ἔχων τοῦ κονδύλου προχειρότερον, ὄνομα Σαρπηδών.

11. *Suidas p. 299 B.* Διονύσιος Ἀλεξανδρεύς, Θρᾷξ δὲ ⟨καὶ⟩ ἀπὸ τοῦ πατρὸς Τήρου Τῆρος τοὔνομα κληθείς, Ἀριστάρχου μαθητὴς γραμματικός, ὃς ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Πομπηίου τοῦ μεγάλου καὶ ἐξηγήσατο Τυραννίωνι τῷ προτέρῳ, συνέταξε τὰ πλεῖστα γραμματικά τε καὶ συνταγματικὰ καὶ ὑπομνήματα. *cum Aristarchus anno circiter 610 / 144 mortuus sit (GBusch, de biblioth. Alexandr. qui feruntur primis p. 51 sq.), eius discipulus Dionysius inter annos 684/70—702/52 (*ἐπὶ Πομπηίου*) vix docere potuit (cf. Hillscher p. 360. Cohn, Pauly-Wiss. RE 5, 977/134); sed Suidas in temporibus definiendis, praesertim a Ptolemaeo Euergeta II (a. 608/146—637/117) usque ad Augustum (Rohde, Rh. Mus. 33, 168 adn. 6 al.), incuria peccavisse videtur, non aliter atque in Asinio Pollione Tralliano, quem Timagenis (cf. Sen. de ira 3, 23) schola suscepta Romae* ἐπὶ Πομπηίου τοῦ μεγάλου *item docuisse dicit. nam quod Clinton verba* ὃς — μεγάλου *transponens ad Tyrannionem rettulit, minime satisfacit; Suidas enim auditores sub magistri nomine tangere solet, alia de iis suo cuiusque loco exponit. aliter de re iudicat Susemihl 2, 168 adn. 139. Sandys p. 138.*

2 καὶ *add. Marx, Berl. phil. Woch. 1890 p. 1007* Τήρου Τῆρος] *cf. Susemihl ibid.*

12. *Suidas p. 61 B.* Ἀλέξανδρος ὁ Μιλήσιος, ὃς Πολυίστωρ ἐπεκλήθη καὶ Κορνήλιος, διότι Κορνηλίῳ Λεντούλῳ αἰχμαλωτισθεὶς ἐπράθη καὶ αὐτῷ παιδαγωγὸς ἐγένετο, εἶτα ἠλευθερώθη. ἦν δὲ ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ τῶν Σύλλα χρόνων καὶ ἐπὶ τάδε. ἀνῃρέθη δὲ ἐν Λαυρενταῖς, ὑπὸ πυρὸς τῆς οἰκίας φθαρείσης· καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Ἑλένη μαθοῦσα τὸ συμβὰν ἀπήγξατο. ἦν δὲ γραμματικὸς τῶν Κράτητος μαθητῶν. οὗτος συνέγραψε βιβλία ἀριθμοῦ κρείττω, καὶ περὶ Ῥώμης βιβλία πέντε. *Serv. Dan. Aen. 10, 388* hoc totum Alexander

Polyhistor tradit, quem Lucius Sulla civitate donavit [*a. 673/81*]. *Suet. de gramm. 20* C. Iulius Hyginus — studiose et audiit et imitatus est Cornelium Alexandrum grammaticum Graecum, quem propter antiquitatis notitiam Polyhistorem multi, quidam Historiam vocabant. *quam late verba Suidae ἐπὶ τάδε extendenda sint, ea res docet quod Alexander Hyginum instituit (cf. Hygin. test. 2). eiusdem in magisterio ἀκμή ab anno circiter 684/70 statui potest, in agitatione litterarum aliquanto posterior (cf. Unger, Philol. 47, 177 sq.). reliquias vd. ap. Mueller, FHG 3, 206 sq. ceterum cf. Schwartz, Pauly-Wiss. RE 1, 1449/88. ab eo distinguendus esse videtur Alexander Peripateticus Crassi magister (Plut. Crass. 3; cf. Unger ibid. 182 sq.).*

*hoc temporum spatio magna apud Romanos auctoritate duo Stoici philosophi valuerunt, Panaetius Cratetis discipulus eiusque auditor Posidonius. de circulo Scipionis cf. Cic. de or. 2, 154.*

*13. de Lampadione et Vargunteio cf. infra p. 21. 50.*

*14. Suet. de gramm. 2 = Varro fr. 320* Lucilii saturas — legisse se apud Archelaum Pompeius Lenaeus, apud Philocomum Valerius Cato praedicant. *de Archelao cf. p. 50 sq. de Philocomo p. 51.*

*15. Cic. Brut. 207* — interfui, cum essem apud Aelium adulescens eumque audire perstudiose solerem. *de Varrone Aelii Stilonis discipulo vd. Varro test. 4. de Aelio universe p. 51 sq.*

*16. Suet. de gramm. 3 = Varro fr. 320* posthac [*post L. Aelium*] magis ac magis et gratia et cura artis [*grammaticae*] increvit, ut ne clarissimi quidem viri abstinuerint quo minus et ipsi aliquid de ea scriberent, ut-ue temporibus quibusdam super viginti celebres scholae isse in urbe tradantur, pretia vero grammaticorum tanta ercedesque tam magnae, ut constet Lutatium Daph-dem, quem Laevius Melissus per cavillationem nominis ϰνὸς ἀγάπημα dicit, septingentis milibus nummum a Catulo emptum ac brevi manumissum, L. Apuleium Aeficio Calvino equite Romano praedivite quadringenis uis conductum ut osce doceret. *Plin. n. h. 7, 128* ium hominis in servitio geniti maximum ad hanc

diem, quod equidem compererim, fuit grammaticae artis Daphnin Ac⟨c⟩io Pisaurense vendente et M. Scauro principe civitatis III. $\overline{\text{DCC}}$ licente. *M. Scaurus is Aemilius est qui consul a. 639/115 post princeps senatus fuit (cf. Detlefsen, Rh. Mus. 18, 238). utrum Accius poeta apud Plinium significetur an alius, ambigitur (cf. Marx, Pauly-Wiss. RE 1, 142). de libro quodam Lutatio tributo cf. Q. Lutat. Catul. p. 122.*

1—12 *cf. adn. crit. apud Varr. l. c.* 15 daphni natio: *em. Detlefsen; an retinendum* Atio?

*17. Suet. de gramm. 5* Sevius Nicanor primus ad famam dignationemque docendo pervenit. *alia vd. p. 86.*

*18. Suet. de gramm. 6* Aurelius Opillus — philosophiam primo, deinde rhetoricam, novissime grammaticam docuit. *vd. p. 86 sq.*

*19. Suet. de gramm. 7* M. Antonius Gnipho — nec unquam de mercedibus pactus, eoque plura ex liberalitate discentium consecutus. docuit primum in divi Iuli domo pueri adhuc [*nati a. 654/100*], deinde in sua privata. docuit autem et rhetoricam, ita ut quotidie praecepta eloquentiae traderet, declamaret vero non nisi nundinis. scholam eius claros quoque viros frequentasse aiunt, in his M. Ciceronem, etiam cum praetura fungeretur [*a. 688/66*]. *Macrob. 3, 12, 8* Antonius Gnipho vir doctus, cuius scholam Cicero post laborem fori frequentabat, Salios Herculi datos probat. *Suet. ibid. 10* ipse [*Ateius Philologus*] ad Laelium Hermam scripsit se — audisse Antonium Gniphonem eiusque † haere postea docuisse. *de verbis 'nec unquam – consecutus' cf. Jullien p. 27. fragmenta vd. p. 99 sq. cf. test. 20.*

13 haere *in mg.* hermam *Vindob.* $\overset{\text{haere}}{\text{herma}}$; *Vatic.* $\overset{\text{haere}}{\text{hermam}}$ *Neap.* hërma *in mg.* aëre *Gudian.* hermam *rell.* eiusque haeresim ⟨secutum⟩ *coni. Mercklin, Philol. 19, 158* e. theoremata *Vahlen; an* eiusque heredem?

*20. Suet. de gramm. 8 de M. Pompilio Andronico vd. infra p. 101.*

*21. Cornelius Epicadus, qui inter claros professores a Suetonio de gramm. 12 numeratur, Faustum Sullae filium fortasse docuit. de eo vd. p. 103 sq.*

*22. Suet. de gramm. 13* Staberius Eros — docuit inter ceteros Brutum et Cassium. sunt qui tradant tanta eum honestate praeditum, ut temporibus Sullanis proscriptorum liberos gratis et sine mercede ulla in disciplinam receperit. *vd. p. 106 sq.*

*hac aetate Romae latine dicendi praeceptores docere coeperunt exemplum L. Plotii Galli secuti, qui puero Cicerone primus omnium Latinus rhetor fuit. cf. Suet. de rhet. 2. Sen. controv. 2, 8. Quint. 2, 4, 42. 11, 3, 143. Hieron. ad a. Abr. 1929.*

*23. Varro de l. L. 7, 107* apud Naevium — in Nagidone [*II v. 62 Ribb.*[3]] clucidatus [caudacus *Flor.*] suavis, tam etsi a magistris accepimus mansuetum.

## III

*24. Strabo 14, 650* ἄνδρες δὲ γεγόνασιν ἔνδοξοι Νυσαεῖς — Μενεκράτης Ἀριστάρχου μαθητής, καὶ Ἀριστόδημος ἐκείνου υἱός, οὗ διηκούσαμεν ἡμεῖς ἐσχατόγηρω νέοι παντελῶς ἐν τῇ Νύσῃ — ὁ δ' ἡμέτερος καὶ ἐρρητόρευε καὶ ἐν τῇ Ῥόδῳ καὶ ἐν τῇ πατρίδι δύο σχολὰς συνεῖχε, πρωὶ μὲν τὴν ῥητορικήν, δείλης δὲ τὴν γραμματικὴν σχολήν· ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ τῶν Μάγνου παίδων ἐπιστατῶν ἠρκεῖτο τῇ γραμματικῇ σχολῇ. *cum Pompei filii intra annos 78—75 nati sint, iam inde fere ab a. 65 institui potuerunt. anno vero circiter 50 Aristodemus Romam reliquit, si Strabonem adulescentem* (νέον παντελῶς), *qui a. 63 natus esse videtur (Niese, Hermes 13, 37 sq. Rh. Mus. 38, 567 sq.), Nysae docuit; atque erat is tunc* ἐσχατόγηρως. *cf. Susemihl 2, 183 sq. Schwartz, Pauly-Wiss. RE 2, 925/30. reliquiae sunt apud Mueller, FHG 3, 307 sq. de Homericis studiis cf. Hefermehl, Rh. Mus. 61, 296.*

*25. Plut. quaest. conv. 9, 1, 3 (Mor. 4, 360 B.)* Πομπηίῳ Μάγνῳ φασὶν ἀπὸ τῆς μεγάλης ἐπανήκοντι στρατείας [*a. 693/61*] τὸν διδάσκαλον τῆς θυγατρὸς ἀπόδειξιν διδόντα βιβλίου κομισθέντος ἐνδοῦναι τῇ παιδὶ τοιαύτην ἀρχήν [*Hom. Il. 3, 428*]: 'ἤλυθες ἐκ πολέμου· ὡς ὤφελες αὐτόθ' ὀλέσθαι'. *hunc neminem alium esse nisi Aristodemum verisimile est.*

*26. Suidas p. 1051 B.* Τυραννίων Ἐπικρατίδου καὶ Λινδίας Ἀλεξανδρίνης, Ἀμισηνός· ἐχρημάτιζε δὲ

Κορύμβου, γεγονὼς ἐπὶ Πομπηίου τοῦ μεγάλου καὶ πρότερον, μαθητὴς ἄλλων τε καὶ Ἑστιαίου τοῦ Ἀμισηνοῦ, ὑφ' οὗ καὶ Τυραννίων ὠνομάσθη ὡς κατατρέχων τῶν ὁμοσχόλων, πρότερον καλούμενος Θεόφραστος. εἶτα διήκουσε καὶ Διονυσίου τοῦ Θρᾳκὸς ἐν Ῥόδῳ· ἀντεσοφίστευσε δὲ Δημητρίῳ τῷ Ἐρυθραίῳ· ἤχθη δὲ εἰς Ῥώμην ληφθεὶς αἰχμάλωτος ὑπὸ Λουκούλλου, ὅτε κατεπολέμησε Μιθριδάτην τὸν Πόντου βασιλεύσαντα. διαπρεπὴς δὲ γενόμενος ἐν Ῥώμῃ καὶ πλούσιος ἐκτήσατο καὶ βιβλίων ὑπὲρ τὰς τρεῖς μυριάδας. ἐτελεύτησε δὲ γηραιός, ὑπὸ ποδάγρας παραλυθείς, ὀλυμπιάδι † ρκ' ἐν τῷ γ' ἔτει τῆς ὀλυμπιάδος. *Plut. Lucull. 19* τότε [*Amisi a. 684/70*] καὶ Τυραννίων ὁ γραμματικὸς ἑάλω· Μουρήνας δ' αὐτὸν ἐξητήσατο καὶ λαβὼν ἀπηλευθέρωσεν ἀνελευθέρως τῇ δωρεᾷ χρησάμενος. οὐ γὰρ ἠξίου Λούκουλλος ἄνδρα διὰ παιδείαν ἐσπουδασμένον δοῦλον γενέσθαι πρότερον, εἶτ' ἀπελεύθερον. ἀφαίρεσις γὰρ ἦν τῆς ὑπαρχούσης ἡ τῆς δοκούσης ἐλευθερίας δόσις. ἀλλὰ Μουρήνας μὲν οὐκ ἐνταῦθα μόνον ὤφθη πολὺ τῆς τοῦ στρατηγοῦ καλοκαγαθίας ἀποδέων.. *Strabo 12, 548* μέχρι μὲν δὴ δεῦρο Ἀμισηνή. ἄνδρες δὲ γεγόνασιν ἄξιοι μνήμης κατὰ παιδείαν ἐνταῦθα· μαθηματικοὶ μέν —, γραμματικὸς δὲ Τυραννίων, οὗ ἡμεῖς ἠκροασάμεθα. *Cic. ad Q. fr. 2, 4, 2* [*Romae a. 698/56*] Quintus tuus, puer optimus, eruditur egregie; hoc nunc magis animum adverto, quod Tyrannio docet apud me. *Tyrannionem maiorem significat Cic. ad Att. 2, 6, 1. 12, 6, 2. ad Q. fr. 3, 4, 5. 5, 6 (Planer, de Tyrann. gramm. Berlin 1852 p. 4 sq.). de voce* γεγονώς (= ἀκμάζων) *cf. Rohde, Rh. Mus. 33, 161 sq. de verbis* ἐχρημ. δὲ Κορ. *cf. Planer p. 2 sq. de scriptis cf. Tyrann. min. test. 46 et Varro fr. 282. ex iis unum nobis grave est quod inscribebatur* περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου ὅτι ἔστιν ἐκ τῆς Ἑλληνικῆς, *cuius nulla quidem extant fragmenta, sed summa doctrinae originem Latinae linguae a Graeca ducentis, cuius primus auctor Hypsicrates nobis traditus est (cf. p. 107 sq.), post Tyrannionem plurimum valuit (cf. Varro fr. 295. 296. de l. L. 5, 26. 96 al. Philox. infra p. 443. Didym. infra p. 447. Seleuc. infra p. 450. Iuba infra p. 451 sq. Dionys. Hal. ap. A Barth, de Iubae* ὁμοιότ. *a Plut. expressis. Gottingae 1876 p. 8, quibus alii accedunt, ut Ael. Stilo fr. 21. 28 et praesertim Santra et Cloat. Verus. cf. etiam Quint. 1, 6, 31. 5, 55). alia de Tyrannione vd. infra*

*De biblioth. test. 3. 8. ceterum is post a. 684/70, fortasse iam inde ab a. 688/66, Romae docuit. universe cf. Planer l. c. et Susemihl 2, 179 sq.*

13 ρπγ' *(a. 45) coni. Schmidt* ρπη' *(a. 25) Bernhardy*

*27. Suidas p. 182 B.* Ἀσκληπιάδης Διοτίμου Μυρλεανός (πόλις δέ ἐστι Βιθυνίας ἡ νῦν Ἀπάμεια καλουμένη· τὸ δὲ ἄνωθεν γένος ἦν Νικαεύς)· γραμματικός [[μαθητὴς Ἀπολλωνίου. γέγονε δὲ ἐπὶ τοῦ Ἀττάλου καὶ Εὐμενοῦς τῶν ἐν Περγάμῳ βασιλέων. ἔγραψε φιλοσόφων βιβλίων διορθωτικά.]] ἐπαίδευσε δὲ καὶ εἰς Ῥώμην ἐπὶ Πομπηίου τοῦ μεγάλου [[καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπὶ τοῦ δ' Πτολεμαίου νέος διέτριψε]]· ἔγραψε πολλά. *aliter ac Lehrs voluit Strabo 12, 566* ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι κατὰ παιδείαν γεγόνασι ἐν τῇ Βιθυνίᾳ — Κλεοφάνης τε ῥήτωρ ὁ Μυρλεανὸς, Ἀσκληπιάδης τε ἰατρὸς ὁ Προυσιεύς. *in glossa Suidae duos scriptores confusos esse vidit Lehrs, Analecta gramm. (Regimontii 1846) p. 1—10, qui fragmenta addidit. cf. Strabo 3, 157. Wentzel, Pauly-Wiss. RE 2, 1628/28.*

3—6. 7—8 *seclusi quae aliena sunt*

*28. Cic. ad Att. 7, 2, 8 [V Kal. Dec. ut vid. a. 704/50]* Chrysippum vero, quem ego propter litterularum nescio quid libenter vidi, in honore habui, discedere a puero insciente me! mitto alia quae audio multa, mitto furta; fugam non fero, qua mihi nihil visum est sceleratius. *idem ut homo bibliothecarum peritus una cum Tyrannione a Cic. ad Q. fr. 3, 4, 5 (a. 700/54) laudatur (De biblioth. test. 9). cf. Drumann, Gesch. Roms 6, 115. 402 sq.*

*29. Cic. ad Att. 4, 11, 2 [in Cumano a. 699/55]* nos hic voramus litteras cum homine mirifico, ita mehercule sentio, Dionysio. *id. ibid. 6, 2, 3 [Laodiceae a. 704/50]* Peloponnesias civitates omnes maritimas esse hominis non nequam sed etiam tuo iudicio probati, Dicaearchi, tabulis credidi. is multis nominibus in Trophoniana Chaeronis narratione Graecos in eo reprendit, quod mare tantum secuti sint, nec ullum in Peloponneso locum excipit. quom mihi auctor placeret (etenim erat ἱστορικώτατος et vixerat in Peloponneso), admirabar tamen et vix adcredens

communicavi cum Dionysio. atque is primo est commòtus, deinde, quod de†deo cum isto Dicaearcho non minus bene existumabat quam tu de C. Vestorio, ego de M. Cluvio, non dubitabat quin ei crederemus. Arcadiae censebat esse Lepreon quoddam maritumum; Tenea autem et Aliphera et Tritia νεόκτιστα ei videbantur, idque τῷ τῶν νεῶν καταλόγῳ confirmabat, ubi mentio non fit istorum. itaque istum ego locum totidem verbis a Dicaearcho transtuli. *id. ibid. 7, 3, 10* [*in Trebulano a. 704/50*] venio ad 'Piraeea', in quo magis reprehendendus sum, quod homo Romanus Piraeea scripserim, non Piraeum (sic enim omnes nostri locuti sunt), quam ⟨in⟩ quod addiderim; non enim hoc ut oppido praeposui, sed ut loco. et tamen Dionysius noster — non rebatur oppidum esse Piraeea. *cf. Curt. Nicias test. 16. id. ibid. 7, 4, 1* [*in Pompeiano a. 704/50*] Dionysium flagrantem desiderio tui [*Attici*] misi ad te nec mehercule aequo animo, sed fuit concedendum. quem quidem cognovi quom doctum, quod mihi iam ante erat notum, tum sane plenum officii, studiosum etiam meae laudis, frugi hominem ac, ne libertinum laudare videar, plane virum bonum. *de Dionysii disciplina vd. id. ibid. 4, 15, 10* [*Romae a. 704/50*] Dionysium velim salvere iubeas et eum roges et hortere, ut quam primum veniat, ut possit Ciceronem meum atque etiam me ipsum erudire. *id. ibid. 6, 1, 12* [*Laodiceae a. 704/50*] Cicerones pueri amant inter se, discunt, exercentur —. Dionysius mihi quidem in amoribus est; pueri autem aiunt eum furenter irasci; sed homo nec doctior nec sanctior fieri potest nec tui meique amantior. *itaque Dionysius cum Chrysippo aliisque libertis Ciceronem in Ciliciam comitatus est, ut filium et nepotem eius institueret. deinde gratia eius amissa a. 709/45 pueros docendi cupidus rursus apparet* (*Cic. ibid. 13, 2*[b]). *uberiora de eo dabit Drumann* (*6, 403 sq.*), *qui recte Dionysium hunc Attici libertum a Dionysio Ciceronis servo distinxit. cf. praeterea De biblioth. test. 8.*

7 tantum *Orelli aliique* tam *vg.*: tum 8 sunt: *em. Ernesti* 12 deorum mysta *coni. CF W Mueller coll. Eurip. fr. Cret. 475, 10 p. 505 N.*[2] tum de isto (cum de isto *Medic. m. 2*) *Klotz Tyrrell et secluso tum Boot* 22 cui quod add. Medic. m. 1 quam

quod add. *Medic. m. 2* quam ⟨in⟩ quod add. *Buecheler* quam quod add. ⟨in⟩ *Otto*

*30. Cass. Dio 48, 33, 1* ταῦτά τε οὖν οὕτως ἐν τῷ ἔτει ἐκείνῳ [*a. 714/40*] ἐπράχθη, καὶ Σφαῖρον ὁ Καῖσαρ παιδαγωγόν τε καὶ ἐξελεύθερον αὐτοῦ γενόμενον δημοσίᾳ ἔθαψε. *cum Octavianus Caesar a. 691/63 natus sit, Iulii Sphaeri opera et industria in aetatem Ciceronianam incidit.*

*31 Dig. 17, 2, 71* (*Paul. l. III epit. Alfeni dig.*) duo societatem coierunt, ut grammaticam docerent, et quod ex eo artificio quaestus fecissent, commune eorum esset.

*32. Suet. Iul. 42* omnisque medicinam Romae professos et liberalium artium doctores, quo libentius et ipsi urbem incolerent et ceteri adpeterent, civitate donavit [*Caesar*].

*poetas rhetores philosophos mathematicos medicos Romae commorantes complures hac aetate invenimus, quos Hillscher numeravit. ob Caesaris autem gratiam memoria digni sunt Theopompus mythographus* (*Plut. Caes. 48. Strabo 14, 656. Cic. ad Att. passim*), *Artemidorus eius filius* (*Strabo ibid.*) *rhetor* (*Plut. Caes. 65*), *Sosigenes mathematicus* (*Plin. n. h. 18, 211*).

*33. Suet. de gramm. 3 = Varro fr. 320* nam in provincias quoque grammatica penetraverat, ac non nulli de notissimis doctoribus peregre docuerunt, maxime in Gallia togata; inter quos Octavius Teucer et Sescennius Iacchus et Oppius Chares; hic quidem ad ultimam aetatem et cum iam non ingressu modo deficeretur sed et visu. *de Octavio Teucro nihil aliud traditum est. Iacchum scriptorem fuisse ex Plinio perspicitur, qui eum bis in indice n. h. memorat, in l. XXXII* (*de medicina ex aquatilibus; cf. Münzer, Quellenkr. d. Ng. d. Plin. p. 368*) *et XXXVII* (*de gemmis*), *semel autem auctorem refert n. h. 37, 148* (*de gemma aegyptilla*). *de Oppio cf. p. 133.*

*34. Suet. de gramm. 9* L. Orbilius Pupillus — Romam consule Cicerone [*a. 691/63*] transiit docuitque maiore fama quam emolumento. — fuit autem naturae acerbae non modo in antisophistas, quos omni [in] occasione laceravit, sed etiam in discipulos, ut et Horatius

significat plagosum eum appellans [*ep. 2, 1, 70*] et Domitius Marsus scribens [*FPR 3 B.*]: 'si quos Orbilius ferula scuticaque cecidit.' *Hor. ep. 2, 1, 69* non equidem insector delendave carmina Livi / esse reor, memini quae plagosum mihi parvo / Orbilium dictare [*Horatius natus est a. 689/65*]. *cf. Porphyr. et Ps-Acro ad hunc loc., qui Orbilium 'saevum' appellant. Ps-Hor. sat. 1, 10 (= Val. Cato test. 8). alia de eo p. 134 sq.*

4 in *del. Vindob. m. rec. et Reiff. coll. Suet. Claud. 42*

*35. Suet. de gramm. 10* L. Ateius Philologus — ad Laelium Hermam scripsit se — praecepisse — multis et claris iuvenibus, in quis Appio quoque [*cos. a. 700/54*] et Pulchro Claudiis fratribus. *ipse discipulus Gniphonis fuit (test. 19). ceterum vd. p. 136 sq.*

*36. Suet. de gramm. 11* P. Valerius Cato — docuit multos et nobiles visusque est peridoneus praeceptor maxime ad poeticam tendentibus, ut quidem apparere vel his versiculis potest [*FPR Bibac. 1 B.*]: 'Cato grammaticus, Latina Siren, / qui solus legit ac facit poetas'. *ipse Philocomi auditor fuit (test. 14). ceterum vd. p. 141 sq.*

*37. Suet. de gramm. 14 in numerum nobilium professorum Curtium Niciam refert, cuius discipulorum nullum cognovimus, nisi fortasse Talnam quendam (cf. Cic. ad Att. 13, 29, 1. 16, 6, 1). ceterum vd. p. 382.*

*38. Suet. de gramm. 15* Lenaeus Magni Pompei libertus — defuncto eo [*a. 706/48*] filiisque eius [*a. 719/35 Sexto*] schola se sustentavit, docuitque in Carinis ad Telluris, in qua regione Pompeiorum domus fuerat. *ipse audivit Archelaum (cf. test. 14). ceterum vd. p. 403.*

## IV

***Suet. Aug. 42*** **cum venalicias et lanistarum familias peregrinosque omnes exceptis medicis et praeceptoribus partimque servitiorum urbem expulisset [*Augustus*]**

*39. Suidas p. 1093 B.* Φιλόξενος Ἀλεξανδρεὺς γραμματικός, ὃς ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ, περὶ μονοσυλλάβων ῥημάτων, περὶ σημείων τῶν ἐν τῇ Ἰλιάδι, περὶ τῶν εἰς μι

ληγόντων ῥημάτων, περὶ διπλασιασμοῦ, περὶ μέτρων, περὶ τῆς τῶν Συρακουσίων διαλέκτου, περὶ Ἑλληνισμοῦ ς', περὶ συζυγιῶν, περὶ γλωσσῶν ε', περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ γλωσσῶν, περὶ τῆς Λακώνων διαλέκτου, περὶ τῆς Ἰάδος διαλέκτου καὶ τῶν λοιπῶν. Philoxenus extremis liberae reipublicae temporibus et ineunte Augustea aetate vixisse optimo iure creditur (Reitzenstein, Gesch. d. Griech. Etym. p. 180. M. Terr. Varr. und Ioh. v. Euch. p. 87). quod autem Kleist (de Philox. gramm. Alex. studiis etymol. Gryphisw. 1865 p. 8) contendit librum eius περὶ τῆς τῶν Ῥωμαίων διαλέκτου a Suida omissum (cf. Schmidt, Philol. 4, 630) ante Varronis libros De lingua Latina, in quibus nullum illius vestigium extat, scriptum non esse, praesertim cum Philoxenus Romae docuerit (Hillscher p. 371 adn. 4 Kleistii sententiam imperfectam referens refutare sibi videtur, eique adsentitur Susemihl 2, 226 adn. 21[b]), ratione prorsus non caret, nisi quod operis Varroniani XIX libros desideramus, ac Varro ibi novam Philoxeni vocum enodandarum doctrinam cognitam habuisse videtur (cf. Reitzenstein, Gesch. d. Gr. Et. p. 186), quam ex recentiore quodam illius scripto percipere potuit. fragmenta infra p. 443 sq.

40. Suidas p. 288 B. Δίδυμος Διδύμου ταριχοπώλου, γραμματικὸς Ἀριστάρχειος, Ἀλεξανδρεύς, γεγονὼς ἐπὶ Ἀντωνίου καὶ Κικέρωνος καὶ ἕως Αὐγούστου, Χαλκέντερος κληθεὶς διὰ τὴν περὶ τὰ βιβλία ἐπιμονήν· φασὶ γὰρ αὐτὸν συγγεγραφέναι ὑπὲρ τὰ τρισχίλια καὶ πεντακόσια βιβλία. id. p. 531 συνήκμαζε δὲ αὐτῷ [Iubae regi] Δίδυμος ὁ Χαλκέντερος. Didymum Romae docuisse certum testimonium deest; quod enim Schmidt (de Didymo Chalc. p. 2) in glossa, qua Suidas Didymum iuniorem grammaticam Romae docuisse tradit, offendens eandem ad Didymum maiorem refert, id arbitrarium est. cum tamen Ciceronem constet in libris περὶ τῆς Κικέρωνος πολιτείας a Didymo vituperatum esse (Amm. Marc. 22, 16, 16. Suidas s. v. Τράγκυλλος), inde hunc saltem in Italia, verisimilius in ipsa Roma fuisse perspicitur. nam sine causa suspicatus est Cohn, Didymi scriptum in Ciceronem ad Claudium Didymum pertinere (Pauly-Wiss. RE 5, 471. 473); cf. etiam Gudeman p. 52 adn. 1.

41. Suidas p. 140 B. Ἀπίων ὁ Πλειστονίκου — ἐπαίδευσε δὲ ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος καὶ Κλαυδίου ἐν Ῥώμῃ. ἦν δὲ διάδοχος Θέωνος τοῦ γραμματικοῦ. Theonem Alexandriae, non Romae docuisse ex istis verbis non nulli iniuria, ut ego sentio, effecerunt; cf. Susemihl 2, 186 adn. 207. Theo

Dionysio Halicarnassensi aetate suppar fuisse videtur (Hillscher p. 368). universe cf. C Giese, de Theone gramm. eiusque reliquiis (Monasterii 1867). Susemihl 2, 215 sq.

42. Suidas p. 481 B. Ἡρακλέων Αἰγύπτιος, ἀπὸ κώμης Τιλώτεως οὔσης ὑπὸ τῇ Ἡρακλέους πόλει, γραμματικός· ἐπαίδευσε δὲ ἐν Ῥώμῃ. ἔγραψεν ὑπόμνημα εἰς Ὅμηρον κατὰ ῥαψῳδίαν καὶ εἰς τοὺς λυρικούς, περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ προστακτικῶν ῥημάτων. Schol. B Il. 21, 581 φησὶν Ἡρακλέων ἐν Ῥώμῃ τοῦτο τεθεᾶσθαι. Augusti aetati coniunctus fuisse existimatur. cf. Diels, Doxogr. p. 91 adn. 2. Susemihl 2, 20 sq.

43. Suidas p. 169 B. Ἀριστόνικος Ἀλεξανδρεὺς γραμματικὸς ἔγραψε περὶ τῶν σημείων τῶν ἐν τῇ Θεογονίᾳ Ἡσιόδου καὶ τῶν τῆς Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας, ἀσυντάκτων ὀνομάτων βιβλία ϛ'. Strabo 1, 38 Ἀριστόνικος — ὁ καθ' ἡμᾶς γραμματικός. cf. test. 44.

44. Suidas p. 906 B. Πτολεμαῖος ὁ Ἀριστονίκου τοῦ γραμματικοῦ πατήρ, καὶ αὐτὸς γραμματικός· ἄμφω δὲ ἐπεδείκνυντο ἐν Ῥώμῃ. τὰ ὁμοίως εἰρημένα τοῖς τραγικοῖς, εἰς Ὅμηρον βιβλία ν', τὰ παρὰ τῷ ποιητῇ ξένως ἱστορημένα, τὰ περὶ Μουσῶν καὶ Νηρηίδων. cum apud Athen. 11, 481[d]. Schol. A Il. 4, 423 Ptolemaeus filius, non πατὴρ Aristonici appelletur, Suidam eos permutavisse concedendum est (Susemihl 2, 215 adn. 386. Cohn, Pauly-Wiss. RE 2, 964/17). uterque Augustea aetate Romae docuit (cf. Strabo test. 43).

45. Suidas p. 906 B. Πτολεμαῖος ὁ Ἀσκαλωνίτης γραμματικός, ὃς ἐπαίδευσεν ἐν Ῥώμῃ, ἔγραψε προσῳδίαν Ὁμηρικήν, περὶ Ἑλληνισμοῦ ἤτοι ὀρθοεπείας βιβλία ιε', περὶ μέτρων, περὶ τῆς ἐν Ὀδυσσείᾳ Ἀριστάρχου διορθώσεως, περὶ διαφορᾶς λέξεων καὶ ἕτερα γραμματικά. etsi de Ptolemaei aetate nihil traditum est, praeter testimonium Stephani Byzanzii, qui eum Aristarchi γνώριμον appellat, aliis tamen indiciis ille ad Augusti tempora pertinere videtur. cf. Susemihl 2, 156 sq. et adn. 57. aliter Blau, de Aristarchi discipulis (Ienae 1883) p. 25 sq. cf. M Baege, de Ptolemaeo Ascal. (Hal. Sax. 1882).

46. Suidas p. 1050 B. Τυραννίων ὁ νεώτερος Φοῖνιξ πατρὸς Ἀρτεμιδώρου, μαθητὴς Τυραννίωνος τοῦ πρεσβυτέρου· διὸ καὶ ὠνομάσθη Τυραννίων, πρότερον καλούμενος

Διοκλῆς. αἰχμάλωτος δὲ γενόμενος καὶ αὐτὸς ἐπὶ τοῦ πολέμου Ἀντωνίου καὶ Καίσαρος ὑπό τινος Δύμαντος ὠνήθη, τοῦ Καίσαρος ὄντος ἀπελευθέρου, εἶτα ἐδωρήθη Τερεντίᾳ τῇ τοῦ Κικέρωνος γυναικί. ἐλευθερωθεὶς δὲ ὑπ' αὐτῆς ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ. *libri qui deinde a Suida Tyrannioni adsignantur, magna ex parte ab eo abiudicandi et Tyrannioni seniori vindicandi sunt. cf. Planer, de Tyrann. gramm. p. 7 sq. et Susemihl 2, 182 sq. de aetate eius cf. praesertim Susemihl 2, 181 adn. 186.*

*47. Suidas p. 8 B.* Ἄβρων Φρὺξ ἢ Ῥόδιος γραμματικός, μαθητὴς Τρύφωνος, σοφιστεύσας ἐν Ῥώμῃ, γεγονὼς δὲ ἐκ δούλων, ὥς φησιν Ἕρμιππος. *de aetate Tryphonis Suidas p. 1048 B.* Τρύφων Ἀμμωνίου Ἀλεξανδρεὺς γραμματικὸς καὶ ποιητὴς γεγονὼς κατὰ τοὺς Αὐγούστου χρόνους καὶ πρότερον. *cf. Graefenhan, de Tryph. Alex. p. 3 sq. Tryphonis igitur discipulus extrema Augusti imperatoris aetate clarus extitit. cf. Susemihl 2, 213 adn. 375.*

*48. Suidas p. 480 B.* Ἡρακλείδης Ποντικός — ἤκουσεν Ἄπερος τοῦ Ἀριστάρχου μαθητοῦ εὐδοκιμοῦντος κατὰ τὴν Ῥώμην πολλά τε τὸν Δίδυμον διασύροντος — εἰς Ῥώμην δὲ κομίσας καὶ τοῦ Ἄπερος καταφανεὶς κατέμεινε σχολαρχῶν ἐν αὐτῇ ἐπὶ Κλαυδίου καὶ Νέρωνος. *et tempora et nomen huius grammatici Didymi obtrectatoris satis confusa sunt. verba* τοῦ Ἀριστ. μαθ. *sine dubio emendationis aut expurgationis egent. cf. Blau, de Aristarchi discipulis p. 3. Cohn, Pauly-Wiss. RE 1, 2697/6.*

2 Ἄπερως *codd.* Ἄπερος (*i. e.* Apri) *vg.* Ἄσπερος *Bergk* Ἀντέρωτος *Westermann* Ἀπίωνος *Hertz, Rh. Mus. 17, 584*

*ignotus paedagogus Gaii filii Augusti memoratur a Suet. Aug. 67. de Seleuco cf. infra p. 450. ceterum alii cognatis artibus nobiles viri Romae Augusto regnante fuerunt, ut Diodorus, Dionysius Halicarnassensis, Strabo Iuba (cf. p. 451) Timagenes, Asinius Pollio Trallianus.*

*49. Suet. de gramm. 16* Q. Caecilius Epirota Tusculi natus libertus Attici equitis Romani, ad quem sunt Ciceronis epistulae, cum filiam patroni nuptam M. Agrippae doceret, suspectus in ea et ob hoc remotus, ad Cornelium Gallum se contulit vixitque una familiarissime,

quod ipsi Gallo inter gravissima crimina ab Augusto obicitur. post deinde damnationem mortemque Galli [*a. 728/26 vel 727/27*] scholam aperuit, sed ita ut paucis et tantum adulescentibus praeciperet, praetextato nemini, nisi si cuius parenti hoc officium negare non posset. primus dicitur latine ex tempore disputasse primusque Vergilium et alios poetas novos praelegere coepisse, quod etiam Domiti Marsi versiculus indicat [*FPR 2 B.*]: 'Epirota tenellorum nutricula vatum.' *familiaritas cum Gallo* (*nato a. 685/69 vel 684/70*) *ut putemus facit Caecilium huius aequalem fuisse, fortasse aliquanto maiorem, si quidem filiam Attici instituit. de eius opera in docendo cf. Graefenhan, Gesch. d. class. Phil. 2, 333. Ribbeck, proleg. ad Verg. p. 114* (*cui sine ulla causa adversatur Steup, de Probis gramm. p. 5 adn. 4*).

2 Attici *Beroaldus*: Satti (Sat$^{r}$ti *Leid.*) *vel* Sacti ad — epistulae *secl. Reifferscheid, sed cf. eundem, Rh. Mus. 15, 610* (*Suet. Tib. 7*) 7 obicitur *Vindob.* obiic. *rell. vg.* 11 Virgilium *codd. praeter Vindob. Gudian.* 13 et epirota (epyr- epirr-) *codd.* et *del. Pontanus*

*50. Suet. de gramm. 17* M. Verrius Flaccus libertinus docendi genere maxime inclaruit. namque ad exercitanda discentium ingenia aequales inter se committere solebat, proposita non solum materia quam scriberent sed et praemio quod victor auferret. id erat liber aliquis antiquus, pulcher aut rarior. quare ab Augusto quoque nepotibus eius praeceptor electus transiit in Palatium cum tota schola, verum ut ne quem amplius posthac discipulum reciperet, docuitque in atrio Catulinae domus, quae pars Palatii tunc erat, et centena sestertia in annum accepit. *Gaii et Lucii, Augusti nepotum, vitae fines sunt 734/20—757/4 et 737/17—755/2. de Verrio vd. p. 509 sq.*

1 M. *Vindob. m. 1 ut vid., om. rell.* 2 excitanda *Reifferscheid* 8 ne quem *Vindob. Ottob.* neque (neq; *Vatic.*) *rell.*

*51. Suet. de gramm. 18* L. Crassicius — in pergula docuit —. sed cum doceret iam multos ac nobiles, in his Iulum Antonium triumviri filium [*natum circa a. 710/44*], ut Verrio quoque Flacco compararetur, dimissa repente schola transiit ad Q. Sexti philosophi sectam. *alia de eo p. 523 sq.*

1 percula *Vindob. Ottob.* parcula *rell.* 2 et doceret (et edoc. *Vindob.* doc. *sine* et *Ottob.*) *codd., unde* edoceret *vg. cf. Ihm, Rh. Mus. 61, 550 adn. 1; lacunam post* cum *sign. Reifferscheid* 3 Iulium *plerique codd.* 5 ad Q.] atque *Ottob.* atque *post* Q. *nonnulli codd.*

*52. Suet. de gramm. 9* L. Orbilius Pupillus — reliquit filium Orbilium et ipsum grammaticum professorem.

2 Orbilium f. *Ottob.* Orb. *secl. Reiff.*

*53. Suet. de gramm. 19* Scribonius Aphrodisius — docuit quo Verrius tempore. *de eo vd. p. 524 sq.*

*54. Suet. de gramm. 20* C. Iulius Hyginus — plurimos docuit. *fragmenta p. 527 sq.*

*55. Suet. de gramm. 21 extremum Augusteae aetatis C. Melissum professorem memorat, de quo p. 537 sq.*

# B. DE BIBLIOTHECIS

*cf. Dziatzko, Beitr. z. Kenntn. d. antik. Buchw. (1892) p. 17 sq. Pauly-Wiss. RE 3, 415 sq. Ihm, Centralbl. f. Bibliotheksw. 10 (1893) p. 513 sq. O Hirschfeld, die kaiserl. Verwaltungsbeamten (Berlin 1905) p. 298 sq.*

## I. PRIVATIS

*1. Plin. n. h. 35, 7* tabulina codicibus implebantur et monimentis rerum in magistratu gestarum. *Fest. p. 356$^b$, 33* tablinum proxime atrium locus dicitur, quod antiqui magistratus in suo imperio tabulis ⟨reponendis eum destinaverant⟩. *item Paul. p. 357, 12. cf. Vitruv. 6, 4.*

*2. Plut. Aem. Paul. 28* μόνα τὰ βιβλία τοῦ βασιλέως [*Persae Macedonis*] φιλογραμματοῦσι τοῖς υἱέσιν ἐπέτρεψεν ἐξελέσθαι [*a. 587/167*]. *Isid. or. 6, 5, 1* Romam primus librorum copiam advexit Aemilius Paulus Perse Macedonum rege devicto. *item Petr. Diac. CGK IV 333, 11.*

*3. Strabo 13, 608* ἐκ δὲ τῆς Σκήψεως οἵ τε Σωκρατικοὶ γεγόνασιν Ἔραστος καὶ Κορίσκος καὶ ὁ τοῦ Κορίσκου

υἱὸς Νηλεύς, ἀνὴρ καὶ Ἀριστοτέλους ἠκροαμένος καὶ Θεοφράστου, διαδεδεγμένος δὲ τὴν βιβλιοθήκην τοῦ Θεοφράστου, ἐν ᾗ ἦν καὶ ἡ τοῦ Ἀριστοτέλους· ὁ γοῦν Ἀριστοτέλης τὴν ἑαυτοῦ Θεοφράστῳ παρέδωκεν —. Θεόφραστος δὲ Νηλεῖ παρέδωκεν· ὁ δ' εἰς Σκῆψιν κομίσας τοῖς μετ' αὐτὸν παρέδωκεν, ἰδιώταις ἀνθρώποις, οἳ κατάκλειστα εἶχον τὰ βιβλία οὐδ' ἐπιμελῶς κείμενα· ἐπειδὴ δὲ ᾔσθοντο τὴν σπουδὴν τῶν Ἀτταλικῶν βασιλέων ὑφ' οἷς ἦν ἡ πόλις, ζητούντων βιβλία εἰς τὴν κατασκευὴν τῆς ἐν Περγάμῳ βιβλιοθήκης, κατὰ γῆς ἔκρυψαν ἐν διώρυγί τινι· ὑπὸ δὲ νοτίας καὶ σητῶν κακωθέντα ὀψέ ποτε ἀπέδοντο οἱ ἀπὸ τοῦ γένους Ἀπελλικῶντι τῷ Τηίῳ πολλῶν ἀργυρίων τά τε Ἀριστοτέλους καὶ τὰ τοῦ Θεοφράστου βιβλία· ἦν δὲ ὁ Ἀπελλικῶν φιλόβιβλος μᾶλλον ἢ φιλόσοφος· διὸ καὶ ζητῶν ἐπανόρθωσιν τῶν διαβρωμάτων εἰς ἀντίγραφα καινὰ μετήνεγκε τὴν γραφὴν ἀναπληρῶν οὐκ εὖ, καὶ ἐξέδωκεν ἁμαρτάδων πλήρη τὰ βιβλία. — πολὺ δὲ εἰς τοῦτο καὶ ἡ Ῥώμη προσελάβετο· εὐθὺς γὰρ μετὰ τὴν Ἀπελλικῶντος τελευτὴν Σύλλας ἦρε τὴν Ἀπελλικῶντος βιβλιοθήκην ὁ τὰς Ἀθήνας ἑλών [*a. 668/86*], δεῦρο δὲ κομισθεῖσαν Τυραννίων τε ὁ γραμματικὸς διεχειρίσατο φιλαριστοτέλης ὤν, θεραπεύσας τὸν ἐπὶ τῆς βιβλιοθήκης, καὶ βιβλιοπῶλαί τινες γραφεῦσι φαύλοις χρώμενοι καὶ οὐκ ἀντιβάλλοντες, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει τῶν εἰς πρᾶσιν γραφομένων βιβλίων καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. *Plut. Sulla 26* ἐξεῖλεν ἑαυτῷ τὴν Ἀπελλικῶνος τοῦ Τηΐου βιβλιοθήκην, ἐν ᾗ τὰ πλεῖστα τῶν Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου βιβλίων ἦν, οὔπω τότε σαφῶς γνωριζόμενα τοῖς πολλοῖς. λέγεται δὲ κομισθείσης αὐτῆς εἰς Ῥώμην Τυραννίωνα τὸν γραμματικὸν ἐνσκευάσασθαι τὰ πολλὰ καὶ παρ' αὐτοῦ τὸν Ῥόδιον Ἀνδρόνικον εὐπορήσαντα τῶν ἀντιγράφων εἰς μέσον θεῖναι καὶ ἀναγράψαι τοὺς νῦν φερομένους πίνακας *etc. eadem fere tradit Plutarcho auctore allato Suidas s. v.* Σύλλας. *v.* 23 τὸν ἐπὶ τῆς βιβλιοθήκης *Cornelius Epicadus esse videtur Hillschero (p. 363 adn. 8).*

4. *Cic. de fin. 3, 7* in Tusculano cum essem vellemque e bibliotheca pueri Luculli quibusdam libris uti, veni in eius villam, ut eos ipse, ut solebam, depromerem. quo

cum venissem, M. Catonem, quem ibi esse nescieram, vidi in bibliotheca sedentem, multis circumfusum Stoicorum libris. *Isid. or. 6, 5, 1* deinde [*post Aemilium Paulum Romam librorum copiam advexit*] Lucullus e Pontica praeda [*a. 684/70*]. *item Petr. Diac. CGK IV 333, 13. Plut. Lucull. 42* *σπουδῆς δ' ἄξια καὶ λόγου τὰ περὶ τὴν τῶν βιβλίων κατασκευήν. καὶ γὰρ πολλὰ καὶ γεγραμμένα καλῶς συνῆγεν, ἥ τε χρῆσις ἦν φιλοτιμοτέρα τῆς κτήσεως, ἀνειμένων πᾶσι τῶν βιβλιοθηκῶν καὶ τῶν περὶ αὐτὰς περιπάτων καὶ σχολαστηρίων ἀκωλύτως ὑποδεχομένων τοὺς Ἕλληνας ὥσπερ εἰς Μουσῶν τι καταγώγιον ἐκεῖσε φοιτῶντας καὶ συνδιημερεύοντας ἀλλήλοις ἀπὸ τῶν ἄλλων χρειῶν ἀσμένως ἀποτρέχοντας.*

*5. de bibliotheca Tyrannionis maioris cf. supra De lud. litt. test. 26.*

*6. Gell. 3, 10, 17* tum ibi [*in primo Hebdomadum Varro*] addit se quoque iam duodecimam annorum hebdomadam ingressum esse et ad eum diem septuaginta hebdomadas librorum conscripsisse, ex quibus aliquammultos, cum proscriptus esset, direptis bibliothecis suis non comparuisse. *cf. id. 14, 7, 3.*

*7. Cic. ad Att. 1, 10, 4* [*a. 687/67*] bibliothecam tuam cave cuiquam despondeas, quamvis acrem amatorem inveneris. *id. ibid. 4, 14, 1* [*a. 700/54*] velim domum ad te scribas, ut mihi tui libri pateant non secus ac si ipse adesses, cum ceteri tum Varronis. *cf. ibid. 13, 31, 2. 32, 2 et praesertim 1, 4, 3.*

*8. Cic. de div. 2, 8* in bibliotheca, quae in Lycio est, adsedimus. *Lycium gymnasium erat Tusculani, de quo cf. id. ad Att. 1, 4, 3. 10, 3. 4. 11, 3. de div. 1, 8. id. ad Att. 1, 7* [*Romae a. 687/67*] tu velim ea, quae nobis emisse et parasse scribis, des operam ut quam primum habeamus, et velim cogites id quod mihi pollicitus es, quem ad modum bibliothecam [*Tusculani*] nobis conficere possis. *id. ibid. 2, 1, 12* [*Romae a. 694/60*] Paetus — omnes libros, quos frater suus [*Ser. Claudius*] reliquisset, mihi donavit.

hoc illius munus in tua diligentia positum est. si me amas, cura ut conserventur et ad me perferantur; hoc mihi nihil potest esse gratius. et cum Graecos tum vero diligenter Latinos ut conserves velim. *id. ad fam. 16, 20* [*ad Tironem*] libros compone, indicem. *id. ad Att. 2, 6, 1* [*Anti a. 695/59*] libris me delecto, quorum habeo Anti festivam copiam. *id. ibid. 4, 4ª, 1* [*in Antiati a. 698/56*] perbelle feceris, si ad nos veneris. offendes designationem Tyrannionis mirificam librorum meorum [bibliothecam], quorum reliquiae multo meliores sunt, quam putaram. et velim mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus, ad cetera administris, iisque imperes, ut sumant membranulam, ex qua indices fiant, quos vos Graeci, ut opinor, σιλλύβους appellatis. *id. ibid. 4, 8, 2* [*Anti a. 698/56*] postea vero quam Tyrannio mihi libros disposuit, mens addita videtur meis aedibus. qua quidem in re mirifica opera Dionysi et Menophili tui fuit. nihil venustius quam illa tua pegmata, postquam mi sillybis libros illustrarunt. *id. ibid. 4, 5, 3* [*in Antiati a. 698/56*] bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione et sillybis. eos velim laudes. ***aliam bibliothecam in Cumano fuisse perspicitur ex epist. ad Q. fr. 2, 12. 3, 5 et 6, 1.***

*9. Cic. ad Q. fr. 3, 4, 5* [*a. 700/54*] de bibliotheca tua Graeca supplenda, libris commutandis, Latinis comparandis, valde velim ista confici, praesertim cum ad meum quoque usum spectent; sed ego mihi ipsi ista per quem agam, non habeo, neque enim venalia sunt, quae quidem placeant, et confici nisi per hominem et peritum et diligentem non possunt. Chrysippo tamen imperabo et cum Tyrannione loquar. *cf. id. ibid. 3, 6, 6.*

*10. Cic. Att. 4, 10, 1* [*in Cumano a. 699/55*] ego hic pascor bibliotheca Fausti. ***fortasse haec nulla alia est nisi Apellicontis et Sullae (test. 3) ad huius filium Faustum delata hereditate. cf. quae Boot ad hunc l. adnotavit.***

*11. Suet. vit. Verg. p. 66 R.* eius [*Vergilii*] bibliotheca non minus aliis doctis patebat quam sibi.

*privatas bibliothecas iam inde ab aetate Ciceronis litterati ac divites homines fere omnes habuerunt. eaedem in provinciis ipsis non deerant (cf. Polyb. 12, 27), atque una fortasse Dertonae (CIL V 7376 a. 732/22) erat, altera certo Smyrnae (Strabo 14, 646) et Athenis (Athen. 5, $207^{e}$. CIA II 468. 478. 482).*

## II. PUBLICIS

*12. Suet. Iul. 44* destinabat — bibliothecas Graecas Latinasque quas maximas posset publicare data Marco Varroni cura comparandarum ac digerendarum. *Isid. or. 6, 5, 1* Caesar dedit Marco Varroni negotium quam maximae bibliothecae construendae. *item Petr. Diac. CGK IV 333, 13. cf. Tac. de orat. 21. Caesaris consilium ob eius repentinum interitum peractum non est.*

*13. Isid. or. 6, 5, 2* primum autem Romae bibliothecas publicavit Pollio, Graecas simul atque Latinas, additis auctorum imaginibus in atrio [*Libertatis*] quod de manubiis magnificentissimum instruxerat. *cf. Petr. Diac. ibid., qui* Publius *pro* Pollio *habet. Plin. n. h. 7, 115* M. Varronis in bibliotheca, quae prima in orbe ab Asinio Pollione ex manubiis publicata Romae est, unius viventis posita imago est. *id. ibid. 35, 9 sq.* non est praetereundum et novicium inventum, si quidem icones ex auro argentove aut certe ex aere in bibliothecis dicantur illis, quorum inmortales animae in locis iisdem locuntur, quin immo etiam quae non sunt finguntur, pariuntque desideria non traditos vultus, sicut in Homero evenit. — Asini Pollionis hoc Romae inventum, qui primus bibliothecam dicando ingenia hominum rem publicam fecit [*a. 715/39*]. *cf. Ovid. trist. 3, 1, 71 sq. Suet. Aug. 29. de imaginibus, quae bibliothecam exornabant, cf. Plin. n. h. 36, 23 sq. Suet. Calig. 34. de loco ubi ea sita fuerit cf. Ihm l. c. p. 515, 10.*

9 icones *Detlefsen*: non

*14. Suet. Aug. 29* templum Apollinis in ea parte Palatinae domus *excitavit*, quam fulmine ictam desiderari *a deo haruspices* pronuntiarant; addidit porticus cum

bibliotheca Latina Graecaque [*a. 726/28*]. *Cass. Dio 53, 1* τό τε Ἀπολλώνιον τὸ ἐν τῷ Παλατίῳ καὶ τὸ τεμένισμα τὸ περὶ αὐτό, τάς τε ἀποθήκας τῶν βιβλίων ἐξεποίησε καὶ καθιέρωσε. *cf. Ovid. trist. 3, 1, 60 sq. Schol. Iuven. 1, 128. Fronto p. 68 N. Tac. ann. 2, 37. incertius Ps-Acro Hor ep. 1, 3, 17 (cf. Serv. buc. 4, 10). Suet. Iul. 56* in epistula, quam brevem admodum ac simplicem ad Pompeium Macrum, cui ordinandas bibliothecas delegaverat [*Augustus*], misit. *vd. de Macro p. 525. Suet. de gramm. 20* C. Iulius Hyginus — praefuit Palatinae bibliothecae. *verum nomen* bibliotheca Apollinis *vel* templi Apollinis *statuit Ihm (ibid. p. 517. 525) ex CIL VI 5188. 5189. 5191. 5884. alia de historia bibliothecae, quae saeculo IV p. Ch. n. conflagravit (Amm. Marc. 23, 3, 3), congessit Ihm p. 517.*

*15. Cass. Dio 49, 43, 8* ἐπειδή τε οἱ Δελμάται παντελῶς ἐκεχείρωντο, τάς τε στοὰς ἀπὸ τῶν λαφύρων αὐτῶν καὶ τὰς ἀποθήκας τῶν βιβλίων τὰς Ὀκταουιανὰς ἐπὶ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ κληθείσας κατεσκεύασεν. *annus significatur 721/33, quam tamen falsam esse notationem ac post mortem Marcelli deducendam (a. 731/23), Becker ex Plut. Marc. 30 vidit (Topogr. p. 610 sq. cf. Ihm p. 518). Suet. de gramm. 21* C. Melissus — [*Augusto*] delegante curam ordinandarum bibliothecarum in Octaviae porticu suscepit. *de Melisso cf. p. 537. ceterum cf. Suet. Aug. 29. Ovid. ars am. 3, 391. trist. 3, 1, 69 sq. de vero nomine* bibliotheca porticus Octaviae *Ihm p. 526. de bibliothecae fortuna Cass. Dio 56, 24 et denuo Ihm p. 518.*

# GRAMMATICAE PRIMORDIA

# LITTERATURA

## APPIUS CLAUDIUS CAECUS

*censor 442/312, cos. 447/307 et 458/296*

### TESTIMONIA

1. *Pompon. dig. 1, 2, 2, 36* idem Appius Claudius — r litteram invenit, ut pro Valesiis Valerii essent et pro Fusiis Furii.

*Cic. ad fam. 9, 21, 2* princeps L. Papirius Mugillanus, qui censor cum L. Sempronio Atratino [*a. 312/442*] fuit —. sed tum Papisii dicebamini. post hunc XIII fuerunt sella curuli ante L. Papirium Crassum, qui primum Papisius est vocari desitus [*praet. et dict. a. 414/340*]. *cf. Quint. 1, 4, 13.*

*horum testimoniorum fidem in dubium revocare voluit Jordan, Krit. Beitr. z. Gesch. d. Lat. Spr. (Berlin. 1879) p. 155; sed cf. Cichorius, Leipz. Stud. 9 (1886) p. 175 sq. (Unger, Fleck. Jahrbb. 143. 1891 p. 302) et Meyer, Zeitschr. f. öst. Gymn. 31 (1880) p. 121. de* s *littera pro* r *inter vocales posita cf. etiam Varro de l. L. 7, 26. 27 et infra passim. Paul. Fest. p. 9, 2. 15, 3. 23, 17. 68, 13. 121, 1. 264, 6. Fest. p. 213a, 11. Quint. 1, 4, 13. Fronto p. 213 N. CGL V 25, 15. 73, 10. 108, 1.*

2. *Mart. Cap. 3, 261* z idcirco Appius Claudius detestatur, quod dentes mortui dum exprimitur imitatur. *Anecd H. p. 308, 12* z vero idcirco — imitatur.

*z littera invenitur antiquitus in carmine saliari et in nummis. utrum postea etiam Andronicus et Naevius ea usi sint an non, ambigitur (Mar. Vict. p. 8, 12; cf. Ritschl op. 4, 150, a quo dissentiunt Mueller Baehrens Schoell. vd. ad Accium fr. 26). ceteroqui cf. Sp. Carvil. test. 1.*

2 morituri *coni. Buecheler* dentis morsus Mommsen

# Q. FABIUS PICTOR

*Liv. 1, 44, 2* scriptorum antiquissimus Fabius Pictor

### EX HISTORIIS

[*HRF 1 Peter*]

*Mar. Vict. p. 23, 14 = Cinc. Aliment. fragm.*

# L. CINCIUS ALIMENTUS

*praetor a. 543/211, anno insequenti pro praetore in Siciliam missus est*

### EX HISTORIIS

[*HRF 1 Peter*]

repertores litterarum Cadmus ex Phoenice in Graeciam et Euander ad nos transtulerunt a b c d e [h] i k ⟨l⟩ m n o p [q] r s t ⟨u⟩ litteras numero XVI. postea quasdam a Palamede et alias a Simonide adiectas implesse numerum XXIV [in comoedia scriptum erat ellum; non recte vos fecistis illum; est enim 'en illum'] grammatici, praeterea Demetrius Phalereus, Hermocrates, ex nostris autem Cincius Fabius [*fr. 1*] Gellius [*fr. 2*] tradiderunt. ex quibus Cincius paucis inquit commutatis, ut ad linguam nostram pervenirent. eas namque Cadmus ex Phoenice in Graeciam, inde ad nos Euander transtulerunt.

*Mar. Vict. p. 23, 14* repertores — transtulerunt. *cf. Victor. p. 194, 11. Varro infra. quin Cincius una cum duobus rerum scriptoribus laudatus antiquus ille historiae auctor, non recentior grammaticus sit, ego non dubito. cf. Gell. infra fr. 1 et Peter, vet. hist. Rom. rell. pp. CI 40. aliter Hertz, de L. Cinciis p. 81 sq.*

1 rep. litt. *ex marg. inlata esse coni. Schady* 2 h *secl.* l *add. edit. princ.* 3 q *secl.* u *add. Vossius* 5—6 in — illum *secl. Hertz. ea quae de Graecis grammaticis leguntur perturbata sunt; nam Hermocratem inter grammaticos rettulit Varro infra* 11 unde: *em. Schady*

# SP. CARVILIUS

*de eius aetate ac doctrina cf. De lud. litt. test. 2*

## TESTIMONIA

1. *Plut. quaest. R. 54* τὸ κ πρὸς τὸ γ συγγένειαν ἔχει παρ' αὐτοῖς [*Romanis*]. ὀψὲ γὰρ ἐχρήσαντο τῷ γάμμα Καρβιλίου Σπορίου προσεξευρόντος. *Ter. Scaur. p. 15, 16* a Spurio Carvilio novam formam G litterae propositam

*haec indicia a titulis confirmantur, qui G litteram ante Carvilii aetatem non praebent. quod autem Jordan (ibid. 157 sq.) hanc scripturae mutationem eidem, qui Z e litteris Latinis abstulit, Appio Claudio vindicare voluit, hoc necessarium non est. cf. L Havet, Rev. de phil. 2 (1878) p. 15 sq. praeterea Ritschl, op. 4, 226 sq. Goetz, Pauly-Wiss. RE 3, 1629/5.*

4 Carvilio *Schneider:* corrutio *em.* carr. *Bern.* caruttio *Pal.* novae *Bern.* propositam *scripsi:* praep.-*codd.* positam *Keil*

## DUBIUM

1[a]. *Isid. or. 1, 4, 12* k litteram Salvius ludimagister primus Latinis adiecit, ut in sono discrimen faceret duarum litterarum c et q. quae ideo supervacua dicitur, quia exceptis Kalendis supervacua iudicatur; per c enim universa exprimimus. *Petr. Diac. CGK IV 334, 22* sane litteram k Salvius magister primus Romanis adiecit, ut in sono duarum discretionem faceret b et q; quod ideo supervacue dicantur quod exceptis Kalendis superflua videantur.

*sub nomine Salvii magistri vel Salustii, ut in Gu. 1 et suprascr. in Gu. 2 legitur, Carvilii nomen latere puto, quippe qui G non K, ut perverse Isidorus tradit, Latinis litteris adiecerit; G enim solum ex antiquissimis gutturis elementis evanuit, ut, non aliter atque apud Etruscos, C litterae locum daret. adde eandem utriusque auctoris Salvii Salustiive et Carvilii professionem docendi et de nomine 'Salustius' cf. supra 'Caruttius' Pal. cod. Scauri.*

*Ritschl (op. 4, 228) u etiam litteram pro o, i pro e in declinatuum terminationibus a Carvilio primum positas esse coniecit. cf. Ribbeck, Fleck. Jahrbb. 75, 312.*

# Q. ENNIUS

*natus Rudiis a. 515/239 Romam cum Catone quaestore a. 550/204 venit, ubi Latina lingua docuit (De lud. litt. 1); postea cum M. Fulvio Nobiliore in Aetolia militavit, a cuius filio Quinto civitate a. 570/184 donatus est. mortuus est a. 585/169*

## TESTIMONIA

1. *Suet. de gramm. 1 = Enn. gramm. test. 1*

2. *Fest. p. $293^{a}$, 30* nulla tunc [*antiquitus*] geminabatur littera in scribendo. quam consuetudinem Ennius mutavisse fertur, ut pote Graecus Graeco more usus, quod illi aeque scribentes ac legentes duplicabant mutas, semi⟨vocales et liquidas⟩.

*cf. Paul. Fest. p. 6, 7. 19, 3. 23, 13. Fest. p. $158^{a}$, 6* ⟨mutas et sem⟩ivocales ⟨antiqui non duplicabant in sc⟩ribendo, aut ⟨. . . . et ita primum Ennium scrip⟩sisse, in eo ⟨. . . . . . . . a quo littera . . .⟩ duplicata sit ⟨primum⟩. *id. p. $355^{a}$, 1* torum, ut significet torridum, aridum, per unum quidem r antiqua consuetudine scribitur, sed quasi per duo r scribatur pronuntiari oportet. nam antiqui nec mutas nec semivocales litteras geminabant, ut fit in Ennio Arrio Annio. *cf. Brause, libror. de discipl. augur. rell. fr. 22 (= Varro de l. L. 5, 21). de hoc litteraturae invento, quod nos in peculiari libro ab Ennio explicatum esse vix credimus (cf. supra test. 1), aeque ac de introductione hexametri versus in litteras Latinas (cf. Isid. or. 1, 38, 6. Cic. de leg. 2, 68. At. Fort. p. 284, 7 K.) et de iis quae in metris ab eo novata sunt cf. praesertim Skutsch, Pauly-Wiss. RE 5, 2620 sq. 2627.*

3. *Isid. or. 1, 21, 1 (ex Suet. περὶ σημείων)* vulgares notas Ennius primus mille et centum invenit.

*cum haec certo a Suetonio repetenda sint (L Traube, Arch. f. Stenogr. 53. 1901 p. 199), quin Ennius poeta hic denotetur vix dubitare licet. de vulgaribus notis (= litteris singularibus?) cf. Weinberger, Arch. f. Stenogr. 54 (1902) p. 204 sq. Philol. 63 (1904) p. 635 sq. Skutsch, ibid. 2627.*

*Ennii veriloquia vd. infra p. 7*

# P. CORNELIUS SCIPIO AEMILIANUS

*natus 569/185 (cf. Roth, Rh. Mus. 12, 183), cos 607/147 et 620/134, censor 612/142, mortuus 625/129*

## TESTIMONIA

1. *Fest. p. $273^{a}$, 7* rederguisse per e litteram Scipio Africanus Pauli filius dicitur enuntiasse, ut idem etiam pertisum. cuius meminit Lucilius, cum ait [*963 Ma.*]:

quo facetior videare et scire plus quam ceteri,
pertisum hominem non pertaesum dicere † ferum nam genus.

*id. p. 217*$^b$*, 4* ⟨perti⟩sum di⟨xerunt antiqui pro pertaesum . . . . . . . . .⟩ qui Paul⟨. . . . . . . . . . . . . . . . .⟩. *Paul. Fest. p. 216, 5* pertisum pro pertaesum dixerunt. *Cic. orat. 159* ex quo quidam pertisum etiam volunt, quod eadem consuetudo non probavit. *cf. Paul. Fest. p. 81, 7 et Ribbeck, Fleck. Jahrbb. 75, 322.*

1 redarguisse  5 hominum — humanum genus *Marx* aerumnamst opus *Lachmann*

*2. Quint. 1, 7, 25* quid dicam vortices et vorsus ceteraque in eundem modum, quae primus Scipio Africanus in e litteram secundam vertisse dicitur?

*cf. Cic. de or. 1, 255* multi oratores fuerunt, ut illum Scipionem audimus et Laelium, qui omnia sermone conficerent paulo intentiore. *de re cf. Thurneysen, Kuhns Zeitschr. 30, 498 et Solmsen, z. Lat. Lautg. (Straßb. 1894) p. 19.*

---

# VERBORUM ENODATIONES

## INDIGITAMENTA

### TESTIMONIUM

*Serv g. 1, 21* nomina haec numinum in indigitamentis inveniuntur, id est in libris pontificalibus, qui et nomina deorum et rationes ipsorum nominum continent; quae etiam Varro dicit. nam — nomina numinibus ex officiis constat inposita: verbi causa ab occatione deus Occator dicitur, a sarritione Sarritor, a stercoratione Sterculinius, a satione Sator.

*cf. Preibisch, quaest. de libr. pontif. (Vratisl. 1874) p. 5 sq.*

## CN. NAEVIUS

*de Naevii vita cf. Varronem ad libr. De poetis*

### EX BELLO POENICO

*1 [26 BP Mueller 27 Baehrens]*

Aventinum Naevius [*dixit*] ab avibus, quod eo se ab Tiberi ferrent aves.

*Varro de l. L. 5, 43* Aventinum — aves. *cf. Varro infra. Incert. inc. libr. 4.*

*2 [27 M. 28 B.]*

hunc locum [*Palatium*] a pecore dictum putant quidam; itaque Naevius Balatium appellat.

*Varro de l. L. 5, 53* hunc — appellat. *Paul. Fest. p. 220, 5* Palatium, id est mons Romae, appellatus est quod ibi pecus pascens balare consueverit, vel quod palare id est errare ibi pecudes solerent. *cf. Solin. 1, 15. Serv. Aen. 8, 51* (*ex Varrone*). *Isid. or. 15, 3, 5.*

# Q. FABIUS PICTOR

## EX HISTORIIS

[*HRF 2 Peter*]

Fabius ⟨a⟩ Siculis profectos corrupto nomine Vulscos ait dictos.

*Isid. codd. eccles. Tolet. ad or. 4, 7, 34* Alexander historiographus ait: Vulscos quidam appellatos aiunt a Vulsco Antiphatae Laestrygonis filio. Fabius quoque a — dictos.

1 a Sic.] sicolicis *vel* sic colicis *codd.*

# L. CINCIUS ALIMENTUS

## EX HISTORIIS

[*HRF 2 Peter*]

Cincius et Cassius [*fr. 3*] aiunt ab Euandro Faunum deum appellatum, ideoque aedes sacras faunas primo appellatas, postea fana dicta, et ex eo qui futura praecinerent fanaticos dici.

*Serv. Dan. g. 1, 10* Cincius — dici. *Inc. de diff. CGK VII 523, 28* fanum Fauno consecratum, unde Fauni appellabantur prius et illi qui vagabantur fanatici. *cf. Varro de l. L. 6, 54. Prob. Verg. g. l. c. utrum haec ad Alimentum an ad alterum Cincium pertineant, dubium est; sed nomen Cassii adiectum ad priorem melius facit, neque rerum scriptorem veriloquium dedecet, quamquam Servius L. Cincium rursus afferens grammaticum intellegit* (*cf. ad hunc fr. 16*).

# Q. ENNIUS

## EX ANNALIBUS

*1* [*59 Vahlen*[2]]

nominatae [*tribus*], ut ait Ennius, Titienses ab Tatio, Ramnenses ab Romulo.

*Varro de l. L. 5, 55* ager Romanus primum divisus in partis tris, a quo tribus appellata Titiensium [tat-*codd.*] Ramnium Lucerum. nominatae — Romulo, Luceres, ut Junius [*fr. 4*], a Lucumone. *cf. id. ibid. 5, 81. 89. 91. Cic. de r. p. 2, 14. 36. Liv. 1, 13, 8. 36, 2. Fest. p. 344*[b]*, 23. Paul. Fest. p. 349, 13. Serv. Aen. 5, 560. CGL IV 278, 4.*

1 nominati *L Spengel*

EX ALEXANDRO

*2 [SRP I p. 23 V Ribbeck*[3]*]*

quapropter Parim pastores nunc Alexandrum vocant

*Varro de l. L. 7, 82* apud Ennium: [*3*]. item: quapropter — vocant. imitari dum voluit Euripiden [-peden *Flor.*] et ponere ἔτυμον, est lapsus; nam Euripides [-pedes *Flor.*] quod Graeca posuit, ἔτυμα sunt aperta. — hoc Ennii quis potest intellegere [in] versum significare [*3*], Alexandrum ab eo appellatum, in Graecia qui Paris fuisset, a quo Herculem quoque cognominatum Alexicacon, ab eo quod defensor esset hominum? *cf. Apollod. bibl. III 150 (12, 5, 19).*

EX ANDROMACHA AECHMAL.

*3 [II p. 26 R.*[3]*]*

Andromachae nomen qui indidit, recte [ei] indidit.

*Varro de l. L. 7, 82* apud Ennium: Andromachae — indidit. item: [2]. ille [*Euripides*] ait ideo nomen additum Andromache, quod ἀνδρὶ μάχεται [andromachete *Flor.*]; hoc Ennii quis potest intellegere [in] versum significare Andromache — indidit?

1 ei *Flor.*: *deest altero loco*

EX MEDEA

*4 [I p. 49 R.*[3]*]*

quae [*navis*] nunc nominatur nomine / Argo, quia Argivi in ea delecti viri / vecti petebant pellem inauratam arietis

*Rhet. ad Her. 2, 22, 34* quae — arietis. *eadem ap. Cic. tusc. 1, 20, 45. Prisc. III 424, 4. cf. etym. magn. s. v. Ἀργώ. hoc veriloquium, quod in Euripidis Medea (1 sq.) deest, ex qua Ennius hausit, grammaticorum vi in hunc fluxisse Leo docuit (Pl. F. p. 86 sq.).*

1 sq. *in verbis constituendis Ribbeckium secutus sum*

INCERTAE SEDIS

5 [*inc. 48 V.*[2]]

foedus quod fidus Ennius scribit dictum

*Varro de l. L. 5, 86* mittebantur, antequam [*bellum*] conciperetur, qui res repeterent, et per hos etiam nunc fit foedus — dictum. *cf. Paul. Fest. p. 84, 2. Cicero ap. Serv. Dan. Aen. 8, 641* Cicero foedera a fide putat dicta. *Liv. 5, 51, 10. CGL VI 460. haec iniuria ad alterum Ennium ab Hertz (Sinnius Cap. p. 10) relata esse puto; ut enim Varro auctores suos interdum neglegentius memoret, qua tanta incuria nomen illud Ennii poetae quadragies septies laudatum ab obscuriore grammatico minime discreverit, vix intellegitur. neque vero aliud in Ennii verbis latet nisi veriloquium, aut si placet lusus verborum. cf. Vahlen, Enn. poes. rell*[2]*. p. XXXVIII.*

DUBIUM

5 [*inc. 49 V.*[2]]

*Char. p. 98, 12 = Enn. gramm. fr. 2*

*Varro (de l. L. 6, 83) auris ἔτυμον ab avendo in* Alexandro [*SRPI p. 22 II R.*[3]] *Ennium ostendere velle opinatur:* iam dudum ab ludis animus atque aures avent / avide expectantes nuntium. *at hic potius lusus verborum esse videtur (cf. Lersch, die Sprachphil. d. Alten 3, 117), non secus ac saepe apud antiquos poetas, praesertim Plautum, qui ioco saepe falsas etymologias profert (cf. Bacch. 284. Men. 263), interdum etiam veras, ut in Capt. 288:* Quid ais? tenaxne eius pater? Immo edepol pertinax.

# M. PORCIUS CATO

*natus Tusculi a. 520/234, quaestor a. 550/204, aedilis a. 555/199, praetor a. 556/198, cos. a. 559/195, censor a. 570/184, mortuus est a. 605/149*

## A. TESTIMONIA

1. *Isid. diff. verb. praef.* de his [*differentiis sermonum*] apud Latinos Cato primus scripsit, ad cuius exemplum ipse paucissimas partim edidi, partim ex auctorum libris deprompsi.

*supervacanea coniectura Lerschii est (ibid. 3, 139), quem Graefenhan sequitur (Gesch. d. class. Phil. 2, 329), Porcium Catonem ab Isidoro cum Valerio Catone permutatum esse; nam si non in libro singulari, carptim tamen in orationibus (cf. O Jahn, acta soc. Sax. 1850 p. 271) Cato verborum differentias pertractavit, quas excerptas Isidorus aut auctor eius vidit (fr. 10. 11. 14). cf. Jordan, M. Cat. quae extant. (Lipsiae 1860) p. CVII.*

*2. Varro ap. Gell. 16, 12, 8* idcirco [*quod faenerator a faenore nominatus est, faenus a fetu*] et M. Catonem et ceteros aetatis eius 'feneratorem' sine a littera pronuntiasse tradit.

*cf. Varro de serm. Lat. lib. III. Jordan, Beitr. z. Gesch. d. Lat. Spr. p. 125.*

## B. FRAGMENTA

### EX ORIGINIBUS

*1 [18 Jordan 53 Peter]*

*lib. II.* Marsus hostem occidit prius quam Paelignus; propterea Marrucini vocantur, de Marso detorsum nomen.

*Prisc. p. 487, 9* Cato in II [*ita Bern.,* III *rell. codd. Hertzii*] originum: Marsus — nomen.

*2 [1 J. 71 P.]*

*lib. III.* Thesunti Tauriani vocantur de fluvio, qui propter fluit.

*Prob. Verg. buc. p. 326 H.* item Cato Originum III: Thesunti — fluit *e. q. s.*

1 Theseunti *Vatic.*

*3 [2 J. 78 P.]*

*lib. IV.* mapalia vocantur ubi habitant [*Poeni*]; ea quasi cohortes rotundae sunt.

*Fest. p. 146 b, 25* mapalia casae Poenicae appellantur, in quibus quia nihil est secreti, solet solute viventibus obici id vocabulum. Cato originum libro quarto: mapalia — sunt. *Serv. Dan. Aen. 1, 421* Cato originum [*numerum om. Cassell.* primo *Paris.*] magalia aedificia quasi cohortes rotundas dicit. *cf. Isid. or. 15, 12, 4.*

*† 4 [I 14 J. et P.]*

qui [*Cato*] Albanum montem ab Alba longa putat dictum

*Serv. Dan. Aen. 12, 134* 'nunc Albanus habetur' Catonem sequitur, qui — dictum.

Albanum *Masvicius*: albonem

*5 [II 20 J. 46 P.]*

ideo Graviscae dictae sunt, quod gravem aerem sustinent.

*Serv. Aen. 10, 184* 'intempestaeque Graviscae' — intempestas ergo Graviscas accipimus pestilentes secundum Plinium in naturali historia [*deest apud Plinium*] et Catonem in originibus, ut intempestas intellegas sine temperie, id est tranquillitate; nam, ut ait Cato, ideo — sustinent.

*6 [II 26 J. 54 P.]*

de quo [*Polite*] Cato in originibus dicit, quod ad Italiam venerit et segregatus ab Aenea condiderit oppidum Politorium a suo nomine

*Serv. Aen. 5, 564* 'Polite progenies' —; de quo — nomine.

*† 7 [II 23 J. 60 P.]*

Cato dicit: quia is locus montibus praestet, Praeneste oppido nomen dedit.

*Serv. Dan. Aen. 7, 682* 'altum Praeneste' Cato — dedit. *Paul. Fest. p. 224, 6* Praeneste dicta est, quia is locus, quo condita est, montibus praestet. *aliter Mart. Cap. 6, 642.*

*† 8 [I 7 J. II 51 P.]*

Cato et Gellius [*fr. 3*] a Sabo Lacedaemonio trahere eos [*Sabinos*] originem referunt.

*Serv. Dan. Aen. 8, 638* Cato autem et Gellius — referunt. *aliter Varro infra. Plin. n. h. 3, 108. cf. Sil. Ital. 8, 420 sq. et Schulze, Lat. Eigenn. p. 479.*

*† 9 [II 24 J. 56 P.]*

Tibur, sicut Cato facit testimonium, a Catillo Arcade praefecto classis Euandri [*conditum*] —. Catillus enim Amphiarai filius post prodigialem patris apud Thebas interitum, Oeclei avi iussu cum omni fetu ver sacrum

missus tres liberos in Italia procreavit, Tiburtum Coram Catillum, qui depulsis ex oppido Siciliae veteribus Sicanis a nomine Tiburti fratris natu maximi urbem vocaverunt.

*Solin. collect. 2, 8* Tibur — Euandri, sicut Sextius, ab Argiva iuventute. Catillus — vocaverunt. *cf. Serv. Aen. 7, 670. 672.*

## EX ORATIONIBUS
## DE SUIS VIRTUTIBUS CONTRA THERMUM

### *10* [*XI 4 J.*]

aliud est properare, aliud festinare. qui unum quid mature transigit, is properat; qui multa simul incipit neque perficit, is festinat.

*Gell. 16, 14, 1* festinare et properare idem significare atque in eandem rem dici videntur. sed M. Cato id differre existimat eaque hoc modo divisa (verba sunt ipsius ex oratione, quam de suis virtutibus habuit): aliud — festinat. *Fest. p.* $234^b$, *17* . . . apud Catonem in ea quae est contra Thermum de suis virtutibus: aliud — festinat. *Paul. p. 235, 14* properare aliud est, aliud — festinat *Non. p. 441, 18* Cato oratione quam de suis virtutibus scripsit: aliud — festinat. *Schol. Bob. ad. Cic. p. 289 Or.* aliud esse properare, aliud festinare ipse nos — Cato docuit in oratione quae inscribitur de virtute sua contra Thermum. — nam aliud — festinat. *Isid. diff. verb. 440* inter properare et festinare: Marcus Cato sic distinguit dicens: qui — festinat. *eadem fere ap. Suet. p. 285 R. Serv. Dan. g. 1, 260. cf. Inc. de diff. CGK VII 527, 5.*

1 unum quodque *Fest. Suet. al.* u. quicquid *nonnulli codd. Non.* 3 simul] sibi *Paris. Voss. Lat. F 7* percipit *Paris.* is *om. Non. al.*

## IN L. QUINCTIUM FLAMININUM

### † *11* [*XVII 3*]

aliud est, Philippe, amor, longe aliud cupido. accessit ilico alter, ubi alter recessit; alter bonus, alter malus.

*Isid. diff. verb. 5* inter amorem et cupidinem: aliud est, inquit Cato, Philippe — malus. *de collocatione cf. supra test. 1. de re Afran. fr. 1. 2. Plaut. Bacch. 20.*

1 philippi *cod. Barthii, Basil. teste Orelli* longe quam *Paris.* l. aliudque *Arev.* 2 ubi *Paris. Arev.* ibid. *Basil. cod. Barthii om. Vatic.*

## SUASIO LEGIS VOCONIAE

### * *12* [*XXXII 3*]

in M. Catonis oratione, qua Voconiam legem suasit, quaeri solet, quid sit 'classicus', quid 'infra classem'.

*Gell. 6, 13* 'classici' dicebantur non omnes, qui in quinque classibus erant, sed primae tantum classis homines, qui centum et viginti quinque milia aeris ampliusve censi erant. 'infra classem' autem appellabantur secundae classis ceterarumque omnium classium, qui minore summa aeris, quod supra dixi, censebantur. hoc eo strictim notavi, quoniam in M. Catonis — classem. *cf. Paul. Fest. p. 113, 12. quamquam utrum Cato ipse ista explicaverit verba incertum est, haec aliena visa non sunt a proposito nostro.*

*interpretationem vocis 'recepticius' in eadem oratione factam vd. ap. Verrium fr. 2.*

## DE BELLO KARTHAGINIENSI

### † *13* [*XXXVII 4*]

urbem istam [*Karthaginem*], ut Cato in oratione senatoria autumat, cum rex Iapon rerum in Libya potiretur, Elissa mulier extruxit domo Phoenix et Karthadam dixit, quod Phoenicum ore exprimit civitatem novam.

*Solin. collect. 27, 10* urbem — novam.

2 iapum *vel* lapum *codd. deteriores*

## EX INCERTIS ORATIONIBUS

### *14* [*11*]

tu, inquam, si verum supprimis, falsarius agnosceris; si falsa confingis, mendax esse videris.

*Isid. diff. verb. 220* inter falsitatem et mendacium: negare quod verum est falsitas est, fingere quod verum non est mendacium est. unde et Cato: tu — videris. *de collocatione cf. test. 1. de re Nig. Fig. fr. 31.*

### **15* [*9*]

pelliculatio⟨nem Cato a pellicien⟩do, quod est inducen⟨do, dixit in ea oration⟩e, quam scripsit de ⟨. . . . . . .⟩.

*Fest. p. 242ª, 21* pelliculatio⟨nem⟩ — de ... *Paul. Fest. p. 243, 4* pelliculationem Cato a pelliciendo dixit. *poterat apud Catonem etymon esse, quamquam verisimilius Verrii ipsius est. idem cadit in fr. 17.*

DE RE MILITARI

*16* [*5*]

procubitores dicuntur fere velites, qui noctu custodiae causa ante castra excubant, cum castra hostium in propinquo sunt.

*Fest. p. 253*[a], *27* procubitores — sunt, ut M. Cato in eo quem de re militari scripsit.

1 feri vetites

INCERTAE SEDIS

**17* [*37*]

veterinam bestiam iumentum Cato appellavit a vehendo.

*Paul. Fest. p. 369, 12* veterinam — vehendo. *sequitur diversa Opilli etymologia (fr. 24). Non. p. 13, 6* veterina animalia dicuntur omnia quae vehere quid possunt. *CGL II 207, 45. V 651, 51. cf. ad fr. 15.*

DUBIUM

*18* [*p. 84*]

mundo nomen inpositum est ab eo mundo qui supra nos est; forma enim eius est, ut ex his qui intravere cognoscere potui, adsimilis illae.

*Fest. p. 154*[b], *30* mundus — ter in anno patere solet —; qui quid ita dicatur sic refert Cato in commentariis iuris civilis: mundo — illae. *an Catonis filii hi sunt? cf. Jordan, ibid. p. CV. Bremer, iurisprud. antehadr. 1, 21.*

2 est, ut] est, est   3 illi *Scal.*

FALSUM

*a Gellii codd. (6, 10) epistulicarum quaestionum in re grammatica auctor Cato pro Varrone proditus est. cf. Varr. rell. ad epistul. quaest. et Jordan ibid. p. CVIII sq.*

# SEX. AELIUS PAETUS CATUS

*aedilis cur. 554/200, duumvir coloniae Narniae augendae 555/199, cos. 556/198, censor 560/194*

## A. TESTIMONIUM

*Pompon. dig. 1, 2, 2, 38* Sextum Aelium etiam Ennius laudavit et extat illius liber qui inscribitur tripertita,

qui liber veluti cunabula iuris continet. tripertita autem dicitur, quoniam lege duodecim tabularum praeposita iungitur interpretatio, deinde subtexitur legis actio.

*forensem, non grammaticam interpretationem fuisse Schoell iure contendit (Leg. XII tab. rell. Lips. 1866 p. 22), quamquam, ut par est, hic illic nominum obscuriorum grammatica investigatio non defuit.*

### B. EX TRIPERTITIS

[*IA 4 Bremer*]

'mulieres genas ne radunto neve lessum funeris ergo habento' hoc veteres interpretes Sex. Aelius L. Acilius non satis se intelligere dixerunt, sed suspicari vestimenti aliquod genus funebris.

*Cic. de leg. 2, 59* mulieres — funebris.

## L. ACILIUS

*a Pomponio (dig. 1, 2, 2, 38) P. Atilius hic nuncupatur*, sed *cf. Cic. Lael. 6 et Schoell, ibid. p. 25.*

### EX INCERTO LIBRO

[*IA p. 18 Bremer*]

*Cic. de leg. 2, 59 = Sex. Aelius Paetus. cf. Schoell, leg. XII tab. rell. p. 7. 25 sq.*

## M. FULVIUS NOBILIOR

*cos. 565/189, censor 575/179*

### EX FASTIS

*1*

nomina decem mensibus antiquis Romulum fecisse Fulvius et Iunius [*fr. 5*] auctores sunt; et quidem duos primos a parentibus suis nominasse, Martium a Marte patre, Aprilem ab Aphrodite id est Venere, unde maiores eius oriundi dicebantur; proximos duos a populo, Maium a maioribus natu, Iunium a iunioribus; ceteros ab ordine quo singuli erant, Quintilem usque Decembrem perinde a numero.

*Censor. d. n. 22, 9* (*ex Varrone*) nomina — numero. *Varro de l. L. 6, 33* primus [*mensis*] a Marte; secundus, ut Fulvius scribit et Iunius, a Venere, quod ea sit Ἀφροδίτη —; tertius a maioribus Maius, quartus a iunioribus dictus Iunius. dehinc quintus Quintilis et sic deinceps usque ad Decembrem a numero. *Macrob. 1, 12, 5* haec fuit Romuli ordinatio, qui primum anni mensem genitori suo Marti dicavit *8* secundum mensem nominavit Aprilem, ut quidam putant, cum aspiratione quasi Aphrilem, a spuma quam Graeci ἀφρόν vocant, unde orta Venus creditur [*Ov. fast. 4, 61. Lyd. de mens. 4 passim*]. *16* Maium Romulus tertium posuit, de cuius nomine inter auctores lata dissensio est. nam Fulvius Nobilior in fastis quos in aede Herculis Musarum [*cf. Plin. n. h. 35, 66. De Rossi, bull. archeol. 1869 p. 3*] posuit Romulum dicit, postquam populum in maiores iunioresque divisit, ut altera pars consilio altera armis rempublicam tueretur, in honorem utriusque partis hunc Maium, sequentem Iunium mensem vocasse. *cf. Varro infra. Cincius fr. 6. Ovid. fast. 1, 41. 5, 1 sq. 427. Fest. p. 134ᵇ, 27. Plut. Num. 19. Suet. rell. p. 163 R. Isid. or. 5, 33, 5 sq. Lyd. de mens. 4, 56. August. contra Faustum 18, 5. civ. d. 7, 7. Serv. g. 1, 43. Cassiod var. 1, 35. CGL VI 535.*

7 usque ad *Vatic. 4498 et Iesuit.*

*2*

ad hos [*decem menses*] qui additi, prior a principe deo Ianuarius appellatus, posterior, ut idem dicunt scriptores [*Fulvius et Iunius*; *cf. Iun. fr. 6*], ab diis inferis Februarius appellatus, quod tum his parentetur.

*Varro de l. L. 6, 34* ad hos — parentetur. *cf. Varro infra.*

4 parentur: *em. vg.*

# IUVENTIUS

## EX INCERTA FABULA

[*SRP II 96 V Ribbeck³*]

scruppidam — Iuventius comicus dicebat a vermiculo piloso, qui solet esse in fronde cum multis pedibus.

*Varro de l. L. 7, 65* scruppidam Aurelius [*fr. 15*]; Iuventius — pedibus; Valerius [*fr. 2*]. *cf. Aur. Op. l. c.*

# A. POSTUMIUS ALBINUS

*praetor a. 599/155, cos. a. 603/151, Catone minor natu*

EX INCERTO LIBRO

[*HRF 3 Peter*]

Postumius de adventu Aeneae et Lutatius communium historiarum [*fr. 3*] Boiam Euximi comitis Aeneae nutricem et ab eius nomine Boias vocatas dicunt; veteres tamen portum Baias dixisse.

*Serv. Dan. Aen. 9, 707* Postumius — dixisse. Varro [*infra*]. *de inscriptione 'de adv. Ae.' cf. Peter, vet. hist. R. rell. p. CXXV.*

# L. CASSIUS HEMINA

*vetustissimus auctor annalium (Plin. n. h. 13, 84) quartis ludis saecularibus (a. 608/146) vivebat (Censor. d. n. 17, 11)*

EX ANNALIBUS

*1* [*HRF 8 Peter*]

*Gell. 17, 21, 3 = Corn. Nepos fr. 1*

*2* [*2*]

notum est — constitutam — Ariciam ab Archiloco Siculo, unde et nomen, ut Heminae placet, tractum.

*Solin. collect. 2, 10* notum — tractum.

*3* [*3*]

Cassius Hemina tradidit, Siculum quendam nomine uxoris suae Clytemestrae condidisse Clytemestrum, mox corrupto nomine Crustumerium dictum.

*Serv. Dan. Aen. 7, 631* Cassius — dictum. alii volunt a crustula panis, quam Troiani coacti fame exedisse dicuntur, appellatum.

*4* [*4*]

*Serv. Dan. g. 1, 10 = Cincius Alim.* p. 7

# M'. MANILIUS

*cos. 605/149*

EX RESPONSIS

[*IA 4 Bremer*]

*Gell. 17, 7, 1* legis veteris Atiniae verba sunt [*Font. iur. R. p. 45, 6 Bruns*[5]] 'quod subruptum erit, eius rei aeterna auctoritas esto'. quis aliud putet in hisce verbis quam de tempore tantum futuro legem loqui? sed Q. Scaevola [*fr. 9*] patrem suum [*resp. infra*] et Brutum [*resp. infra*] et Manilium viros adprime doctos quaesisse ait dubitasseque, utrum ne in post facta modo furta lex valeret an etiam in ante facta, quoniam 'subruptum erit' utrumque tempus videretur ostendere, tam praeteritum quam futurum.

*cf. Nig. Fig. fr. 8. Dig. 50, 16, 123.*

3 alius (aliis *Voss. Lat. F 112*) 6 manlium *Regin. 597 et 1646 Voss. Lat. F 112*

INCERTAE SEDIS FRAGMENTUM

*1* [*1*]

[*nexum*] Manilius scribit omne quod per libram et aes geritur, in quo sint mancipia.

*Varro de l. L. 7, 105* Manilius — mancipia. *cf. Mucius Scaev. et Ael. Gall. infra.*

1 Mamilius *Flor. em. Laetus* 2 geratur *Christ, Philol. 16, 464*

# M. IUNIUS BRUTUS

*Cic. ad fam. 7, 22* M'. Manilium, M. Brutum; *contrario ordine Gell. 17, 7, 3. Dig. 41, 2, 3, 3*

EX RESPONSIS

[*IA 5 Bremer*]

*Gell. 17, 7, 3 = Manilius resp.*

# P. MUCIUS SCAEVOLA

*cos. 621/133*

EX RESPONSIS

[*4 Br.*]

*Gell. 17, 7, 3 = Manilius resp.*

# GRAMMATICAE ANTEVARRONIANAE FRAGMENTA

# GRAMMATICI

## C. OCTAVIUS LAMPADIO

### A. TESTIMONIA

VITAE

*1. origo Lampadionis, ut Archelai et Philocomi, incomperta est. si enim hi una cum Vargunteio 'nostri' a Suetonio sive Varrone (de gramm. 2) vocantur, quomodo haec intellegenda sit appellatio, verene proprieque pro Romanis an semigraecis, qui Romae Cratetis vestigia presserint, haud liquet. certe tamen paulo ante Suetonius in Livio Ennioque posterius nomen diserte usurpat. cf. Hillscher, Fleck. Jahrbb. suppl. 18. 1892 p. 364 et contra Leo, Pl. F. p. 29 adn. 3. de Philocomo etiam Val. Cat. test. 8 et Lucil. fr. 36.*

*2. Lampadionem ineunte fere Gracchorum aetate (a. 620/134), aut etiam aliquantum temporis antea, clarum extitisse, si ex Suetonio (ibid.) ac Frontone (test. 4.) colligimus, longe a vero non aberrabimus (Buecheler, Rh. Mus. 40, 148). haud recte Bergk op. 1, 603 adn.*

SCRIPTORUM

3. *Suet. de gr. 2 (ex Varrone)* C. Octavius Lampadio *[diligentius retractavit ac legendo commentandoque et ceteris notum fecit]* Naevii Punicum bellum, quod uno volumine et continenti scriptura expositum divisit in septem libros.

*de huius librorum divisionis fato cf. Santra fr. 5 et Buecheler ibid. 149, qui eam inde tantum a Caesariana aetate a doctis hominibus receptam esse demonstravit.*

4. *Fronto p. 20 N.* contigisse quid tale M. Porcio aut Quinto Ennio, C. Graccho aut Titio poetae? quid Scipioni aut Numidico? quid M. Tullio tale usu venit? quorum libri pretiosiores habentur et summam gloriam retinent, si sunt ⟨a⟩ Lampadione aut Staberio aut .... vi aut .... aut Aelio ....... aut Attico aut Nepote. mea oratio extabit M. Caesaris manu scripta.

4 a *add. Mai* 5 aut] *desunt IV fere litterae* aut ⟨Ser⟩vi⟨o Cl⟩aud⟨io⟩ *coni. Naber* aut ⟨Se⟩vi⟨o⟩ aut ⟨Tirone⟩ *Kessler* Tirone *iam Mai*

## B. FRAGMENTUM

*Gell. 18, 5, 11* contentus, inquit [*Antonius Iulianus rhetor*], ego his non fui et, ut non turbidae fidei nec ambiguae, sed ut purae liquentisque esset, 'equus'ne an 'eques' scriptum Ennius reliquisset, librum summae atque reverendae vestustatis, quem fere constabat Lampadionis manu emendatum, studio pretioque multo unius versus inspiciendi gratia conduxi et 'eques', non 'equus' scriptum in eo versu inveni [*versus est ex VII ann. 232 V.*[2] denique vi magna quadrupes eques atque elephanti/proiciunt sese].

*quod ex priore loco Lersch (Mus. d. rhein.-westph. Schulm. III. 1845, 3 p. 233 sq.) suspicatur Lampadionem Catonis origines in septem libros distinxisse, omni fundamento destitutum est (cf. Peter, vet. hist. R. rell. p. CXXX sq.). eum contra Ennii annales emendavisse ex Gellio et Frontone (test. 4) concludi debet.*

# L. ACCIUS

## A. TESTIMONIA

VITAE

*1. Lucius praenomen a scriptoribus omitti solet; invenitur tamen apud auctorem ad Herennium, Ciceronem, Plinium maiorem, Gellium Hieronymum Macrobium. 'Accius' autem scriptura longe ante ceteras 'Attius' vel 'Actius' praestat, quippe quae ab optimis codicibus commendetur.*

*2. Suet. rell. p. 36 R. = Hieron. ad a. Abr.1878 (2, 129 Sch.)* L. Accius tragoediarum scriptor clarus habetur [*a. 615/139*], natus Mancino et Serrano coss. [*a. 584/170*] parentibus libertinis, et seni iam Pacuvio Tarenti sua scripta recitavit. a quo et fundus Accianus iuxta Pisaurum dicitur, quia illuc inter colonos fuerat ex urbe deductus. *de anno natali cf. etiam fr. 20. de patria Pisauro certum testimonium deest (de Plin. n. h. 7, 128 cf. supra De lud. litt. 15), nam extrema verba* quia — deductus *ad hunc Accium falso relata sunt, cum deductio a. 570/184 acciderit; sed tamen ad Accium patrem pertinere videntur (ad Ennium cum Accio permutatum putat Marx, Pauly-Wiss.*

*RE 1, 142). ceteroqui de Accia gente Pisaurensi, cuius, ut videtur, L. Accii pater libertus fuerat, cf. Cic. Brut. 271. pro Cluent. 156.*

*3. Cic. Brut. 107* D. Brutus M. filius, ut ex familiari eius L. Accio poeta sum audire solitus *hinc Accium usque ad a. circiter 670/84 vel diutius vixisse efficitur. cf. etiam Varr. de antiq. litt. praef.*

*4. Cic. de leg. 2, 54* doctum hominem sane [*D. Brutum*], cuius fuit Accius perfamiliaris *cf. test. 3. 17.*

*5. a. 614/140 fabulam docuit. cf. fr. 20.*

*6. Cic. Phil. 1, 36* nisi forte Accio tum plaudi et sexagesimo post anno palmam dari, non Bruto putabatis *cum haec ad 'Tereus' tragoediam a. 710/44 iterum actam pertineant, a. 650/104 ea primum data est, in ipso Accii nominis flore.*

*7. Val. Max. 3, 7, 11* is [*Accius*] — Iulio Caesari [*Straboni*] amplissimo ac florentissimo viro in conlegium poetarum venienti numquam adsurrexit, non maiestatis eius inmemor, sed quod in comparatione communium studiorum aliquanto se superiorem esse confideret.

*8. Rhet. ad Her. 1, 24* mimus quidam nominatim Accium poetam conpellavit in scaena. cum eo Accius iniuriarum agit. hic nihil aliud defendit, nisi licere nominari eum, cuius nomine scripta dentur agenda. *id. 2, 19* P. Mucius eum, qui L. Accium poetam nominaverat, condemnavit.

2 caenaculum; eo *Herbip.* caenaculo. Eum *Leid.* cenaculo (caen-*Corb.*) meo. *vel* eius, eo *vel* eum *rell.: em. Minutianus*

*9. Quint. 5, 13, 43* aiunt Accium interrogatum, cur causas non ageret, cum apud eum in tragoediis tanta vis esset optime respondendi, hanc reddidisse rationem, quod illic ea dicerentur quae ipse vellet, in foro dicturi adversarii essent quae minime vellet.

*10. Gell. 13, 2* quibus otium et studium fuit vitas atque aetates doctorum hominum quaerere ac memoriae tradere, de M. Pacuvio et L. Accio tragicis poetis historiam scripserunt huiuscemodi: cum Pacuvius, inquiunt, grandi iam aetate et morbo corporis diutino adfectus Tarentum ex urbe Roma concessisset, Accius tunc haut parvo iunior proficiscens in Asiam, cum in oppidum venisset, devertit ad Pacuvium comiterque invitatus plusculisque ab eo diebus retentus tragoediam suam, cui Atreus nomen est, desideranti legit. tum Pacuvium dixisse aiunt sonora quidem esse, quae scripsisset, et grandia, sed videri tamen ea sibi duriora paulum et acerbiora. ita est, inquit Accius, uti dicis, neque id me sane paenitet; meliora enim fore spero, quae deinceps scribam. nam quod in pomis, itidem, inquit, esse aiunt in ingeniis; quae dura et acerba nascuntur, post fiunt mitia et iucunda,

sed quae gignuntur statim vieta et mollia atque in principio sunt uvida, non matura mox fiunt sed putria. relinquendum igitur visum est in ingenio, quod dies atque aetas mitificet. *cf. test. 2. haec narratiuncula Marxio (ibid. 143) veri dissimilis videtur.*

13 molliora *Oisel* 14 est *post* pomis *non nulli codd.*

*11. Plin. n. h. 34, 19* notatum ab auctoribus et L. Accium poetam in Camenarum aede maxima forma statuam sibi posuisse, cum brevis admodum fuisset. *cf. Lucil. fr. 30. simulacrum quoddam Accii creditur extare (Bernoulli, Röm. Ikonogr. 1, 289).*

1 Attium *vel* Actium *codd.*

SCRIPTORUM

*12. Vell. Pat. 1, 17, 1* in Accio circaque eum Romana tragoedia est. *id. 2, 9, 3* clara etiam per idem aevi spatium tuere ingenia in togatis Afranii, in tragoediis Pacuvii atque Accii. *Cic. pro Planc. 59* gravis et ingeniosus poeta *cf. id. pro Sest. 120. orat. 36. acad. 1, 10. Hor. ep. 2, 1, 56* aufert/Pacuvius docti famam senis, Accius alti *Ps-Acro ad hunc l.* Accius iunior poeta suo ingenio praecelluit Euripidem, qui fuit altus et sublimis ingenio. *adde test. 3. 6. 8. 9. 10. Ovid. am. 1, 15, 19. Vitruv. 9, 16. Pers. 1, 76. Colum. praef. 21. Accius scripsit et praetextas.*

*13.* Annalium libri *memorantur a Festo (p. 146b, 31, ubi numerus XXVII dubitationem movet) Prisciano Macrobio.*

*14. Plin. n. h. 18, 200* Accius in Praxidico *id. index ad hunc l.* ex Accio qui Praxidica scripsit *de astris videtur liber fuisse, sed de L. Accio auctore dubitatio est. cf. Crusius, Philol. 57, 642. Wilamowitz, Hermes 34, 637. hic* Praxidicia *altero loco scribendum esse conicit.*

*15.* Parergon libri *semel a Nonio (p. 61, 19) laudantur, de quibus audacior coniectura Ribbeckii Rh. Mus. 41 (1886) p. 631.*

*16.* Sotadicorum librum I *a Gellio et Prisciano memoratum rectius a Didascalicis contra Lachmann (Kl. Schrift. 2, 69) aliosque separabimus.*

*17. Cic. pro Arch. 27* Decimus quidem Brutus summus vir et imperator Acci amicissimi sui carminibus templorum ac monimentorum aditus exornavit suorum. *Schol. Bob. ad hunc l. p. 359 Or.* hic Brutus Gallaecus fuit cognomento ob res in Hispania non minus strenue quam feliciter gestas. eius etiam nomini ⟨dicatus Accii⟩ poetae tragici extat liber, cuius plurimos versus, quos saturnios appellaverunt, vestibulo templi Martis superscripsit Brutus. *similia Val. Max. 8, 14, 2.*

*18. Varro infra de comoed. Plaut. I Accium indicem Plautinum scripsisse tradit, in quo cf. fr. 19.*

*19. accedunt Didascalicon et Pragmaticon libri ad historiam litterarum pertinentes, de quibus infra.*

---

*Accii fragmenta scaenica coll. Ribbeck, SRP I³ pp. 157—263. 326—331. reliqua L Mueller, Lucil. sat. rell. (Lipsiae 1872) pp. 303—311. Baehrens, FPR (Lips. 1886) pp. 266—272. de Accii grammatica cf. Ritschl op. 4, 142 sq. 359 sq. al. de Didascalicis praesertim Madvig, op. acad. (Kopenh. 1887) p. 70 sq. Norden, Rh. Mus. 48 (1893) p. 530 sq.*

## B. FRAGMENTA

### DIDASCALICON

*libri ad novem laudantur, ad Baebium quendam vel ex parte missi (fr. 8), in quibus Accius artem poeticam Graecorum Latinorumque persecutus esse videtur. eosdem et oratione et versibus compositos esse, Buechelero (Rh. Mus. 35. 1880 p. 401) concedendum est; numeri enim certo desunt in fr. 1. 5. 6. 8, sunt in aliis Menippeamque formam habemus (cf. etiam Marx ibid. Leo, Pl. F. p. 32 adn. 1). huc spectare videntur fr. 18—23. tempora, quibus libri scripti sunt, circa a. 634/120 constitui possunt.*

*1 [1 Mueller 7 Baehrens]*

*lib. I.* Accius in primo didascalico levibus admodum argumentis utitur, per quae ostendi putat Hesiodum natu priorem: quod Homerus inquit cum in principio carminis [*Il. 1, 1*] Achillem esse filium Pelei diceret, quis esset Peleus non addidit, quam rem procul inquit dubio dixisset, nisi ab Hesiodo iam [*fr. 102 Rz.*] dictum videret. de Cyclope itidem inquit vel maxime quod unoculus fuit rem tam insignem non praeterisset, nisi aeque prioris Hesiodi carminibus [*theog. 142*] involgatum esset.

*Gell. 3, 11, 4* Accius autem in primo — esset. *cf. infra Varro de imag. I. aliter sentit Aristarchus (Lehrs, Arist.² p. 226).*

*2 [4 M. 10 B.]*

*l. I.* sapientiaeque invictae gratia atque honoris patera Nestorem mactavit aurea

*Non. p. 341, 23* mactare, honorare. Accius didascalico lib. I: sapientiaeque — aurea. *versus saturnii esse poterant.*

2 pater honesto rem: *em. Turnebus*

*3 [3 M. 9 B.]*

*l. I.* placare hostem ferocem inimiciterque accensum

*Non. p. 514, 20* inimiciter. Accius didascalicorum lib. I: plac. — accensum.

placere *Lugd. 73* fer. host. *Lachmann sotadeum efficiens*

*4 [5 M. 11 B.]*

*l. I.* audax, falsidica, gnati mater pessimi,
odibilis, natura impos, excors et fera

*Prisc. p. 253, 11* impos impotis. Accius in I didascalicon [-lium *Bern.*]: auxad. — fera. *Iunonem Martis matrem hic significatam esse suspicatur Buecheler ibid.*

fals. audax *codd. transposuit Buecheler, qui senarios versus constituit (cf. Havet, Rev. de phil. 15. 1891 p. 131)* falsifica *non nulli codd.* ignati *Sang. Lugd.*

*5 [II 1 M. 12 B.]*

*l. II.* ut, dum velint brevitatem consequi verborum, aliter ac sit relatum, redhosti⟨ant⟩ responsum

*Non. p. 165, 21* redhostit, reddit [redit *codd.*]. Accius Amphitryone [*v. 92 Ribb.*]. idem didascalico lib. II: ut — responsum. *haec ad poesis scaenicae στιχομυθίαν pertinent.*

1 brev. vel. *sotadeos faciens scripsit Lachm.* 2 aliter assit *Flor. m. 3* aliter aliter *Lugd. 73* redhostire (-dost-) sponsum: *em. Hermann*

*6 [2 M. 13 B.]*

*l. II.* sed Euripidis, qui choros temerius in fabulis

*Non. p. 178, 20* temerius. Accius didascalicon [-co *Lugd. m. 1* -lo *Gudian.*] lib. II: sed — fabulis. *Euripidem item vituperatum vd. apud Lucil. infra.*

*7 [VIII 1 M. 14 B.]*

*l. VIII.* actoribus manuleos baltea machaeras

*Non. p. 194, 17* neutro [*balteum*] Varro rerum divinarum lib. XI: 'tragica vincula baltea sunt'. Accius didascalicon [-co *Ludg. m. 1*] lib. VIII: act. — machaeras. *cf. Varro infra fr. 79.*

*8 [IX 1 M. 15 B.]*

*l. IX.* nam quam varia sint genera poematorum, Baebi, quamque longe distincta alia ab aliis, nosce.

*Char. p. 141, 34* poematorum —. Accius quoque didascalicorum IX: nam — nosce.

1 bęb; q q̄ (*i. e.* baebus quam quae)

*9 [3 M. 16 B.]*

*l. IX.* vectigalia † legerant vestra et servantur statim

*Char. p. 220, 9* statim Accius in didascalicon IX: vectig. — statim, pro statute et ordinate. *allocutio in Pragmat. fr. 13 rursus apparet.*

1 locantur *coni. Buecheler* egerant *Lachm.* serv.] struantur *Lachm.*

*10 [2 M. 17 B.]*

*l.IX.* et magnificissimei excelsissimeique honore

*Prisc. p. 92, 4* Accius in IX didascalicon: et — honore. *cf. Paul. Fest. p. 151, 7. sotadeus esse poterat.*

magnificissime (-gnicis- *Halberst.*): *em. Hertz* excellissime excellissimique *vel* excellentissimique: *em. Hertz*

PRAGMATICON

*librorum numerum ignoramus, sed ii complures fuerunt (cf. fr. 11), atque trochaicis septenariis aliisque fortasse metris conscripti. agebatur autem in iis, quod ex parvulis frustulis percipere possumus, de* πράγμασι *scaenicis, de argumentis, de* ἤθεσιν *(cf. Norden, Rh. Mus. 48. 1893 p. 531sq., qui singula fragmenta illustravit), ita ut Pragmatica a Didascalicis non aliter distingui videantur ac Varronis libri De descriptionibus a De poematis (cf. fr. 12).*

*11 [1 M. 24 B.]*

*l. I.* et cuncta fieri cetera inbecilla † non quod ponderitatem gravitatemque nominis

*Non. p. 156, 3* ponderitatem a pondere, ut gravitatem. Accius Pragmatico lib. I: et — nominis.

2 inb. ob pond. *Madvig* inb. nunc/ob p. *Havet* ***duobus iambicis senariis factis (Rev. de phil. 15. 1891 p. 130)***

*12* [*inc. libr. 1 M. 25 B.*]

describe in theatro perperos
popularis

*Non. p. 150, 11* perperos indoctos stultos rudis insulsos mendaces. Accius pragmaticis: descr. — pop.

*13* [*2 M. 26 B.*]

et eo plectuntur poetae quam suo vitio saepius,
⟨aut⟩ ductabilitate nimia vestra aut perperitudine

*Non. p. 150, 15* Accius pragmaticis [*fr. 12*]. idem eodem: et — perp. *haecine contra Lucilium? cf. ad hunc fr. 9.*

2 aut *add. Hermann* duct. ⟨animi⟩ *Onions*

*14* [*3 M. 27 B.*]

L. Accius poeta in pragmaticis appellari — sicinnistas ait nebuloso nomine.

*Gell. 20, 3* quos 'sicinistas' vulgus dicit, qui rectius locuti sunt, 'sicinnistas' littera [n *add. vg.*] gemina dixerunt; sicinnium enim genus veteris saltationis fuit. saltabundi autem canebant, quae nunc stantes canunt. posuit hoc verbum L. Accius — appellarique sicinnistas — nomine; credo propterea nebuloso, quod, sicinnium cur diceretur, obscurum esset.

EX EPIGONIS

*15* [*v. 296 Ribb.*[3]]

sapimus animo, fruimur anima: sine animo anima
est debilis.

*Non. p. 426, 25* animus et anima hoc distant: animus est quo sapimus, anima qua vivimus. Accius Epigone [-gonis ***Bothe*** Erigona *Mercier*]: sap. — deb. Varro Andabatis [*infra ad satur.*].

EX MYRMIDONIBUS

*haec fabula fortasse non diversa est ab Achille*

*16* [*v. 4 sq.*]

tu pertinaciam esse, Antiloche, hanc praedicas,
ego pervicaciam aio et ea me uti volo.
nam pervicacem dici me esse et vincere

perfacile patior, pertinacem nil moror.
haec fortis sequitur, illam indocti possident;
tu addis quod vitio est, demis quod laudi datur.

*Non. p. 432, 31* pervicacia et pertinacia hoc distant: pervicacia est interdum bonarum rerum perseverantia, pertinacia semper malarum. Accius Myrmidonibus: tu — datur. *Enn. v. 408 Ribb.* pervince pertinaci pervicacia. *cf. Varro de l. L. 5, 2.*

2 ai: *em. Aldina* et ea *Fruter, Ribb.:* et a 3—4 *post* 5—6 *Bothe, Ribb.* 3 dicis: *em. Scal.*

## EX BRUTO

*17 [v. 39 praetext. Ribb.*[3]*]*

qui recte consulat, consul fuat.

*Varro de l. L. 5, 80* consul nominatus, qui consuleret populum et senatum, nisi illinc potius unde Accius ait in Bruto: qui — fuat. *cf. Varro fr. 208. Quint. 1, 6, 32.*

consulciat: *em. Augustinus* c. cluat *Palmerius* c. siet *Niebuhr*

*de Graeca forma 'Hectora' ab Accio in tragoediis usurpata cf. Valer. Sor. infra. has item spectare videtur verbum* termen (terimen *coni. Spengel*) *pro* terminus *usurpatum, ut ait Varro (de l. L. 5,21), a terendo (cf. Ribbeck ibid. p. 262).*

## INCERTAE SEDIS

*18 [Didasc. ex libr. inc. 1 M. 19 B.]*

Accius a Q. Maximo quintum consule [*a. 545/209*] captum Tarento scripsit Livium, annis XXX post quam eum fabulam docuisse et Atticus scribit [*fr. 1*] et nos in antiquis commentariis invenimus, docuisse autem fabulam annis post XI C. Cornelio Q. Minucio consulibus [*a. 556/198*] ludis Iuventatis, quos Salinator Senensi proelio voverat.

*Cic. Brut. 72* est enim inter scriptores de numero annorum controversia. Accius autem a Q. — voverat. in quo tantus error Acci fuit, ut his consulibus XL annos natus Ennius fuerit. *de Accii errore cf. Varro fr. 55. de collocatione fr. cf. Didasc. praef.*

*19 [4 M. 20 B.]*

nam nec Geminei lenones nec Condalium, nec Plauti Anus nec Bis compressa nec Boeotia um-

quam fuit, neque adeo Agroecus neque Commorientes Macci Titi.

*Gell. 3, 3, 9* nam — Titi. *cf. Varro de comoed. Plaut. I et Leo, Pl. F. p. 32 adn. 1. de collocatione fr. cf. Didasc. praef.*

*20 [2 M. 21 B.]*

Accius isdem aedilibus [*a. 614/140*] ait se et Pacuvium docuisse fabulam, quom ille octoginta, ipse triginta annos natus esset.

*Cic. Brut. 229* ut Accius — esset. *de collocatione fr. cf. Didasc. praef.*

*21 [5 M. 18 B.]*

unde omnia perdisci ac percipi queuntur

*Diom. p. 385, 22* Accius [actius *Par. 7493* attius *rell.*] quitus sum ponit pro quivi hoc modo [*Ribb. v. 661*]. idem alibi eodem modo: unde — queuntur. *versus est sotadeus. ad Aristophanis Byzantii opera haec refert Norden ibid. p. 538. de collocatione fr. cf. Didasc. praef.*

quaeuntur

*22 [6 M. 29 B.]*

miraculae a miris id est monstris, a quo Accius ait personas distortis oribus deformis miriones.

*Varro de l. L. 7, 64* miraculae — miriones. *cf. CGL V 33, 25. 84, 6. de collocatione fr. cf. Didasc. praef. et fr. 7.*

2 distortas *Flor.: em. Madvig*

*23 [ad script. verb. 4 M. 31 B.]*

obscaenum dictum ab scaena; ea⟨m⟩ ut Graeci [aut] Accius scribit ‘scena’.

*Varro de l. L. 7, 96* obscaenum — scena. *cf. fr. 24 et Lucil. fr. 34.*

1 obscenum *et* scena *Flor.* ea, ut G. σκηνή, ut A. *Lachmann: em. L. Spengel, qui etiam suspic.* scaena, aut graece ut A.

*24 [1 M. 33 B.]*

Accius geminatis vocalibus scribi natura longas syllabas voluit.

*Ter. Scaur. p. 18, 12* primum igitur per adiectionem illa videntur esse vitiosa, quod Accius — voluit, cum alioqui adiecto

vel sublato apice longitudinis et brevitatis nota posset ostendi. *Quint. 1, 7, 14* semivocalis geminare diu non fuit usitatissimi moris, atque e contrario usque ad Accium et ultra porrectas syllabas geminis, ut dixi, vocalibus scripserunt. *cf. id. 1, 4, 10 (Ritschl op. 4, 142 adn. 3, 726). Vel. Long. p. 55, 25* nam nec Accium secuti sumus semper vocales geminantem, ubicumque producitur syllaba, quoniam expedita debet esse condicio scribendi. *Mar. Vict. p. 8, 13* cum longa syllaba scribenda esset, duas vocales [*Accius*] ponebat [-bant *codd.: em. Ritschl*], praeterquam quae in i litteram inciderant; hanc enim per e et i scribebat [-bant *codd.*]. *Prisc. p. 298, 4* veteres i finalem, quae est longa, per ei dipthongum scribebant, longas autem vocales vetustissimi etiam geminare solebant. *id ibid. 10* vetustissimi, ut supra diximus, pro una longa vocali solebant duas scribere. *hanc consuetudinem a e u longarum geminandi Ritschl docuit (op. 4, 156 sq.) ab Oscis sumptam esse, (cf. etiam Jordan, Krit. Beitr. Berlin 1879 p. 125). eadem iam inde ab a. 622/132 in Popilii miliario (CIL I 551 paastores) apparens usque ad a. circiter 680/74 viguit ulteriusque mansit. (estne rursus postea apud Plinium maiorem? cf. Detlefsen, symb. phil. Bonn p. 712). de eius in lege XII tab. vestigiis cf. R Schoell, leg. XII tab. rell. p. 84 sq. utrum idem mos peculiari in libro an in Didascalicis vel Pragmaticis commendatus, aut solum in scribendo ab Accio usitatus sit, dici non potest: quae eadem quaestio cadit in fr. 23, 25 sq.*

1 longa *Bern.*

### *25 [2 M. 34 B.]*

Accius cum scriberet anguis angulus, ⟨agguis⟩ aggulus ponebat.

*Mar. Vict. p. 8, 11* Accius vero cum — ponebat. *id. p. 19, 11* anceps ancilla Angitia angustum anquirit ancora [anc. *add. Ritschl ex Vict. inferiore loco*] † non iudicat [*lacunam signavit Keil* iam dixi Accium non *Ri.*] per an, sed more Graecorum per ag solitum scribere *etc. eadem tradit Prisc. p. 30, 15 ex Varr. de orig. ling. Lat. I. cf. Mar. Vict. p. 16, 6 sq. de collocatione fr. cf. fr. 24.*

1 anguis anguies angules p. *codd.*: angulus aggulus p. *Ritschl* anguis aggueis, agma interponebat *Schady Usenero auctore: emendavi*

### *26 [3 M. 35 B.]*

idem [*Accius*] nec z litteram nec y in libros suos rettulit.

*Mar. Vict. p. 8, 11* idem — rettulit, quod aeque [quia quae *codd.* quamquam ⟨id⟩ *vel* ⟨illud⟩ *Ritschl op. 4, 144. 159* quia neque *FSchoell: em. Baehrens*] ante fecerant Naevius et Livius.

1 libro suo retulit

*Ritschl (op. 4, 166. 492 adn. 687) Accii auctoritati vindicandas esse suspicatur huiusmodi scripturas* qum qura pequs pequnia pequlatus, *quae frequenter in monumentis post a. 620/134 reperiuntur (cf. Brambach, Neugest. d. Lat. Orth. pp. 21. 221), non aliter ac m litterae in extremis vocabulis adiectae constantiam.*

# C. LUCILIUS

## A. TESTIMONIA

VITAE

1. *Gaium praenomen testantur Cicero identidem, Apuleius Hieronymus (test. 5); ceteroqui 'Lucilius' vel 'Lucilius poeta' simpliciter reperitur.*

2. *Iuven. 1, 19* per quem [*campum*] magnus equos Auruncae flexit alumnus, *ubi schol.* Lucilium [Lucium *cod.*] satyricum dicit qui fuit Auruncus. *cf. Auson. epist. ad Tetrad. sat. script. p. 173 Sch. 237 Peip. de Auruncis cf. Nissen, Ital. Landeskunde 2² (Berl. 1902) p. 656 sq.*

3. *Schol. ad Hor. serm. 2, 1, 29* fuit valde nobilis Lucilius, ut pote qui esset Magni Pompei avus. *id ibid. 75* fertur Lucilius avunculus fuisse Pompei Magni. *Porphyr. ibid. 75* constat enim Lucilium ⟨avunculum⟩ maiorem Pompei fuisse; et enim avia Pompei Lucilii soror fuerat. *Vell. Pat. 2, 29, 2* fuit hic [*Pompeius*] genitus matre Lucilia stirpis senatoriae. *de errore Porphyrionis cf. Marx, Lucil. rell. p. XIX; nam Lucilius Pompeii patruus magnus fuit.*

4. *Hieron. ad a. Abr. 1869 [ex cod. Amand., ex aliis 1870] = 606/148, 607/147* Lucilius poeta nascitur. *hoc ex aliis indiciis (Vell. Pat. 2, 9, 3. Gell. 17, 21, 49 = test. 8. Macrob. 3, 16, 14) falsum esse apparet; quare Hauptii probanda est coniectura, qua A. Postumium Albinum C. Calpurnium Pisonem a. 574/180 consules cum Sp. Postumio Albino L. Calpurnio Pisone a. 606/148 coss. ab Hieronymo permutatos esse statuit (Fleck. Jahrbb. 107. 1873 p. 72. 365).*

5. *Hieron. ad a. Abr. 1915 [ex. cod. Amand., ex rell. 1914] = 652/102, 653/101* Gaius Lucilius saturarum scriptor Neapoli moritur ac publico funere effertur anno aetatis XLVI. *cf. Cic. de orat. 1, 72. 2, 25. 3, 171. de falso anno aetatis cf. test. 4.*

2 Gaius Luc. *Oxon. Berol.* (*Hermes 24. 1889 p. 396*) c *vel* gaius lucius *rell.* satyrarum

*reliqua vitae testimonia vd. apud L Mueller, Lucil. satur. rell. (Lipsiae 1872) p. 172 sq. (illustrata p. 290 sq.) et accuratius apud Marx, Lucil. carm. rell. (Lipsiae 1904) p. CXXVII sq. (pertractata p. XXIV sq.).*

SCRIPTORUM

*6. Schol. Hor. praef. in serm. 1* sciendum quia saturarum carmen a primo omnium auctore Lucilio repertum est. *Diom. p. 485, 30* satura dicitur carmen apud Romanos nunc quidem maledicum et ad carpenda hominum vitia archaeae comoediae charactere conpositum, quale scripserunt Lucilius et Horatius et Persius. *Hor. serm. 2, 1, 62* est Lucilius ausus / primus in hunc operis conponere carmina morem. *Quint. 10, 1, 93* in qua [*satura*] primus insignem laudem adeptus Lucilius. *carminum libri XXX fuerunt, quorum omnium reliquiae extant ll. XXI, XXIV exceptis. iidem in tria, ut videtur, corpora divisi intra annos 622/132—649/105 variis metris scripti sunt, quorum aetate anteriores extremi quinque sunt (Marx, ibid. proleg. pp. XXIX—L).*

1. 3 satyr.

*7. Quint. 10, 1, 94* eruditio in eo [*Lucilio*] mira et libertas atque inde acerbitas et abunde salis. *Cic. de orat. 2, 25* C. Lucilius homo doctus et perurbanus *cf. ibid. 1, 72.*

*8. Gell. 17, 21, 49* (*ex Varrone*) postea Q. Ennius — et subinde et Pacuvius et Pacuvio iam sene Accius clariorque tunc in poematis eorum obtrectandis Lucilius fuit. *Hor. serm. 1, 10 53* nil comis tragici mutat Lucilius Acci? / non ridet versus Enni gravitate minores? / cum de se loquitur non ut maiore reprensis. *cf. fr. 1. 3. 6 sq. 28 sq. 32 sq. 44 sq.*

*reliqua testimonia de poesi Luciliana coll. et illustr. iidem*

---

*Lucilii reliquias nuper denuo edidit et pertractavit F Marx, Lucil. carm. rell. (Lipsiae 1904. 1905). de Lucilii grammatica cf. Ritschl, op. 2, 624. 626. 4, 153 sq. 361. 376. 771 sq.*

## B. FRAGMENTA

### EX CARMINUM LIBRIS XXX

### *1 [148 Marx]*

*lib. III. Porphyr. Hor. serm. 1, 10, 53* 'nil comis tragici mutat Lucilius Acci?' facit autem haec Lucilius cum alias, tum vel maxime in tertio libro: meminit IX et X.

*nulla quidem huius insectationis vestigia tertio in libro extare mirum est, cum in libris IX et X complura reperiantur; sed tamen audacius Baehrens scripsit:* in tertio libro⟨rum corpore⟩, *ad l. XXVI Porphyrionis testimonium referens.*

*2 [181]*

*l. V.* quo me habeam pacto, tam etsi non quaeris, docebo,
quando in eo numero mansi, quo in maxima non est
pars hominum . . .
ut per⟨i⟩sse velis, quem visere nolueris cum
debueris. hoc 'nolueris' et 'debueris' te
si minus delectat, quod atechnon et Eissocratium hoc
lerodesque simul totum ac symmiraciodes,
non operam perdo, si tu hic.

*Gell. 18, 8 ὁμοιοτέλευτα* et *ἰσοκατάληκτα* et *πάρισα* et [*καί ter non nulli codd.*] *ὁμοιόπτωτα* ceteraque huius modi scitamenta — quam sint insubida et inertia et puerilia, facetissime hercle significat in quinto saturarum Lucilius. nam ubi est cum amico conquestus, quod ad se aegrotum non viseret, haec ibidem addit festiviter: quo — hic. *cf. Leo, Gött. gelehrt. Anz. 1906 Nr. 11 p. 845 sq.*

4 perisse 6 atexnon (atex *Voss. Lat. F 112*) eis socratium (-ticum *Voss. Lat. F 7*) *Paris. Voss. id.* eisocr-*Voss. Lat. F 112* eisocratium est *Regin. 597 et 1646 Magliab.* hoc/ler.] ⊦ΟΧΛΗΔΡΩΔЄCquę *Voss. Lat. F 112 m. 1* ΟΧΛΗΡΩΔΕCquę *fere rell.: em. Marx ibid. 2, 79* (ληρῶδεσque *iam Scaliger*) 7 si multorum *Voss. Lat. 112 Regin 1646* si miratio des *Paris.* synmiraciodes *fere rell. cf. Leo ibid.*

*3 [212]*

*l. V.* lascivire pecus nasi rostrique repandum

*Non. p. 158, 31* pecus non solum quadrupes animal, verum omnia animalia pecudes dicuntur. — Lucilius saturarum [satyr. *codd.*] lib. V: lasc. — rep. *tangitur Pacuvius* (*v. 408 Ribb.* Nerei repandirostrum incurvicervicum pecus) *probabiliter per iocum. cf. test. 8.*

*nisi (niri Lugd. m. 1)* nostrique: *em.* Venator et Crinitus

4 [*338*]

*l. IX.* non haec quid valeant, quidve hoc intersiet illud,
cognoscis. primum hoc quod dicimus esse poema.
pars est parva poema.

*Non. p. 428, 5* poesis et poema hanc habent distantiam: poesis est textus scriptorum, poema inventio parva, quae paucis verbis expeditur. Lucilius saturarum lib. IX: non — poema. *cf. Accius fr. 8. Varro fr. 96. Posidonius. ap. Diog. Laert. 7, 60. Schol. ad Dionys. Thrac. art. p. 179, 26 H. alia ap. Marx 2, 129.*

1 valeat: *em. Lachmann* huic *I Dousa*

5 [*341*]

*l. IX.* – ⏑ epistula item quaevis non magna poema est.
illa poesis opus totum, ⟨ut⟩ tota[que] Ilias una est,
una ϑέσις sunt annales Enni atque ἔπος unum,
et maius multo est quam quod dixi ante poema.
quapropter dico: nemo, qui culpat Homerum,
perpetuo culpat neque quod dixi ante poesin:
versum unum culpat, verbum, enthymema locumve.

*Non. p. 428, 11* Lucilius saturarum lib. IX [*fr. 4*]. idem: epistula — locumve. *cf. fr. 4.*

2 totum totaque illa summa est: *em. I Dousa* 3 sunt *Lachmann:* ut ἔπος *Lachm.:* estoc 4 et *Lindsay:* est 2—4 (tota[que] I. una/est, una ut θ. a. E.) a. opus u./est *Marx* 6 poesin in 7 tima (tema) locum (*seq.* v *vel* que): *em. Lachm.*

6 [*348*]

*l. IX. Porphyr. Hor. Serm. 1, 10, 53 = fr. 1*

7 [*351*]

*l. IX.* a primum est, hinc incipiam, et quae nomina ab hoc sunt

*Ter. Scaur. p. 18, 15* Lucilius in nono saturarum de orthographia praecipiens ait: a — sunt. deinde adverbium, quod *hoc fr. a proxime sequenti separat, Marx* Lucilio tribuit.

*8* [*352*]

*l. IX.* a primum longa ⟨ac⟩ brevis syllaba. nos tamen unum
hoc faciemus et uno eodemque ut dicimus pacto
scribemus: pacem placide, Ianum aridum acetum,
Ἄρες Ἄρες Graeci ut faciunt.

*Ter. Scaur. p. 18, 18* deinde: a — faciunt. *Accius grammaticus vituperatur* (*cf. ad hunc fr. 24*), *ut in seqq. vd. fr. 1.*
1 ac *addidi* aa geminum longa, ⟨a⟩ br. *Ribbeck* 4 apec ape E *Palat.* arpe cape e *Bern.*: *em. I Dousa*

*9* [*356*]

*l. IX.* fervere, ne longum. vero; hoc lectoribus tradam.

*Non. p. 503, 16* ab eo quod est fervit breviato accentu fervere facit —. Lucilius saturarum lib. IX: fervere — tradam *e litterae geminatio reicitur.*
lictoribus: *em. Palmerius*

*9ᵃ* [*357*]

*l. IX.* fervit aqua et fervet, fervit nunc, fervet ad annum

*Quint. 1, 6, 8* at quae o solam habent, dum modo per eandem litteram in infinito exeant, brevia fiunt, 'lego dico curro, legere dicere currere', etiam si est apud Lucilium: fervit — annum. *Non. p. 502, 31* fervit pro fervet. Lucilius lib. IX: fervit nunc — annum. *Inc. de ult. syll. CGK IV 241, 22* sed in hoc verbo [*fervere*] recte corripitur [*paenultima syllaba*], quoniam antiqui tertiam coniugationem magis quam secundam esse voluerunt, ut Lucilius: fervit n. — annum. *Prisc. p. 478, 18* 'ferveo' quoque etiam 'fervo' invenitur. — Lucilius: fervit [*sic Paris. 7496 m. 2;* fervet *rell.*] n. — annum. *cf. fr. 9.*

*10* [*358*]

*l. IX.* 'meille' hominum, duo 'meilia', item huc 'e' utroque opus, 'meiles'
'meilitiam'. tenues i, 'pilam' in qua lusimus; 'pilum'
quo piso, tenues; si plura haec feceris pila
*quae iacimus*, addes e, 'peila' ut plenius fiat.

*Ter. Scaur. p. 18, 23* itemque quod Lucilius ubi i exile est per se iubet scribi, at ubi plenum est praeponendum esse e credit, his versibus: meille — fiat. *Vel. Long. p. 56, 13* idemque peila, quibus milites utuntur, per e et i scribenda existimat; at pila, in qua pinsetur, per i. *Mar. Vict. p. 18, 3* pilum aiunt militare et vinea — per e et i scribenda, at si pilum sit quo pinsitores utuntur — per i. *itaque ĭ brevem simpliciter, ī longam modo i modo ei scribendam esse praecipit Lucilius, Accio rursus adversatus (cf. ad hunc fr. 24) et a Varrone ipse oppugnatus. quatenus auctor ad Her. Lucilium secutus sit vd. apud Marx, prooem. Gryphisw. 1891 p. XVII et Rhet. ad Her. proleg. p. 96.*

1 *et* 2 mille milia miles militiam: *em. Scaliger* 2 pilam qua ludimus *Scal.* 3 piso *Scal.*: ipso 4 adde se pella *Palat.* adesse pella *Bern.*: *em. Scal.* plenus *Bern.*

## *10ª* [*362*]

*l. IX.* porro hoc si filius Luci
fecerit, i solum, ut 'Corneli Cornificique'

*Char. p. 78, 8* Lucilius tamen [*contra Varro infra*] et per unum i genetivum scribi posse existimat. ait enim: [*fr. 32*]. denique et in libro ⟨V⟩ IIII sic ait: porro — Cornificique. *supplementa e cod. Coloniensi nunc amisso a F Dousa sumpta sunt. Beda art. metr. p. 251, 18* nisi forte regulam Lucilii secuti sunt, qui Lucium [lucilium *Paris. m. 2 Leid.*] et Aemilium et cetera nomina, quae ante u habent i, non solum in vocativo, sed etiam in genetivo casu per unum i existimat scribi posse. *cf. Ter. Scaur. p. 22, 4. Beda ibid. p. 278, 5. Albin. orth. p. 304, 21. perverse Caesell. Vind. ap. Cassiod. orth. p. 206, 25* si autem Lucius Magnius Magius proferantur, duo i in genetivo habebunt, Lucii Magnii Magii, quod ipsum Lucilius adnotavit, cum a numero Numerius discerneret [*fr. 32*].

1 si f. L. *Dousa e cod. Colon.* uui *pro* Luci *Neap.* 2 feceris *F L Schmidt* i solum *Schmidt* colum *Neap.* collum *Dousa* cornelii cornificiiq.

## *10ᵇ* [*364*]

*l. IX.* iam 'puerei venere': e postremum facito atque i,
ut puerei plures fiant. i si facis solum,
'pupilli pueri Lucili', hoc unius fiet.

*Vel. Long. p. 56, 2* alii vero, quorum est item Lucilius varie scriptitaverunt, si quidem in iis quae producerentur alia per i longam [solam *coni. Ritschl*], alia per e et i notaverunt, velut differentia quadam separantes, ut cum diceremus 'viri', *si essent plures*, per e et i scriberemus, si vero esset unus,

'viri' per i notaremus. et Lucilius in nono: iam — fiet. *Quint. 1, 7, 15* diutius duravit ut e et i iungendis eadem ratione qua Graeci ει uterentur. ea casibus numerisque discreta est, ut Lucilius praecipit: iam — fiant. *Char. p. 78, 15 [fr. 10ª]* et paulo post: pupilli p. — fiet. *Lucilium sequitur Nigidius Fig. fr. 10. cf. Ter. Scaur. p. 32, 21.*

1 puerbi *Velius* pueri (puere) *Quint.* et *non nulli codd. Quint. Velius* 2 pueri *Quint., om. Velius* fiant] faciant *Velius* 3 lucii *Char.* et Lucilli *Velius*

*10ᶜ [367]*

*l. IX.* mendaci furique addes e, cum dare furei iusseris

*Quint. 1, 7, 15 [post fr. 10ᵇ]* ac deinceps idem: mendaci — iusseris. quod quidem cum supervacuum est, quia i tam longae quam brevis naturam habet, tum incommodum aliquando. *hoc scripturae genus Lucilii aetate commune erat. ceteroqui Lucilius contra Accium semper se domestici moris studiosum praestat.*

1 furi

*10ᵈ [369]*

*l. IX.* 'hoc illi factum est uni', tenue hoc facies i: 'haec illei fecere', addes e, ut pinguius fiat.

*Vel. Long. p. 56, 10 [post fr. 10ᵇ]* item: hoc — fiat. *sequitur fr. 10, inde*: hoc mihi videtur supervacaneae esse observationis *e. q. s.*

2 ille facere fiat] facit

*11 [371]*

*l. IX.* ae syllabam, cuius secundam nunc e litteram ponimus, varie per a et i efferebant —. est in hac quoque parte Lucili praeceptum, quod quia pluribus explicatur versibus, si quis parum credet, apud ipsum in nono requirat.

*Quint. 1, 7, 18* ae syllabam — efferebant, quidam semper ut Graeci, quidam singulariter tantum, cum in dativum vel genetivum casum incidissent, unde 'pictai vestis' et 'aquai' Vergilius amantissimus vetustatis carminibus inseruit. in eisdem plurali numero e utebantur, 'hi Sullae, Galbae'. est in — requirat.

*11ª [372]*

huic Terentiae Orbiliae † Licinius

*Mart. Cap. 3, 266* Lucilius in dativo casu a et e coniungit dicens h. T. O. † L. a et i et Lucretius crebro et noster Maro 'aurai pictai'. *Vel. Long. p. 57, 20* illud etiam adnotandum circa i litteram est, quod ea quae nos per ae antiqui per ai scriptitaverunt 'Iuliai' 'Claudiai'. sed et quidam in hac quoque scriptione voluerunt esse differentiam, ut pluralis quidem numeri nominativus casus per a et e scriberetur, genetivus vero singularis per a et i. *praeceptum Lucilii in tenebris latet; cf. tamen Nig. Fig. fr. 11, qui fortasse rursus e Lucilio pendet.*

⟨quando⟩ h. ⟨iste⟩ T. ⟨et⟩ O. Licinus ⟨dat⟩ *coni. Marx* terrentiae licinius *vel* lucinius

*12* [*375*]

*l. IX.* atque accurrere scribas
dne an c, non est quod quaeras atque labores.

*Vel. Long. p. 61, 14* sic in his partibus orationis, quae incipiunt a littera c, non facile potest hac praepositione admota sonare d littera. haec similiter littera geminatur in eo quod est capio accipio; itaque Lucilius atque — labores. ille quidem non putavit interesse scripturae. *de collocatione huius fragm. cum res tum Velius Longus auctor* (*cf. superiora fragmenta*) *omnem dubitationem removent.*

1 scribes: *em. IDousa* 2 c]T quot atque] aeque: eque *Marx*

*12ª* [*374*]

*l. IX.* – ∪ ∪ abbi⟨be⟩ro: non multum est d siet an b.

*Vel. Long. p. 62, 18* abbibere [abbire *cod.*] etiam quidam geminata b maluerunt et dicere et scribere intermissa d, et ⟨in⟩ hoc nullam differentiam putat esse Lucilius qui ait: abbibero — an b. *de collocatione cf. fr. 12*

abbire: abbi⟨be⟩ro *scripsi* abbi⟨be⟩re: ⟨hic⟩ *Marx*

*13* [*381*]

*l. IX.* pelliciendu, quod est inducendus, geminat l.

*Vel. Long. p. 65, 11* 'per' vero praepositio omnibus ⟨vocibus *fort. add.*⟩ integra praeponitur, nisi cum incidit in l litteram, adfinem consonantem, quam elegantioris sermonis viri geminare malunt [volunt *cod.*] quam r litteram exprimere, ut cum pellabor malunt dicere quam perlabor. nec aliter apud Lucilium legitur [in praepositionem]: pelliciendu — l. pellicere malunt quam perlicere. *de collocatione cf. fr. 12. 15.*

per l liciendo — inducendo: *em. Marx*

*14* [*382*]

*l. IX.* q littera tunc recte ponitur, cum illi statim u littera et alia quaelibet una pluresve vocales coniunctae fuerint ita ut una syllaba fiat; cetera per c scribuntur. hoc Lucilio quoque videtur.

*Ann. Cornut. ap. Cassiod. orth. p. 149, 1* q littera — videtur. *Curt. Valerian. ap. Cassiod. ibid. p. 155, 24* q littera tunc recte ponitur, cum eam statim u littera sequitur iuncta cum alia vocali vel vocalibus [dipthongis] ita ut unam syllabam faciat, ut Quirites quaestio quaerite. cetera vero per c scribi debent, ut cuius Cumae et reliqua huius modi. *an haec quoque contra Accium? cf. Acc. p. 32.*

3 lucio *vel* Lutio *codd.*: *em. Semler*

*15* [*377*]

*l. IX.* [a] r[e]: non multum [ab]est, hoc cacosyntheton atque canina
si lingua dico: nihil ad me, nomen † hoc illi est.

*Vel. Long. p. 47, 1* sed si hoc sectentur, possint etiam plerasque consonantes et omnes semivocales pro syllabis ponere. nam apud Lucilium in nono, in quo de litteris disputat, omnes vicem syllabarum implent, cum dicit: r — illi est. item: [*fr. 16*]. apparet ergo haec nihil aliud quam locum syllabae tenere nec tamen syllabas esse. *cf. Lucil. v. 2 Ma. de tota re Marx 2, 138 sq.*

1 a e ab *secl. Marx* 2 hoc] enim *scripsit Marx; corruptelam signavi*

*16* [*379*]

*l. IX.* s nostrum et semigraecei quod dicimus sigma
nil erroris habet

*Vel. Long. p. 47, 7* [*post fr. 15*] item: s — habet.

1 semigraece: *em. Marx* 2 nihil

*reliqua libri IX fragmenta an vere de re grammatica fuerint nescimus.*

*17* [*383*]

*l. X. Vita Persii p. 59, 27 Buech.*[3] sed mox ut a schola magistrisque devertit, lecto Lucili libro decimo *vehementer saturas* componere instituit. cuius libri princi-

pium imitatus est sibi primo, mox omnibus detrectacturus cum tanta recentium poetarum et oratorum insectatione, ut etiam Neronem principem illius temporis inculpaverit.

3 cuius — est *secl. Marx*

*18* [*386*]

*l. X.* horum est iudicium crassum, ut descripsimus ante,
hoc est, quid sumam, quid non, in quoque locemus

*Non. p. 396, 13* sumere etiam significat eligere. — Lucilius saturarum lib. X: horum — locemus. *verborum delectum in eloquentia Buecheler, rerum in poesi Marx haec spectare suspicantur.*

honorum: *em. Roth* bonorum *IDousa* crassis ut discribimus: phrasis ut descrips. *Buecheler* Crassi sicut describ. *Corpet* crisis ut discribimus *Marx* crassum *scripsi; alia nuper tentavit Leo, Gött. gelehrt. Anz. 1906 p. 850*

*19* [*388*]

*l. X.* 'ne ⏑ in arce bovem descripsi magnifice' inquit

*Donat. Ter. andr. 2, 1, 24*[6] 'ne' valde, aut, ut quidam volunt, o quam. Lucilius in decimo: ne — inquit. *poeta quidam derideri videtur. in versu Atticum proverbium* βοῦς ἐν πόλει *agnovit OJahn, Hermes 3. (1869) p. 181.*

ne quem *vg.* (*ex* neque *codd. deteriorum*) νὴ τόν *Buecheler* ne ⟨illum ego⟩ *Marx* in arce] marce *Vatic. Regin. Lat. 1496 = V* descripsit *Oxon.* -psisti *V*

*20* [*384*]

*l. X. Porphyr. Hor. serm. 1, 10, 53 = fr. 1*

*reliqua libri X fragmenta ad huius modi argumenta referre possis, sed res nimis incerta est.*

*21* [*437*]

*l. XII.* alii ⟨a⟩ vino arbitrantur [*tragoediam nominatam*], propterea ⟨quod⟩ olim τρύξ dictitabatur, a quo τρύγητος hodieque vindemia est, quia Liberalibus apud Atticos die festo *Liberi patris* vinum cantoribus pro corollario dabatur, *cuius rei testis est* Lucilius in duodecimo.

*Diom. p. 487, 23* alii autem putant a faece [*teste Hor. AP 275*] —. alii — duodecimo. *ut Horatium ita Lucilium de nomine et origine tragoediae dixisse Marx probabiliter contendit. de hoc loco cf. Varro infra fr. 304.*

*22* [*452*]

*l. XIII.* ut perhibetur iners, ars in quo non erit ulla.

*Serv. Dan. georg. 4, 25* quae vox [*iners*] ponitur — pro eo qui sine arte sit, ut apud Lucilium [-llum *codd.*] in tertio decimo: ut — ulla. *id. Aen. 4, 158* iners proprie quid sit Lucilius declarat: ut — ulla. *cf. Cic. de fin. 2, 115. Paul. Fest. p. 110, 9. Serv. buc. 8, 24. Isid. or. 10, 142. diff. verb. 296. Schol. Bern. buc. 8, 24. Donat. Ter. andr. 3, 5, 2.*[1] *CGL VI 568. cum lusu verborum Varro sat. 359 B. Ovid. ars am. 3, 208.*

erit] est *Serv. georg.*

*23* [*495*]

*l. XV.* scit poeeticon esse, videt tunica et toga quid sit.

*Non. p. 536, 15* tunica est vestimentum sine manicis. — Lucilius saturarum lib. I: [*12 Ma.*]. idem lib. XV: scit — sit. *philosophi praecipue Platonici faceta significatione appellari videntur* (*Marx 2, 184*).

poeeticon *Keller*: poeticon tunicam

*24* [*549*]

*l. XVII.* si messes facis * * Musas si vendis Lavernae

*Non. p. 134, 35* Laverna, ⟨d⟩ea cui supplicant fures. — Lucilius lib. XVII: si — Lavernae. *in hoc et seqq. fragm. Stoici contemnuntur.*

si semissi' *Dousa et Onions* facis ⟨et⟩ *Marx; lacunam signavi*

*25* [*550*]

*l. XVII.* cetera contemnit et in usura omnia ponit
non magna; proprium vero nil neminem habere.

*Non. p. 361, 27* proprium rursum significat perpetuum. — Lucilius saturarum lib. XVII: cetera — habere. *cf. Lucil. fr. 701 Ma. Varro sat. 71 B. de re fr. 24.*

1 contempni *Lugd. m. 1*

*26* [*552*]

*l. XVII.* 'si non it, capito' inquit 'eum et si calvitur'. 'ergo
fur dominum?'

*Non p. 6, 21* calvitur dictum est frustratur — Lucilius saturarum lib. XVII: si — dominum. *de re cf. fr. 24.*

*27* [*587*]

*l. XXVI.* nisi portenta anguisque volucris ac pinnatos scribitis

*Non. p. 191, 13* angues masculino genere —. Lucilius lib. XXVI: nisi — scribitis. *id. p. 436, 7* portenta ostenta quae aliquid inminere significant. Lucilius lib. XXVI: nisi — scribitis. *in hoc et seq. fragm. tumor nobilissimorum tragicorum perstringitur ipsorum verbis ad irrisionem usurpatis. de hoc fr. cf. Pacuv. v. 397 R.*[3]
volucres *Non. p. 436*

*28* [*597*]

*l. XXVI.* squalitate summa ac scabie, summa in aerumna, obrutam
neque inimicis invidiosam neque amico exoptabilem

*Non. p. 126, 3* invidiosum, quod sit vitabile ad videndum [vivendum *codd.*]. Lucilius lib. XXVI: squalitate — exoptabilem. *id. p. 226, 7* ⟨Lucilius lib. XXVI⟩: squalitate — obrutam. *id. p. 401, 31* summum, extremum. — Lucilius lib. XXVI: squalitate — obrutam. *cf. fr. 27 et Pacuv. v. 20$^a$. 356 R*[3]. (*Mueller l. c. p. 247*).
1 sculitate *Non. p. 126* isculitate *401* ac *om. 226. 401* in re summa *126* obruta *226*

*huc accedunt fortasse vv. 599. 601. 605. 606. 607. 608. 610. 653. 654. 655. 656 eiusdem l. XXVI.*

*29* [*794*]

*l. XXVIII.* quare pro facie, pro statura Accius ‒ ◡

*Non. p. 226, 25* statura generis feminini. Lucilius lib. XXVIII: quare — Accius. *acerbas facetias bene intellexit Marx: 'ingenium Accii exiguum, sicuti statura et corpus.' cf. Accius test. 11.*

*30* [*806*]

*l. XXIX.* cupiditas
ex homine * *, cupido ex stulto numquam tollitur.

*Non. p. 436, 32* cupiditas et cupido diversa sunt, nam cupiditas levior est. Lucilius lib. XXIX [XVIIII *codd.: em. Lachmann*]: cupiditas — tollitur; quod cupiditas pars quaedam sit temperantior, defluens ex cupidine. *cf. Cato fr. 11. Afran. fr. 1. 2. Lucil. 808 Ma.*

2 *lacunam signavit Marx* cupido *adiect. intellegit Lindsay*

*31* [*875*]

*l. XXIX.* verum tristis contorto aliquo ex Pacuviano exordio

*Non. p. 30, 23* exordium est initium —. Lucilius lib. XXIX: verum — exordio. *cf. Pacuv. v. 383 Ribb.*[3]

virum: *em. Mercier*

INCERTAE SEDIS

*32* [*1294*]

— — servandi numeri et versus faciendi
nos Caeli Numeri numerum ut servemus modumque

*Char. p. 78, 8* Lucilius tamen et per unum i genetivum scribi posse existimat; ait enim: servandi — modumque. numquam enim hoc intulisset, nisi et Caelii et Numerii [*ita Colon.* Numerum *Neap.*] per ii [i *Neap.*.], huius Numerii faciendum crederet. denique et in libro ⟨V⟩ IIII [*fr. 10*[a]]. *cf. de his Marx 2, 134 sq. 409 sq. utrum idem de vocativo praeceptum Lucilii (cf. Beda ad fr. 10*[a]*, infra fr. 49) fuerit, an aliud non constat (Char. p. 71, 9 = v. 1310 Ma.).*

1—2 et — N. *om. Neap., add. Colon. Dousae* 2 modumque *Colon.* que *legit etiam tunc in Neap. editor princeps Charisii*

*33* [*963*]

quo facetior videare et scire plus quam ceteri,
pertisum hominem, non pertaesum, dicere † ferum nam genus

*Fest. p. 273*[a]*, 9* cuius [*pronuntiationis*] meminit Lucilius, cum ait: quo — genus. *cf. Scipio Aemil. test. p. 4.*

1—2 *adn. crit. ad l. c.*

*34* [*1130*]

– ⏑ ⏑ *Cecilius* pretor ne rusticus fiat

*Varr. de l. L. 7, 96* in pluribus verbis a ante e alii ponunt, alii non, ut quod partim dicunt ⟨scaeptrum partim⟩ sceptrum, alii Plauti Faeneratricem [f$^{a}$en- *Flor.*] alii Feneratricem [f$^{o}$en- *Flor.*: *em. Laetus*], sic faenisicia ac fenisicia [foen- *Flor.*], ac rustici pappum Mesium non Maesium [maes- *et* moes- *Flor.*]; a quo Lucilius scribit: Cec. — fiat. *Diom. p. 452, 15* detractione temporis litterae syllabae adspirationis: — litterae, ut si detracta a littera pretor dicamus, ut Lucilius [lucius *codd.*]: pretor — fiat, cum debeat ae pronuntiari praetor. *ad l. IX Schmidt aliique rettulerunt, ad V verisimilius Marx; agitur enim de rustica pronuntiatione, non de scriptura, ut in fr. 35 (cf. Sittl, die lok. Versch. d. Lat. Spr. p. 5 sq.). cf. Cato test. 2 p. 10.*

pretor *om. Varronis cod.* fias *Diomedis Paris. 7494. 7493*

*35 [1322]*

taceo de Tuscis et Sabinis et Praenestinis quoque;
nam ut eorum sermone utentem Vettium Lucilius insectatur.

*Quint. 1, 5, 56* taceo — insectatur, quem ad modum Pollio reprehendit in Livio Patavinitatem. *eadem Praenestini sermonis irrisio apud Plautum (Trin. 609. Truc. 691 cf. Ritschl, Parerg. p. 196). similiter Titin. v. 104 Ribb.*[3] qui obsce et volsce fabulantur, nam latine nesciunt. *quominus autem Vettius Lucilii familiaris sit, nihil obstat: eadem certe insectatio in Scipionem amicum ab eo facta est (cf. fr. 33).*

2 vetticium *Bamb. m. 2 Ambros.*

*36 [1209]*

'conspicitur sus.' Horatius [*ep. 1, 2, 26*] 'et amica luto sus'. sciendum tamen hoc esse vitiosum, monosyllabo finiri versum, nisi forte ipso monosyllabo minora explicentur animalia, ut [*Hor. AP 139*] 'parturient montes, nascetur ridiculus mus'; gratiores enim versus isti sunt secundum Lucilium.

*Serv. Aen. 9, 83* conspicitur — Lucilium.

*de structura versus Luciliani cf. etiam Mar. Vict. p. 28, 3 (de correpta vocali in s desinenti et ab alia consonante excepta).*

*37 [1160]*

ergo praetorum est ante et praeire.

*Varro de l. L. 5, 80* praetor dictus qui praeiret iure et exercitu. a quo id *Lucilius:* ergo — praeire. Cic. de leg. 3, 8 *a praeundo — praetores. aliter Isid. or. 9, 3, 27. 4, 16.* cf. Varro infra.

*item veriloquium vidit Varro in v. 1340 Ma.* '**vis est vita**, *vides' (est potius lusus verborum), Verrius in v. 1298* ***Ma.*** *dubitanter (cf. Ael. Stilo ad fr. 28).*

*38* [*1100*]

adde soloecismon genera atque vocabula centum

*Pomp. comment. p. 289, 6* quot modis, ait, fiunt soloecismi? Donatus redegit se ad summam brevitatem et dixit 'duobus tantum' [*CGK IV 393, 18*]. Lucilius autem dixit 'centum' et enumeravit omnes: extat liber ipsius, dicit illud et illud. nam ait sic adde — centum, et ⟨per⟩currit ipsa vocabula versibus scriptis arte et ibi enumeravit illa omnia. *Serv. in Don. p. 446, 19* soloecismorum genera centum dicit esse Lucilius. *Isid. or. 1, 33, 5* nam Lucilius centum genera soloecismorum dixit, quos omnes vitare potius quam sequi debet, qui regulam recte loquendi tenere studet. *cf. fr. 39. Aur. Opill. et Sinn. Cap. infra. de re G Schlepps, de soloecismo (Straßburg 1875).*

soloecismo *Paris. Sang. 1180 Berol.* -smos *Paris. Sang. 1179* -smum *Paris. 7530: em. editt. vett.*

*39* [*1215*]

nam velut intro aliud longe esse atque intus videmus,
sic ⟨et⟩ 'apud se' aliud longe est, neque idem valet 'ad se':
intro nos vocat at sese, tenet intus ⟨apud se⟩.

*Char. p. 111, 16* intro est in locum, intus in loco dicimus, ut etiam apud Graecos ἔσω, εἴσω καὶ ἔνδον. ideoque Lucilius ait: nam — ⟨apud se⟩. *cf. Quint. 1, 5, 50. Char. p. 266, 30. Prob. inst. art. p. 155, 19. Donat. ars gr. p. 393, 24. Serv. in Don. p. 446, 27. explan. in Don. p. 510, 20. Cledon. p. 21, 19. 64, 21. 67, 30. Pomp. comment. p. 248, 7. 290, 29. 291, 31. August. Reg. p. 517, 19. 518, 2. Mar. Plot. Sac. p. 450, 16. Caper p. 92, 5. 110, 7. vd. fr. 38.*

1 veluti *Neap. m. 2* 2 et *add. Dousa* item *Lachmann* se l. a. esse *Neap.* te l. alid est *Dousa* al. l. *transp. Marx* idem *Dousa:* eadem se] te 3 vocas: *em. Marx* ap. se *add. Dousa*

*40* [*1133*]

ut ait Lucilius, bonum schema est quotiens sensus variatur in iteratione verborum, et in fine positus sequentis *fit exordium; qui* appellatur climax.

*Serv. Aen. 9, 570* 'Caenea Turnus Turnus Ityn' ut ait — verborum [*Dan.*], et in — climax. *Marx ad Isid. Rhet. Lat. p. 517. 518 H delegat.*

*41 [1168]*

quid hic aliud observabimus? ut quae verba magis sonantia sunt, ea potius conlocemus, quae Lucilius euphona appellat, id est quasi vocalia. ut pro Caelio [*Cic. 67*] 'aliut fori lumen est, aliut lychnorum', cum potuisset etiam structius dicere 'aliut lucernarum'.

*Chir. Fortunat. 3, 6 RL p. 124, 7 H* quid — lucernarum. *hoc fr. et pleraque superiorum libro nono ante Marxium temere tributa sunt.*

*42 [1169]*

*Gell. 6, 3, 28 (de Euripide) = Tiro fr. 6*

*43 [1189]*

Homerus alter ut Lucilius de Ennio suspicatur

*Hieron. comment. in Micham 2, 7 (VI p. 518. 519 Vallars)* sed et poeta sublimis — non Homerus — suspicatur, sed primus Homerus apud Latinos. *Hor. ep. 2, 1, 50* Ennius et sapiens et fortis et alter Homerus, ut critici dicunt.

*44 [1190]*

horret et alget

*Serv. Aen. 11, 601* 'horret ager' terribilis est. est autem versus Ennianus, vituperatus a Lucilio dicente per inrisionem debuisse eum dicere h. et a.; unde Horatius de Lucilio [*serm. 1, 10, 54*] 'non ridet versus Enni gravitate minores?' *cf. Macrob. 6, 4, 6.*

*versum Lucilianum ex Macrobio Marx restituit:* ⟨sparsis hastis longis campus et⟩ h. et a.

*45 [385]*

inprobus confidens nequam malus ⟨ut⟩ videatur

*Non. p. 262, 5* confidentia rursum temeritas, audacia. Pacuvius in Atalanta: [*v. 47 Ribb.*[3]]. * * idem lib. [X *Guelf.: alterum Lucilii exemplum evanuisse vidit Mercier, hoc autem iam* I Dousa *Lucilio vindicavit*]: inprobus — videatur. *Lucilium in oratorem suae aetatis invehi coniecit Buecheler, Rh. Mus.* 39 (1884) p. 288.

*ut add. Lachmann*

## *46 [1241]*

sed ut solebat C. Lucilius saepe dicere, homo tibi [*Q. Mucio Scaevolae*] subiratus, mihi [*L. Licinio Crasso*] propter eam ipsam causam minus quam volebat familiaris, sed tamen et doctus et perurbanus, sic sentio, neminem esse in oratorum numero habendum, qui non sit omnibus iis artibus, quae sunt libero dignae, perpolitus.

*Cir. de or. 1, 72* sed ut — perpolitus. *de re cf. fr. 45. de verbis 'dicere solebat' Marx 2, 393.*

## *47 [84]*

quam lepide lexis compostae ut tesserulae omnes
arte pavimento atque emblemate vermiculato

*Cic. de or. 3, 171* [*loquitur Crassus*] conlocationis est componere et struere verba sic, ut neve asper eorum concursus neve hiulcus sit, sed quodam modo coagmentatus et levis. in quo lepide soceri mei [*Q. Mucii Scaevolae*] persona lusit is, qui elegantissime id facere potuit, Lucilius: quam — vermiculato. quae cum dixisset in Albucium inludens, ne a me quidem abstinuit. *Non. p. 188, 18* vermiculatum pro minuto. Cicero in oratore lib. III [IV *Lugd.*]: lexis — vermiculato. *Cic. orat. 149* quod apud Lucilium scite exagitat in Albucio Scaevola: quam — vermiculato. *id. Brut. 274* nullum nisi loco positum et tamquam in vermiculato emblemate, ut ait Lucilius, structum verbum videres. *Plin. n. h. 36, 185* frequentata vero pavimenta ante Cimbricum [*bellum*] magna gratia animorum indicio est Lucilianus ille versus: arte — vermic. *Quint. 9, 4, 113* si quidem relicto rerum pondere ac nitore contempto tesserulas, ut ait Lucilius, struet et vermiculate [-ata *Ambros.*] in⟨ter⟩ se lexis committet. *de T. Albucio oratore hic laeso cf. Cic. Brut. 131. libro II suo iure tribuit Marx 1 p. XLIsq.*

1 ex his *de or.* conposui et ut *Non.* compositae ut *rell.* tessurulae *Non.* 2 pavimenti *vel* -ta *Plin.*

## *48 [86]*

Crassum habeo generum, ne rhetoricoterus tu seis

*Cic. de or. 3, 171* [*post fr. 47*] ne a me [*Crasso*] quidem abstinuit: Crassum — seis. *de re et collocatione cf. ad fr. 48.*

*rhetorico* te *rustus* eis

*49* [*88*]

Graecum te, Albuci, quam Romanum atque Sabinum,
municipem Ponti, Tritani, centurionum,
praeclarorum hominum ac primorum signiferumque,
maluisti dici. graece ergo praetor Athenis,
id quod maluisti, te, cum ad me accedis, saluto:
chaere, inquam, Tite. lictores, turma omnis chorusque:
'chaere, Tite.' hinc hostis mi Albucius, hinc inimicus.

*Cic. de fin. 1, 8* res vero bonas verbis electis graviter ornateque dictas quis non legat? nisi qui se plane Graecum dici velit, ut a Scaevola est praetore salutatus Athenis Albucius. quem quidem locum cum multa venustate et omni sale idem Lucilius, apud quem praeclare Scaevola: Graecum — inimicus. *litteratorum plane Graecorum insania lepide obiurgatur. de collocatione cf. fr. 47.*

2 pontii tritanii *Palat. m. 2 Erlang.* tritunii *Vatic.* tiranii *Palat. m. 1.* 6 care *Erlang.* cohorsque *PManutius* 7 cite *Vatic.* hic *Palat. m. 1 Erlang. Vatic*

*50* [*1284*]

quis hunc currere equom nos atque equitare videmus,
his equitat curritque. oculis equitare videmus:
ergo oculis equitat.

*Gell. 18, 5, 8* pleraque enim veterum aetas et hominem equo insidentem et equum qui insideretur equitem dixerunt; propterea equitare etiam, quod verbum e vocabulo equitis inclinatum est, et homo equo utens et equus sub homine gradiens dicebatur. Lucilius adeo vir adprime linguae Latinae sciens equum equitare dicit his versibus: quis — equitat. *Non. p. 106, 31* equitare quoque Lucilius ecum dicit, cum sit hominis ecum [secum *codd.*] insidentis: quis — oculis. *Macrob. 6, 9, 11* Lucilius namque vir adprime linguae Latinae scius equum equitare dicit hoc versu: nempe hunc — videmus. *sophistarum ineptias poetam deridere intellexit Scaliger. cf. v. 1117 Ma.*

1 quis] nempe *Macrob.* hinc *plerique Gellii codd.* ecum *Nonii Lugd., Gellii Regin. 597* eqū *vel* equum *rell.:* equom *scripsi cf. Bersu, die Guttur. p. 56* non aquae *et* videbat *Non.*

*aliis locis passim Lucilius de litteris litteratisve iudicium facere videtur, quos tamen ut pote nimis incertos omisi.*

DUBIUM

*51* [*373*]

antiquos scimus et abs te dixisse — scimus ipsos et ab Lucilio dixisse.

*Vel. Long. p. 60, 14* antiquos — te dixisse, nos contenti sumus a te dicere. scimus — dixisse. *inter Lucilii praecepta de praepositionum scriptura recepit Marx auctore IBeckero, Philol. 6, 756.*

# Q. VARGUNTEIUS

## TESTIMONIA

VITAE

*1. Varguntei reperiuntur in Sabinis et Hernicis (Schulze Lat. Eigenn. p. 160)*

*2. de Q. Varguntei aetate nihil aliud accepimus, nisi eius ἀκμήν post Lampadionem ('postea' ait diserte Suetonius test. 3) et fortasse paululo ante Archelaum, Philocomum Stilonisque grammaticam industriam constituendam esse.*

*3. Suet. de gramm. 2 (ex Varrone)* postea Q. Vargunteius [*diligentius retractavit ac legendo commentandoque etiam ceteris notos fecit*] annales Ennii, quos certis diebus in magna frequentia pronuntiabat. *cf. Vahlen, Enn. poes. rell.*[2] *p. XXV et Lael. Archel. test. 4.*

SCRIPTORUM

*4. Anecd. Paris. CGK VII 534, 5 = Ael. Stilo test. 21*

# Q. LAELIUS ARCHELAUS

## TESTIMONIA

VITAE

*1. Quintus praenomen a Charisio (test. 5) traditum est; quin enim iste Q. Laelius 'ex principibus grammaticis'* Laelius Archelaus

*sit ego non dubito (de Laelio Decumo olim cogitaverat Marx, Rh. Mus. 41, 555).*

*2. de Archelai origine vd. Lampad. test. 1*

*3. cum in test. 4 verba 'familiaris sui' proxime superioribus 'carmina defunctorum amicorum nota facerent' manifesto respondeant, Archelaus et Philocomus post annum Lucilii mortis (102 vel 101; cf. Lucil. test. 5) eius saturas in publico legerunt, aetate tunc iam satis provecti, si quidem Lucilii familiares fuerunt, iidem tamen Lucilio haud paulo iuniores, quippe qui Lenaeum alter, alter Valerium Catonem docuerint (cf. De lud. litt. test. 13), de quorum aetate vd. infra ad singulorum testimonia.*

4. *Suet. de gramm. 2 (ex Varrone)* Laelius Archelaus Vettiusque Philocomus Lucilii saturas familiaris sui [*diligentius retractarunt ac legendo commentandoque etiam ceteris notas fecerunt*]. *hic emendatio quoque significata esse potest.*

SCRIPTORUM

5. *Char. p. 141, 33* Q. Laelius ex principibus grammaticis librum suum ita inscripsit 'de vitiis virtutibusque poematorum'.

6. *Anecd. Paris. CGK VII 534, 5 = Ael. Stilo test. 21*

# VETTIUS PHILOCOMUS

## TESTIMONIA

VITAE

*1. de 'Vettius' nominis scriptura cf. WSchulze, Lat. Eigenn. p. 101. 425. de Vettii origine supra Lampad. test. 1; item de aetate Archel. test. 3; de munere docendi supra De lud. litt. test. 13.*

*2. Suet. de gramm. 2 = Archel. test. 4. cf. Val. Cato test. 8.*

SCRIPTORUM

*3. Quint. 1, 5, 56 = Lucil. fr. 35*

# L. AELIUS STILO

## TESTIMONIA

VITAE

1. *Varro de l. L. 8, 81* quod si Marcus Perpenna virile est nomen et analogia sequenda, Lucius Aelia et Quintus Mucia *virilia nomina esse* debebunt. *praenomen praeterea tradiderunt*

*idem Varro in Antiquitatibus et rer. rust. libris, Cicero Plinius Suetonius Gellius. cf. etiam test. 6.*

*2. Aelius sine aliis appellationibus memoratus deprehenditur semper apud Varronem in libris De l. Lat. et Paulum Festi, saepius apud Ciceronem Festum (cf. RSchoell, leg. XII tab. rell. p. 26 sq., Reitzenstein Verr. Forsch. p. 88 sq.) Gellium, sicut etiam apud Quintilianum Frontonem Arnobium Servium Nonium Isidorum Priscianum (?). cf. Ael. Gall. fr. 28 infra. 'Laelius' etiam librariorum errato invenitur pro 'L. Aelius'.*

3. *Suet. de gramm. 2 (ex Varrone)* Aelius cognomine duplici fuit; nam et Praeconinus, quod pater eius praeconium fecerat, vocabatur et Stilo, quod orationes nobilissimo cuique scribere solebat. *de Praeconino cf. test. 9 et Varro fr. 363. 'Aelius Stilo' nuncupatur plerumque ille a Festo.*

4. *Suet. de gramm. 2 (ex Varrone)* L. Aelius Lanuvinus generque Aelii Ser. Clodius uterque eques Romanus *Cic. Brut. 205* fuit is [*L. Aelius*] omnino vir egregius et eques Romanus cum primis honestus. *de genero ab eo repudiato cf. test. 18.*

*5. Aelii annus natalis ex eius amicorum aetate (test. 6. 7) ineunte fere saeculo septimo u. c. statui potest (cf. potissimum Boesch, de XII tab. lege a graec. petita. Gottingae 1893 p. 54); quod ex fr. 43 egregie confirmatur. annus mortis post a. 664/90 fuit (test. 8. 12. 17).*

6. *Cic. orat. 230* et hic quidem [*Coelius Antipater*] hanc a L. Aelio, ad quem scripsit, cui se purgat, veniam petit. *Rhet. ad Her. 4, 12, 18* quo in vitio [*verborum transiectione*] est Coelius adsiduus, ut haec est [*deest apud Peter*]: in priore libro has res ad te scriptas, Luci, misimus, Aeli. *cf. FMarx, Stud. Lucil. (Bonn 1882) p. 96. Coelii autem aetas ex eo argui potest, quod L. Crassi a. 614/140 nati magister fuit (Cic. Brut. 102).*

2 Laelio: *em. Popma* 4 caelius *vel* cecilius *codd.*

7. *Suet. de gramm. 2 (ex Varrone)* L. Aelius — tantum optimatium fautor, ut Metellum Numidicum [*consulem a. 645/109*] in exsilium comitatus sit [*a. 654/100*]. *de eo Liv. per. 69* in exsilium voluntarium Rhodum profectus est ibique legendo et audiendo magnos viros avocabatur. *Rhodi docebat tunc Dionysius ille Thrax Aristarchi discipulus, de cuius ratione cum Aelio coniecturam fecit Marx (Ind. lect. Rostock. 1888/89 p. 10. Rhet. ad Her. proleg. p. 138 sq.). ceterum cf. De lud. litt. ad Dionysium.*

*8. de Cicerone et Varrone Aelii discipulis cf. Varro test. 4. iis L. Cincius grammaticus coniectura additur (Hertz, de L. Cinc. p. 75).*

9. *Plin. n. h. 37, 9* est apud auctores et Intercatiensem *illum, cuius* patrem Scipio Aemilianus ex provocatione inter-

fecerat, pugnae effigie eius signasse volgato Stilonis Praeconini sale, quidnam fuisse facturum, si Scipio a patre eius interemptus fuisset. *de loco Cic. ad fam. 9, 15, 2 cf. Mentz, de L. Ael. Stil. p. 9.*

*10. Cic. pro Scaur. 23* pueris nobis audisse videor L. Aelium libertinum hominem, litteratum ac facetum. *fuit, ut videtur, Aelii Stilonis libertus.*

*11. quod Orelli apud Cic. de or. 1, 265 pro Laelio 'L. Aelio' scribens inde eum villam in Tusculano habuisse efficit, valde incertum est neque tamen id absurdum.*

*12. Cic. Brut. 205* L. Aelius — fuit — eruditissimus et Graecis litteris et Latinis, antiquitatisque nostrae et in inventis rebus et in actis scriptorumque veterum litterate peritus. — sed idem Aelius Stoicus esse voluit, orator autem nec studuit umquam nec fuit. *id. acad. post. 1, 8 [loquitur Varro a. 709/45]* quae autem nemo adhuc docuerat nec erat unde studiosi scire possent, ea — feci ut essent nota nostris; a Graecis enim peti non potuerant ac post L. Aelii nostri occasum ne a Latinis quidem. *id. de or. 1, 193* sive quem haec Aeliana studia delectant, plurima est et in omni iure civili et in pontificum libris et in XII tabulis antiquitatis effigies, quod et verborum vetustas prisca cognoscitur et actionum genera quaedam maiorum consuetudinem vitamque declarant. *L. Aelium hic denotatum esse puto (cf. Mentz ibid. p. 58): aliter nuper Norden, de Stilone Cosconio Varrone gramm. comment. p. IV.*

8 Laelii 9 aliena: *em. Madvig*

*13. Varro de l. L. 7, 2* Aelii hominis in primo in litteris Latinis exercitati *id. rer. div. XIV ap. Gell. 1, 18, 2* L. Aelius noster litteris ornatissimus memoria nostra

*14. Suet. de gramm. 2 (ex Varrone)* instruxerunt auxeruntque ab omni parte grammaticam L. Aelius — Ser. Clodius — multi ac varii et in doctrina et in re publica usus.

*15. Gell. 7, 15, 5* [de verbo 'quiesco', an e littera corripi an produci debeat] noster autem [*amicus*], qua est rerum omnium verecunda mediocritate, ne si Aelii quidem Cincii et Santrae dicendum ita censuissent, obsecuturum se fuisse ait contra perpetuam Latinae linguae consuetudinem. *id. 1, 18, 1* doctissimum tunc civitatis hominem L. Aelium *id. 10, 21, 2* qui doctissimus eorum temporum fuerat, L. Aelius Stilo *id. 3, 3, 12* homo eruditissimus *id. 16, 8, 2* L. Aelii docti hominis

*16. Verg. catal. 5, 3* et vos Selique Tarquitique Varroque, scholasticorum natio madens pingui. *pro* 'Selique' *Heyne scripsit 'Stiloque', sed necesse non est. cf. Buecheler,* Rh. Mus. 38 *(1883) p. 514.*

SCRIPTORUM

*17. Cic. Brut. 206* scribebat [*L. Aelius*] orationes, quas alii dicerent, ut Q. Metello f(ilio) [*a. 657/97*], ut Q. Caepioni, ut Q. Pompeio Rufo [*a. 664/90*], quamquam is etiam ipse scripsit eas, quibus pro se est usus, sed non sine Aelio; his enim scriptis etiam ipse interfui. *id. ibid. 169* illa [*oratio T. Betucii Barri*] Romae contra Caepionem nobilis sane, cui orationi Caepionis ore respondit Aelius, qui scriptitavit orationes multis, orator ipse numquam fuit. *ibid. 205* Cottae pro se lege Varia quae inscribitur, eam L. Aelius scripsit Cottae rogatu [*a. 664/90*]. *ibid. 207* Cottam miror summum ipsum oratorem minimeque ineptum Aelianas levis oratiunculas voluisse existimari suas. *cf. test. 3.*

*18. Suet. de gramm. 3* (*ex Varrone*) Servius cum librum soceri [*Aelii*] nondum editum fraude intercepisset —

*19. Gell. 16, 8, 2* commentarium de proloquiis L. Aelii — studiose quaesivimus eumque in Pacis bibliotheca repertum legimus. sed in eo nihil edocenter neque ad instituendum explanate scriptum est, fecisseque videtur eum librum Aelius sui magis admonendi quam aliorum docendi gratia. *erat περὶ ἀξιωμάτων ex Stoicorum ratione. cf. Varro libr. de l. L. XIV infra et Wilmanns, de Varr. libr. gramm. p. 15.*

*20. Fronto p. 20 N = Lampad. test. 4*

*21. Anecd. Paris. CGK VII 533, 3* — obelus. ※ asteriscus. ※ — asteriscus cum obelo. > simplex ductus. > diple. ⸖ diple periestigmene. Ↄ antisigma. Ↄ̇ antisigma cum puncto. ⸎ coronis. >— diple obelismene. | < aversa obelismene. ⁎ ceraunion. ∸ obelus adpunctus. —< obelus cum aversa. >̅ diple super⟨ne⟩ obelata. >̅<̅ recta et aversa superne obelatae. ☧ chi et ro. ϕ fi et ro. ⸕ ancora superior. ⸔ ancora inferior. alogus. his solis in adnotationibus Ennii Lucilii et historicorum usi sunt Varro S. Ennius Aelius aeque et postremo Probus, qui illas in Vergilio et Horatio et Lucretio apposuit, ut Homero Aristarchus.

— obelus versibus apponitur hac causa. Pisistratus quondam Atheniensium tyrannus inordinata et confusa adhuc poesi Homeri praemio sollicitare proposuit eos qui ordinarent iisque praemii nomine in singulos versus singulos obolos constituit. mercede multi inducti pauperes, quibus ingenium affluebat, quoniam aut invenire aut ⟨ut⟩ disponere debebant non poterant, fingendo plurimos versus operis nobilitatem corruperunt. unde evenit ut postea prudentiores viri, quorum summus in hac *re fuit* Aristarchus, quotiens inprobarent versus quasi aut malos *aut non Homericos*, obelum potissime notandum existimarent.

nam et ipsius Homeri proprios et non eo dignos eadem hac nota condemnarunt.

⁜ asteriscum Aristophanes apponebat illis locis quibus sensus deesset, Aristarchus autem ad eos, qui in hoc puta loco positi erant, cum aliis scilicet non recte ponerentur. item Probus et antiqui nostri.

⁜— asteriscus cum obelo propria nota est Aristarchi. utebatur autem ea in his versibus, qui non suo loco positi erant. item antiqui nostri et Probus.

> simplex ductus inter versus ponebatur ad separandas res a rebus, quae inconexae currerent, quem ad modum ⟨in⟩ catalogo, cum loca a locis aut ⟨regiones a⟩ regionibus et in agone praemia a praemiis, certamina a diversis certaminibus separantur.

> diplen aperistikton primus Leagoras Syracusanus apposuit Homericis versibus ad separationem Olympi a caelo, proprie Olympum ab eo pro monte positum adnotans, nusquam pro caelo, quod saepe *οὐρανὸν εὐρὺν* dicat et *μακρὸν Ὄλυμπον*, neque e contrario epitheta permutet. ponebat autem tam ad montis significationes quam ad caeli: utrimque manifestatur voluntas eius. usus et in multis Aristarchus, nunc ea quae praeter consuetudinem tam vitae nostrae quam ipsius poetae apud eum invenirentur adnotans, nunc proprias ipsius figuras, interdum ea in quibus copiosus est, rursus quae semel apud eum ponerentur. similiter in nostris auctoribus Probus.

⸖ diple periestigmene apponebatur ⟨in his⟩, quae Zenodotus Ephesius non recte adiecerat aut detraxerat aut permutaverat. [in his] et nostri ea usi sunt.

Ͻ antisigma ponebatur ad eos versus, quorum ordo permutandus erat. sic et in nostris auctoribus invenitur.

Ͽ antisigma cum puncto ponebatur, cum eiusdem sensus versus duplices essent et dubitaretur, qui potius legendi. sic et apud nostros.

Ɩ coronis tantum in fine libri posita invenitur.

⋇ ceraunium ponitur, quotiens multi versus inprobantur, ne per singulos obelentur.

⋞ aversa obelismene † in ore ponitur, quae ad aliquid respiciunt, ut [*Verg. Aen. 10, 88*] 'nosne tibi fluxas Phrygiae.'

∸ obelus cum puncto ad ea, de quibus dubitatur, tolli debeant necne.

>— diple obelismene ad separandas in comoediis et tragoediis periodos.

—< aversa, quotiens strophae antistrophos infertur.

⩾ diple superne obelata ponitur ad condicionem locorum vel *temporum vel personarum* mutatam.

$\overline{>}\,\overline{<}$ recta et aversa superne obelatae ponuntur † cum eadem significant similemque sequentem esse.

☧ chi et ro. haec sola [vix] ad voluntatem unius cuiusque ad aliquid adnotandum ponitur.

ϕ̔ fi et ro. haec apponuntur, quotiens vel emendatio vel sensus versus sollicitius est inspiciendus.

⊤ ancora superior ad aliquod praecipue dictum.

⊥ ancora inferior ad humilius vel inconvenientius quid enuntiatum.

*satis similia tradit Isidorus or. 1, 21, de cuius ratione cum scriptore Anecdoti Paris. vd. Traube, Arch. f. Stenogr. 53 (1901) p. 194. cf. etiam Curt. Nic. test. 5. Cic. ad Att. 8, 2. Quint. 1, 4, 3. Lehrs, de Arist. stud. Hom.² p. 332 sq. (praesertim adn. 240). de superioribus grammaticis, qui istis signis ante Probum usi sunt (id quod iniuria huic primum tribuit Steup, de Prob. p. 53 sq.), res admodum dubia est; cur tamen cum Bergk (op. 1, 595) non consentiens nomina tradita libentius servaverim, vd. ad Enn. gramm. test. 1. Aelium autem videmus in describendis libris, ut verisimile est, Metelli Numidici (Scipionis quoque et Titii vult Lersch) ratione profecto existimatoris (cf. Lampad. test. 4) occupatum fuisse, ut eius nomen supra minime dedeceat. videas etiam eius studia Plautina et Enniana in fr. 44. 50. 51.*

5 ÷ *cod.* 6 superne *Isid.* $\overline{>}$ — *cod.* 7 obelata fi] Φ fi *ut vid. cod.* anchora *bis cod.* 9 hennii lucii: *em. Bergk* varr$\overset{u}{\text{o}}$s hennius haelius aequae: Vargunteius Laelius Archelaus *Bergk* Vargunteius Ennius Aelius aeque (Aeliusque *Reiff.*) *Hertz Reiff.* Varro Sinnius Aelius aeque *Nauck L Mueller* 13 comfusa a. poeesi 14 quia: qui eam *Reiff.* ordinassent 15 obelos 17 ut *addidi* debebat 20 inprobaret 22 et *alt.*] sed *Reiff.* 24 aristofanes 29 utebantur 32 in conexu *Paris. Isid.*: *emendavi* 32—33 in — reg. a *add. Isid.* 34 adversis c. separan —: *em. Isid.* 37 prae celo 39 permutat 40 utrumque: *em. Reiff.* 46 in his *add. Keil* 48 in his *seclusi* 54 tantum *Isid*: āū 57 in ore p.] *fort.* interponitur 58 nos. te. frygię 62 traguediis 63 ⟨obelus cum⟩ aversa *Keil* strofe 66 *fort.* ut monadem significent *cf. Isid. or. 1, 20, 20* 68 ad vol.] ex vol. *Isid.* 71 sensus *Bergk*: eius 72 *et* 73 anchora

*22. Aelii reliquos certos libros vd. in fragmentis. eidem temere alii tributi sunt, antiquitatium (at cf. Cic. acad. post. 1, 8 in test. 12) historiarum rhetoricae (Nipperdey op. 315 sq.), grammaticae commentariorum in Plautum Plauti editi, quamquam Stilonem, cuius temporibus prima* Plauti editio facta est

(*Leo, Pl. F. p. 28 sq.*), *occasione data verbis Plauti emendandis operam dedisse par est. interpretationis autem legis XII tabularum librum peculiarem pro certo recipere ausus non sum, quem tamen extitisse credo compluribus indiciis* (*fr. 6. 13. 36. 54—57. 65. 67. 68. 73. 78*). *de libro quodam etymologico Aelio tributo cf. p. 59.*

*23. Aelius auctor Plinii commemoratur in indice libr. IX XIV XV.*

DOCTRINAE

*24. Varro de l. L. 6, 59* novissimum — mea memoria ut Aelius sic senes aliquot nimium novum verbum quod esset vitabant. *cf. Gell. 10, 21, 2. Tiro fr. 8.*

*25. Varro rer. div. XIV infra* L. Aelius — erravit aliquotiens; nam aliquot verborum Graecorum antiquiorum, proinde atque essent propria nostra, reddidit causas falsas. *cf. Gell. 1, 18, 1 et fr. 12.*

---

*L. Aelii reliquias collegerunt van Heusde, de L. Aelio Stil. Ciceronis in rhet. magistro, rhetor. ad Her. auctore* (*Utr. 1839*). *Lersch, Sprachphil. d. Alt.* (*Bonn 1841*) *3, 146 sq. Egger, Lat. serm. vet. rell. sel.* (*Paris 1843*) *p. 2—13. Mentz, Comment. phil. Jen. 4* (*1890*) *p. 3—60* (*cum commentario*). *adde ex parte Suringar, hist. crit. schol. Lat.* (*Lugd. Bat. 1834*) *p. 26. 39. cf. Reitzenstein, Verr. Forsch. p. 88 sq.; M. Ter. Varro und Iohan. Mauropus v. Euchaita* (*Leipzig1901*). *Goetz, Pauly-Wiss. RE. 1, 532 sq.*

## B. FRAGMENTA

### CARMINUM SALIARIUM EXPLANATIONIS

*Varro de l. L. 7, 2* Aelii — interpretationem carminum Saliorum videbis et exili littera expeditam [-ta *Flor.*] et praeterita obscura [-tam -ram *Flor.*] multa.

*1* [*4 Mentz*]

manuos in carminibus saliaribus [*fr. 12 M.*] Aelius Stilo significare ait bonos, ut inferi di manes pro boni dicantur a suppliciter eos venerantibus propter metum mortis, ut immanes quoque pro valde ⟨non bonis⟩ dicatur.

*Fest. p. 146ᵇ, 20* manuos — dicatur. Macrob. 1, 3, 13 mane *autem dictum — ab omine* boni nominis. nam et Lanuvini mane

pro bono dicunt, sicut apud nos quoque contrarium est immane — pro non bono. *cf. Paul. Fest. p. 122, 4 (= fr. 60). 125, 14. 147, 13 (= Aur. Opill. fals. 29). 159, 7. Serv. Dan. Aen. 1, 110. 139. 2, 268. 3, 63. Non. p. 66, 8. Isid. or. 5, 30, 14. 8, 11, 100. 10, 140. Mart. Cap. 2, 162. Ps-Acro Hor. carm 1, 4, 16. Anecd. H. p. 241, 1.*

1 saecularibus *Urs.* 2 ut *scripsi:* et *cod.* unde *Paulus* bonis *Paul.* 4 non b. *suppl. Aldina ex Paulo*

*2* [*5*]

Aelius in explanatione carminum saliarium [*fr. 15 M.*] eodem nomine [*molucro*] appellari ait, quod sub mola supponatur.

*Fest. p. 141*[a], *20* molucrum non solum quo [qui *cod.*] molae teruntur [verruntur *Paul.*] dicitur, id quod Graeci *μυλήκορον* appellant, sed etiam tumor ventris, qui etiam virginibus incidere solet, cuius meminit Afranius in Virgine [*v. 336 Ribb.*[3]]. Cloatius [*fr. 11*] et Aelius [*fr. 62*]; idem Aelius — supponatur. Aurelius Opillus [*fr. 7*]. *cf. CGL V 33, 27. 84, 25. 117, 46.*

*3* [*6*]

pescia in saliari carmine [*fr. 9 M.*] Aelius Stilo dici ait capitia ex pellibus agninis facta, quod Graeci pelles vocent pesce neutro genere pluraliter.

*Fest. p. 210*[b], *5* pescia — pluraliter. *Hesych. πεσκέων, δερμάτων. item πέσκον, πικρὸν ἢ κώδιον ἢ δέρμα.*

*huc etiam pertinere possunt frag. 14. 17. 25. 33. 34. 37. 38. (cf. 60. 63. 66). ceteroqui parvulae reliquiae, quae carminum saliarium extant, omnes ex Aelii commentario fluxisse videntur, cum eas Varronis Verrii paucorumque ex his pendentium scriptorum beneficio habeamus (carm. sal. rell. ed. B Maurenbrecher. Lipsiae 1894). de locis Fest. p. 205, 10—26; 290, 26—32 cf. Reitzenstein, Verr. Forsch. p. 91.*

INDICIS PLAUTINI

*cf. Varro de comoed. Plaut. I*

*4* [*test. 14*]

L. Aelius quinque et viginti eius [*Plauti*] esse solas [*comoedias*] existimavit.

*Gell. 3, 3, 12* (= *Varro ibid.*) feruntur autem sub Plauti nomine comoediae circiter centum atque triginta, sed — L. Aelius — existimavit. *cf. Varro ad l. c. de Pseudolo et Faeneratrice cf. fr. 18. 44.*

INCERTAE SEDIS

*etsi unde ea quae secuntur manaverint incompertum sit, probabili tamen coniectura librum quendam glossarum Mentz assecutus est, qui veriloquia verborumque explanationes amplexus sit iis exceptis, quae ad carmina saliaria spectare videantur (ibid. p. 21. cf. etiam fr. 51 et Reitzenstein, Varro u. Ioh. v. Euch. p. 31 sq. 37 sq.). inde varios poetarum praecipue locos glossis saepe apud auctores adiunctos petitos esse verisimile apparet, quos tamen ab exemplis fragmentorum separavimus. in his autem omnibus Stilo Stoicorum sectatorem se praestat. de fr. 49—51 fonte difficilior res est (cf. ad fr. 51).*

*5* [*1*]

alae ex lupino, s⟨urculi sine fo⟩liis

*Serv. Dan. georg. I, 75* Aelius: alae — ⟨fo⟩liis. *cf. Varro de l. L. infra.*

*suppl. Daniel*

*6* [*20*]

is est assiduus, ut ait Aelius, appellatus ab aere dando.

*Cic. top. 10* cum lex [*XII tab. 1, 4 S.*] assiduo vindicem assiduum esse iubeat, locupletem iubet locupleti, is est enim — dando. *cf. Cic. de re p. 2, 20. Quint. 5, 10, 55. Gell. 16, 10, 15 (ab aere dando). Paul. Fest. p. 9, 9. Char. p. 75, 10. Prisc. p. 118, 18. Isid. or. 10, 17. CGL V 561, 53 (ab asse dando). aliter Varro de l. L. 7, 99.*

*7* [*13*]

caelum dictum scribit Aelius, quod est caelatum, aut contrario nomine celatum, quod apertum est.

*Varro de l. L. 5, 18* caelum — est. *cf. Varro sat. fr. 91 Isid. or. 3, 31, 1. 13, 4, 1. de nat. rer. 12, 2. Beda orth. p. 268, 28. Albin. orth. p. 299, 8. Anecd. H. p. 215, 23. 237, 7. Virg. gramm. de cognom. 14. epist. 1. fragm. Mediol. p. 100 Huemer. etym. magn. 642, 9. Schol. Arat. Achill. p. 36, 12 M. aliter Varro ibid. 5, 18 sq. Paul. Fest. p. 39, 5. paragraphos* quoque 16—17 Aelio *tribuit Reitzenstein ibid. p. 36 sq.*

*1 celatum Flor.*

8 [14]

dalivum — ait esse — Aelius stultum. Oscorum quoque lingua significat insanum.

*Paul. Fest. p. 68, 1* dalivum supinum ait e. Aurelius [*fr. 4*], Aelius — insanum. *Hesych.* δαλίς, μωρός. *cf. Santra fr. 8.*

9 [15]

Aelius Dium Fidium dicebat Diovis filium, ut Graeci Διόσκορον Castorem, et putabat hunc esse Sancum ab Sabina lingua et Herculem a Graeca.

*Varro de l. L. 5, 66* Aelius — Graeca. *Paul. Fest. p. 147, 7* medius Fidius compositum videtur et significare Iovis filius, id est Hercules, quod Iovem graece Δία et nos Iovem, ac fidium pro filio, quod saepe antea pro l littera d utebantur. quidam existimant iusiurandum esse pro divi fidem, quidam per diurni temporis id est diei fidem. *cf. Ovid. fast. 6, 213. Fest. p. 229ᵃ, 13. 241ᵃ, 2. Serv. Dan. Aen. 4, 204. 8, 301. Anecd. H. p. 212, 37. 260, 16. CGL II 54, 1. de imperfecto 'dicebat' cf. Iuvent. p. 16 et infra fr. 10. 12. 51.*

1 fidum *Flor.* 2 dioscoron *Flor.* putabant sanctum: *em. Scal.*

10 [17]

inter vesperuginem et iubar dicta nox intempesta, ut in Bruto Cassii quod dicit [*Acc. praet. v. 41 Ribb.*[3]] 'Lucretia nocte intempesta nostram devenit domum': intempestam Aelius dicebat cum tempus agendi est nullum.

*Varro de l. L. 6, 7* inter vesperuginem — nullum. *idem ibid. 7, 72* quod est apud Cassium 'nocte — domum', intempesta nox dicta a tempestate, tempestas ab tempore, nox intempesta quo tempore nihil agitur. *cf. Inc. inc. libr. fr. 6 infra. Aur. Opill. fr. 3. Paul. Fest. p. 110, 19* intempestam noctem dicimus pro incertiore tempore, quia non tam facile noctis horae quam diei possint intellegi. tempestatem enim antiqui pro tempore posuere. *Serv. Aen. 2, 268. 3, 587. georg. 1, 247. id. Dan. Aen. 12, 846. Schol. Bern. g. ibid. Isid. or. 5, 31, 9 sq. de nat. rer. 2, 3 = Suet. prat. p. 160 R. Macrob. 1, 3, 15. Beda orth. p. 275, 1. Albin. orth. p. 303, 31. CGL IV 356, 32. V 461, 22. 552, 62. de imperf. 'dicebat' cf. fr. 9.*

11 [2]

*latro est latero* ab latere, insidiator viae.

*Isid. or. 10, 160* latro insessor est viarum a latendo dictus. Aelius [*ita Arev.* alias *Gu 1,* melius *Gu 2*] autem latro est inquit latero — viae. *Aelium excripserunt Varro de l. L. 7, 52 (Serv. Aen. 12, 7. Isid. ibid. cf. Goetz, Berl. phil. W. 1886 p. 742, 25) et Verrius Paul. p. 118, 16. cf. Non. p. 134, 29. Isid. diff. verb. 340. CGL IV 105, 43. V 30, 7. 621, 9.*

*12* [*18*]

L. Aelius putabat ab eo dictum leporem a celeritudine, quod levipes esset.

*Varro r. r. 3, 12, 6* L. Aelius — esset. ego arbitror a Graeco vocabulo antico, quod eum Aeolis [et bonum] λέποριν appellabant. *de re item Varro rer. div. XIV, ubi pro 'putabat' legitur 'ut ait'. cf. Cic. Arat. 121* levipes lepus. *Quint. 1, 6, 33. Isid. or. 12, 1, 23.*

*13* [*19*]

L. Aelius lessum [*suspicatur*] quasi lugubrem eiulationem, ut vox ipsa significat.

*Cic. de leg. 2, 59* tollit etiam lamentationem lex XII tabularum [*10, 4 S.*] 'mulieres genas ne radunto neve lessum funeris ergo habento'. hoc veteres interpretes Sex. Aelius [*fr. 1*], L. Acilius [*fr. 1*], L. Aelius — significat; quod eo magis iudico verum esse, quia lex Solonis id ipsum vetat. *cf. id. tusc. 2, 55. legem translatam Aelium ignoravisse contendit FBoesch ibid. p. 21 sq.*

1 Laelius: *em. Turnebus*

*14* [*7*]

manias Aelius Stilo dici ait ficta quaedam ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant, quas alii maniolas appellent. manias autem, quas nutrices minitentur parvulis pueris, esse larvas.

*Fest. p. 129ᵃ, 26* manias — larvas, id est manes deos deasque, qui aut ab inferis ad superos emanant aut Mania est eorum avia materna [*fort.* materve]; sunt enim utriusque opinionis auctores. *Varro de l. L. 9, 61* videmus enim Maniam matrem larum dici, Luciam Voluminam [Volaminiam *Flor.: em. Zander*] Saliorum carminibus appellari. *cf. Sinn. Cap. fr. 14. Paul. Fest. p. 128, 8. Arnob. 3, 41. Serv. Dan. Aen. 4, 490. CGL V 604, 48.*

1 dici ait *Ald.*: dicit quaedam *Ald.*: quae

*15* [*21*]

militem Aelius a mollitia κατὰ ἀντίφρασιν dictum putat, eo quod nihil molle sed potius asperum quid gerat.

*Paul. Fest. p. 122, 15* militem — gerat. *cf. fr. dub. 59 et Isid. or. 9, 3, 45. aliter Varro de l. L. 5, 89. Suet. de reg. p. 318, 5 R. Isid. or. 9, 3, 32. 45. Euseb. armen. Ol. 11, 3. Hieron. Ol. 7, 1. Syncell. p. 367. Ulpian. dig. 29, 1, 1. cf. Lucil. fr. 10.*

*16* [*22*]

minam Aelius vocitatam ait mammam alteram lacte deficientem, quasi minorem factam.

*Paul. Fest. p. 122, 8* minam — factam. *Varro r. r. 2, 2, 6* minam [*ovem*], id est ventre glabro. *cf. Plaut. Truc. 654.*

1 *an* mamma altera *scribendum?*

*17* [*8*]

monstrum, ut Aelius Stilo interpretatur, a monendo dictum est, velut monestrum.

*Fest. p.* $138^{b}$, *18* monstrum — monestrum. item Sinnius Capito [*fr. 7*]. *cf. Varro infra. Paul. p. 140, 5. Cic. de div. 1, 42. Serv. Aen. 2, 681. Isid. or. 11, 3, 3. diff. verb. 459. CGL IV 119, 22. 28.*

2 dictus monectrum

*18* [*test. 20*]

Scaevolam [*fr. 3*] quoque et L. Aelium et Ateium Capitonem [*fr. 5*] in eadem sententia fuisse video, quoniam in Pseudolo sit [*740*]: 'quod si opus est ut dulce promat indidem, ecquid habet? rogas? / murrinam passum defrutum mella', quibus apparet non inter vina modo murrinam, sed inter dulcia quoque nominatum.

*Plin. n. h. 14, 92* lautissima apud priscos vina erant myrrhae odore condita, ut apparet in Plauti fabula quae Persa inscribitur [*87*], quamquam in ea et calamum addi iubet: ideo quidam aromatite delectatos maxime credunt. sed Fabius Dossennus his versibus decernit: 'mittebam vinum pulchrum murrinam', et in Acharistione [*fr. 2 L.*]: 'panem et polentam, vinum murrinam'. Scaevolam — nominatum. *cf. Weßner, Hermes 41 (1906) p. 467 sq.*

1 L. Aelium *cod. Monei* laelium *vel* leliū *rell.* 4 promant id est (idem) et qui habeat (habitat) roga: *em. vg. ex Plauto*

*19* [*23*]

*naucum* ait — Aelius Stilo omnium rerum putamen.

*Fest. p. 166ᵇ, 6* naucum ait Ateius Philologus [*fr. 3*], Cincius [*fr. 20*], Aelius — putamen, glossematorum autem scriptores [*fr. 6*].

*20* [*24*]

nebulo dictus est, ut ait Aelius Stilo, qui non pluris est quam nebula aut qui non facile perspici possit qualis sit, nequam nugator.

*Fest. p. 165ᵃ, 31* nebulo — nugator. = *Paul. p. 164, 5. cf. Non. p. 18, 24. Donat. Ter. eun. 2, 2, 38*[1]*. 4, 7, 15*[8]*. Porphyr. Hor. serm. 1, 2, 12. Ps-Acro Hor. ad h. l. et ep. 1, 2, 28. Schol. Terent. eun. 2, 2, 38. 4, 4, 49. CGL IV 122, 44. 367, 40. V 225, 19.*

*21* [*dub. 6*]

⟨novalem a⟩grum Aelius ⟨Stilo et . . . . . . . . Graecum vocabulum⟩ aiunt esse, ⟨cum Graeci eum νειόν dixerint. in qua re Ho⟩mero quoque ⟨teste utuntur, qui dixit [*Il. 18, 547*]: ν⟩ειοῖο βαθείης τέ⟨λσον ἱκέσθαι⟩.

*Fest. p. 174ᵃ, 16* ⟨novalem⟩ — ⟨*ἱκέσθαι* . . . sed C⟩incius [*fr. 21*]. *cf. Varro de l. L. 5, 39. Paul. p. 175, 4. Serv. georg. 1, 71. Schol. Bern. g. ibid. Isid. or. 15, 13, 12. CGL II 588, 11. de Stilone auctore non dubito; neque enim Aelius Gallus Graecam umquam etymologiam habet* (*de Graeco loco cf. fr. 28*), *neque cum grammaticis a Festo coniungitur; quod contra saepius in Stilone et Cincio fit, ut una reperiantur* (*cf. ad Cinc. fr. 27*). *de tertio ignoto cf. Cloat. fr. 17.*

1 *sq. suppl. Ursin., O Mue.* Stilo *Mue.* Gallus *Urs. cf. Hertz, de Cinciis p. 53* 4 *τέλσον Scal: πέ⟨λσον⟩*

*22* [*25*]

novensiles — Granius Musas putat consensum accommodans Aelio.

*Arnob. 3, 38* novensiles Piso [*fr. 4*]. hos Granius — Aelio. *cf. Varro fr. 374. Manil. fr. 2. Cornif. fr. 8. Cincius fr. 22. Mar. Vict. p. 26, 1* novensiles sive per l sive per d scribendum — novensiles autem, quos Graeci συννέννεα, post novendii a considendo, id est eadem sede praediti.

*23* [*26*]

nuptias dictas esse [*aiunt*] — Aelius et Cincius [fr. 23], quia *flammeo caput* nubentis obvolvatur, quod antiq

obnubere vocarint; ob quam causam legem quoque † parens tam iubere caput eius obnubere, qui parentem necavisset, quod est obvolvere.

*Fest. p. 170*[b]*, 24* nuptias d. esse ait Santra [*fr. 9*], Cornificius [*fr. 12*], Curiatius [*fr. 2*], Aelius — obvolvere. *cf. Varro de l. L. 5, 72. Paul. p. 184, 4. Caper orth. p. 103, 14. Suet. de nat. rer. p. 226 R. August. de off. 19. Serv. Aen. 11, 77. Isid. or. 9, 7, 10. 13, 7, 2. Donat. Ter. hec. 4, 4, 34*[3]*. CGL V 34, 10. 36, 4. Landgraf, Arch. f. Lat. Lex. 9, 401.*

3 pervetustam *Egger aliique* Praenestinam *Bergk fort.* Papiriam *cf. Gran. Fl. Dig. 50, 16, 144 infra* 4 capud

## *24* [*27*]

nuscitiosum — ait appellari solitum — Aelius Stilo qui plus videret vesperi quam meridie, nec cognosceret nisi quod usque ad oculos admovisset.

*Fest. p. 173*[a]*, 21* nuscitiosum Ateius Philologus [*fr. 4*] ait app. sol. —; at Opillus Aurelius [*fr. 10*], Aelius — admovisset. *eadem Paul. Fest. p. 171, 7. Fulgent. exp. serm. ant. 13 W. Papias s. v.* luscitius. *CGL IV 127, 5. V 226, 34. cf. praesertim Aur. Opill. l. c. et Wessner, Comm. Jen. 6, 2 p. 112sq.*

1 nusciciosum: *em. O Mueller cf. Bugge, Jahns Jahrbb. 105. 1872 p. 103*

## *25* [*9*]

obstitum Cloatius [*fr. 13*] et Aelius Stilo esse aiunt violatum attactumque de caelo.

*Fest. p. 193*[a]*, 4* obstitum — caelo; Cincius [*fr. 24*]. *cf. Cic. de leg. 2, 21. Paul. p. 192, 1. CGL II 346, 12. 588, 21.*

## *26* [*28*]

ordinarium hominem — ait dici solitum — Aelius Stilo qui minime ordine viveret.

*Fest. p. 182*[b]*, 32* ordinarium h. Oppius [*fr. 1*] ait d. s. —; at Aelius — viveret. *cf. Paul. p. 183, 10.*

## *27* [*29*]

*Non. p. 44, 1 = Varro de vit. P. R. I infra fr. 201*

## *28* [*3*]

petaurista proprie graece ideo quod is πρὸς ἀέρα πέταται.

*Fest. p. 206*[b]*, 26* petauristas Lucilius a petauro appellatos existimare videtur, quom ait [*1298 Ma.*] 'sicuti mechanici cum alto exiluere peteuro [petauro *vg.*]'; at Aelius Stilo ⟨quod⟩ in aere volent, cum ait: petaurista — πέταται. *Non. p. 56, 27* petauristae a veteribus dicebantur qui saltibus vel schemis levioribus moverentur; et haec proprietas a Graeca nominatione descendit, ἀπὸ τοῦ πέτασθαι. *Claud. Paneg. Manl. Theod. cons. 320 p. 188 Birt* vel qui more avium sese iaculentur in auras. is *Urs.*: his

## *29* [*30*]

Aelius pituitam [*appellatam ait*], quia petat vitam.
*Quint. 1, 6, 37* Aelius — vitam, *etymologiam deridens.*

## *30* [*31*]

portisculus est, ut scribit Aelius Stilo, qui in portu modum dat classi.

*Fest. p. 234*[b]*, 4* portisculus — classi. id autem est malleus, cuius meminit Cato in dissuasione de rege Attalo et vectigalibus Asiae [*fr. LXIII J.*]: 'C. Licinio Pr(aetore) remiges scribti cives Romani [-nis *cod.*] sub portisculum, sub flagrum conscribti veniere passim'. *cf. Paul. p. 235, 11* (*qui 'porticulus' scribit*). *Non. p. 151, 17. Isid. or. 19, 2, 13. CGL V 380, 40.*

## *31* [*32*]

Aelius procestria aedificia dixit esse extra portam.

*Paul. Fest. p. 225, 12* procestria dicuntur, quo proceditur in muro. Aelius — portam; Artorius [*fr. 1*]. *cf. CGL V 525, 27.*

## *32* [*34*]

ut Aelius scribit, puticulae quod putescebant ibi cadavera proiecta.

*Varro de l. L. 5, 25* extra oppida a puteis puticuli, quod ibi in puteis obruebantur homines, nisi potius, ut Aelius — proiecta, qui locus publicus ultra Esquilias. itaque eum Afranius [*v. 430 Ribb.*[3]] 'puticulos' [*ita Laetus* cutilucos *Flor.* petilucos *vel* cupilucos *coni. Ribb.*] in togata appellat. *Fest. p. 217*[b]*, 8* ⟨puticulos dicunt esse ap⟩pellatos, ⟨quod vetustissimum genus sepulturae in pute⟩is fuerit ⟨eumque locum fuisse publicum . . . . . .⟩ extra p⟨ortam Esquilinam . . . . . . . . at⟩ inde p⟨otius appellatos esse existimat puticu⟩los Aeliu⟨s Stilo, quod cum in eum locum patres⟩ familias ⟨. . . . . . pecudes morticinas et⟩ vilia proicer⟨ent mancipia, ibi cadavera⟩ ea putesce⟨rent. *cf. Paul. p. 216, 6. Ps-Acro Hor. serm.* 1, 8, 10. CGL V *477, 40. 607, 27.*

*33* [*10*]

refriva faba — Aelius dubitat an ea sit, quae prolata in segetem domum referatur, an quae refrigatur quod est torreatur.

*Fest. p. 277*$^{a}$*, 17* refriva faba dicitur, ut ait Cincius [*fr. 26*]; Aelius — torreatur.

1 frabra

*34* [*11*]

Salias virgines — Aelius Stilo scribsit sacrificium facere in Regia cum pontifice paludatas cum apicibus in modum Saliorum.

*Fest. p. 329*$^{a}$*, 17* Salias virg. Cincius [*fr. 27*], quas Aelius — Saliorum.

*35* [*35*]

sobrium vicum ⟨dictum putant . . . . . .⟩ et Aelius, quod ⟨in eo nullus tabernae⟩ locus neque caup⟨onae fuerit⟩.

*Fest. p. 297*$^{b}$*, 15* sobrium — ⟨fuerit⟩; ali, quod in eo M⟨ercurio lacte, non⟩ vino, solitum ⟨sit supplicari⟩. *cf. Cloatius fr. 18. CGL II 376, 31.*

1 *sq. suppl. Scaliger ex Paulo*

*36* [*36*]

sonticum morbum in XII [*2, 2 S.*] significare ait Aelius Stilo certum cum iusta causa.

*Fest. p. 290*$^{b}$*, 24* sonticum — causa, quem non nulli putant esse qui noceat, quod sontes [-te *cod.*] significat nocentes. Naevius ait [*II v. 128 Ribb.*$^{3}$]: 'sonticam esse oportet causam quam ob rem perdas mulierem'. *Paul. p. 291, 9* sonticum, iustum. Naevius: 'sonticam' *e. q. s. Fest. p. 344*$^{a}$*, 8* ⟨sontica⟩ causa dicitur a morbo ⟨sontico, propter quem quod est g⟩erendum, agere ⟨desistimus⟩. *item Gell. 16, 4, 4. Dig. 42, 1, 60. CGL IV 392, 32. aliter Paul. Fest. p. 111, 16 (Fest. p. 297*$^{b}$*, 22). Gell. 20, 1, 27. Dig. 21, 2, 65. 50, 16, 113. CGL II 257, 49.*

*37* [*12*]

subuculam Aelius Stilo et Cloatius [*fr. 16*] isdem fere verbis demonstrant vocari, quod dis detur ex alica et oleo *et melle.*

*Fest. p. 309*[a]*, 25* subuculam — melle; nam de tunicae genere notum est omnibus [*Varro de l. L. 5, 131*]. *cf. Paul. p. 308, 6. auctores Verrii fortasse de genere tunicae etiam disputaverant.*

2 quiddis   [h]alica

*38* [*37*]

tanne eo usque, ut Aelius Stilo et Opillus Aurelius [*fr. 19*] interpretantur.

*Fest. p. 359*[a]*, 26* tanne — interpretantur. itaque Afranius [*v. 410 Ribb.*[3]]: 'tanne arcula tua plena est aranearum'. *Paulus p. 358, 3* tanne eo usque. Afranius: 'tanne' *e. q. s. cf. Carm. sal. fr. 34 Maur.*

*39* [*38*]

terra dicta ab eo, ut Aelius scribit, quod teritur.

*Varro de l. L. 5, 21* terra — teritur. itaque tera in augurum libris scripta cum r uno. *fortasse totus locus § 21—22 e Stilone fluxit eiusque nomen inter tabularum interpretes latet* (*cf. Inc. gramm. libr. fr. 9*)*: haud iniuria certe extrema huius capitis verba illi tributa sunt* (*fr. dub. 72*). *ceteroqui terra a terendo rursus apud Serv. Dan. Aen. 1, 744. Schol. Bern. georg. 3, 381. Isid. or. 3, 71, 7. 12, 1, 30. 14, 1, 1. app. expos. in miss. 35. Virg. gramm. de cognom. 14. fragm. Mediol. p. 100 Huemer.*

*40* [*39*]

⟨tongere Aelius Sti⟩lo ait noscere esse, ⟨quod Praenestini tongi⟩tionem dicant pro no⟨tionem⟩.

*Fest. p. 356*[a]*, 9* ⟨tongere⟩ — no⟨tionem. significat et la⟩tius dominari. Ennius [*fr. var. 28 V.*[2]]: ⟨'alii rhetorica⟩ tongent'. et vincere ⟨etiam quandoque⟩ videtur significare.

*1 sq. suppl. Urs. O Mueller ex Paulo*

*41* [*dub. 10*]

⟨transque dato nota⟩vit Aelius in XII signi⟨ficare traditoque⟩.

*Fest. p. 352*[a]*, 5* ⟨transque⟩ — ⟨traditoque.⟩

*suppl. R Schoell ibid. p. 29 coll. Fest. p. 309*[a]*, 33 = fr. 73*

*42* [*40*]

sed ego quidem cum L. Aelio et M. Varrone sentio, qui triones rustico *cetera* vocabulo boves appellatos scribunt *quasi quosdam terriones.*

*Gell. 2, 21, 8* sed ego — terriones, hoc est arandae colendaeque terrae idoneos. itaque hoc sidus, quod a figura posituraque ipsa, quia simile plaustri videtur [-eatur *Paris. 5765*], antiqui Graecorum ἅμαξαν dixerunt, nostri quoque veteres a bubus iunctis septentriones appellarunt, id est septem stellis, ex quibus quasi iuncti triones figurantur. praeter hanc, inquit, opinionem id quoque Varro addit dubitare sese, an propterea magis hae septem stellae triones appellatae sint, quia ita sunt sitae, ut ternae stellae proximae quaeque inter sese faciant trigona, id est triquetras figuras. *Varro de l. L. 7, 74* has septem stellas Graeci ut Homerus [*Il. 18, 489. Od. 5, 275*] vocant ἅμαξαν et propinquum eius bootem signum, nostri eas septem stellas boves et temonem, et prope eas axem; triones enim et boves appellantur a bubulcis etiam nunc maxime cum arant terram; e quis — omnes qui terram arabant a terra terriones, unde triones ut dicerentur de tritu. — possunt triones dicti, septem quod ita sitae stellae, ut ternae trigona faciant [aliquod *videtur ad ea quae secuntur pertinere*]. *Fest. p. 339*[b], *2* ⟨septentriones⟩ septem stellae appell⟨antur . . . . . . a bu⟩bus iunctis, quos trio⟨nes a terra rustici⟩ appellent, quod iun⟨cti simul terram arent⟩ quasi terriones. ⟨et plaustrum appellantur,⟩ quod id astrum Grae⟨ci ἅμαξαν dicunt, idque habet⟩ partem quandam ⟨temonis specie; unde ait⟩ Ennius [*Sc. 216 V.*[2]]: 'superat ⟨temo stellas'. sed⟩ et physici eum sū . . . . . . . . . . conten . . . temp . . . . . . ⟨septentriones dici⟩ aiunt, quod ita sunt ⟨septem stellae sitae,⟩ ut ternae proximae ⟨quaeque inter se faciant⟩ trigona. *fortasse horum locorum communis auctor Aelius fuit* (*Mentz ibid. p. 50 sq. cf. praeterea de loco Varronis Reitzenstein, Varro u. Ioh. v. Euch. p. 32*). *ceteroqui cf. Prob. Verg. georg. 1, 227. Serv. Dan. Aen. 1, 744. 3, 516. Isid. or. 3, 71, 7. 12, 1, 30. 14, 1, 1. de nat. r. 26, 5. Schol. Bern. georg. 3, 351. 381. Schol. Arat. p. 355, 23 M. CGL II 201, 50. V 251, 5.*

1 quidem *Lugd-Bat (?)* quid *rell.* 2 c(a)etero: *em. JFGronovius*

## *43* [*41*]

— cum Aelius Stilo Iugurthino bello [*a. 643/111 — 649/105*] unionum nomen imponi cum maxime grandibus margaritis prodat

*Plin. n. h. 9, 123* Romae in promiscuum ac frequentem usum venisse [*margaritas*] Alexandrea in dicionem redacta [-ctam *codd.*], primum autem coepisse circa Sullana tempora minutas et viles Fenestella tradit manifesto errore, cum Aelius — prodat. *cf. Plin. ibid. 9, 112. Isid. or. 16, 10, 1.*

2 inpositum *Detlefsen: tradita verba servavi coll. Quint. 6, 1, 23 al. auctore Buecheler*

*44* [*42*]

Aelius hoc loco [*Plauti Faeneratricis fr. 1 L.*] vapula positum esse ait pro dole.

*Fest. p. 372*[b]*, 31* Aelius — dole. *locum Plauti vd. ad Varr. fr. 460. cf. Sinn. Cap. fr. 22.*

*45* [*43*]

victimam Aelius Stilo ait esse vitulum ob eius vigorem.

*Fest. p. 371*[b]*, 6* victimam — vigorem; alii aut quae vincta adducatur ad altare aut quae ob hostis victos immoletur. *hae non Aelianae etymologiae rursus sunt apud Ovid. fast. 1, 335. Serv. Aen. 1, 334. Isid. or. 6, 19, 34. CGL V 45, 28. 399, 9.*

*46* [*44*]

volpes, ut Aelius dicebat, quod volat pedibus.

*Varro de l. L. 5, 101* volpes — pedibus. *Quint. 1, 6, 33* iam sit — vulpes volipes. *cf. Caper de verb: dub. p. 112, 4. Isid. or. 12, 2, 29. Anecd. H. p. 180, 2. de imperf. 'dicebat' cf. fr. 9.*

*47* [*33*]

in Nelei carmine [*I p. 271 V Ribb.*[3]] aeque prisco 'saucia puer filia sumam', ubi tamen Varro [*fr. 250*] cum 'a' puera putat dictum, sed Aelius Stilo magister eius et Asinius [*fr. 6*] contra.

*Char. p. 84, 10* (= *Plin. dub. serm. p. 49, 24 B.*) in Nelei — contra. *cf. Varro l. c.*

*48* [*test. 22*]

pluria sive compluria

*Gell. 5, 21, 6* velim doceas nos cur pluria sive compluria, nihil enim differt, non latine sed barbare dixerint M. Cato [*fr. 24 P.*], Q. Claudius [*fr. 90 P.*], Valerius Antias [*fr. 65 P.*], L. Aelius [lelius *codd.*], P. Nigidius [*fr. 41*], M. Varro [*adn. post fr. 264*], quos subscriptores approbatoresque huius verbi habemus. *cf. Char. p. 60, 10. 73, 12. 125, 3. Prisc. p. 89, 6. 315, 15. 350, 11 (Schol. Ter. Phorm. 4, 3, 6). Donat. Ter. ibid. utrum Aelius de his praeceptum dederit an tantum 'pluria' formam usurpaverit, non liquet.*

*49* [*16*]

ferocior tam *quam* peior melior ait Stilo in eis *accusativo posse* proferri, ferocioreis.

*Char. p. 129, 31 (= Plin. dub. serm. p. 26, 30 B.)* ferocior — ferocioreis. *cf. Reitzenstein, Varro u. Ioh. v. Euch. p. 52 adn. 3.*

*49ª [16]*

ferientium ferienteis idem Stilo putat facere debere, ut docenteis saltanteis, quoniam quaecumque secum verbi iura traxissent, ea accusativis pluralibus adiuvante [re] dum taxat genetivo plurali in eis sonarent.

*Char. p. 130, 1* ferientium — sonarent. *haec e Plinio pariter fluxerunt, qui de his complura. cf. libr. dub. serm. rell. p. 23 sq. Beck.*

3 re *secl. Keil* 4 genē plū in eis sonare: *em. Keil*

*50 [test. 19]*

*Quint. 10, 1, 99 (iudicium de Plauti lingua) = Varro fr. 321*

*51 [test. 24]*

L. Aelium Stilonem dicere solitum ferunt Q. Ennium de semet ipso haec [*ann. VII 234—51 V.*²] scripsisse picturamque istam morum et ingenii ipsius Q. Ennii factam esse.

*Gell. 12, 4, 5 [praecedunt versus Ennii, 'quibus depingitur ingenium comitasque hominis minoris erga amicum superiorem', qui fortasse ab Aelio relati erant]* L. Aelium — esse. *si ad Varronem auctorem, ut verisimile est, haec redeunt (cf. Kretzschmer, de Gell. font. p. 52), in eius oratione consueta forma 'Aelius dicebat' fuerit, quae quid significet vidimus (fr. 9. 10. 12. 46). ceteroqui non aliter Crassus apud Cic. de or. 2, 25 versum Lucilii laudat (592 Ma.) his verbis 'L. dicere solebat' aeque atque denuo ad Lucil. supra fr. 46. de hac scriptorum consuetudine cf. etiam Reitzenstein, Hermes 35, 611. itaque inter fragmenta haec recipere malui, etsi ad librum glossarum vix faciunt, ut superiora 49. 49ª. 50, eorumque fontem ignoro.*

DUBIA

*52 [1]*

classis a calando

*Quint. 1, 6, 33* iam sit et classis a c. et lepus levipes [*fr. 12*] et vulpes volipes [*fr. 46*]. *cf. Serv. Aen. 1, 39. 6, 1. id. Dan. ibid. 6, 1 (Lact. Plac. Stat. Ach. 1, 444. Isid. or. 19, 1, 15). Prisc. III 482, 21 K. Aelio tribuit Lersch.*

*53 [2]*

dium, quod sub caelo est extra tectum, ab Iove dicebatur et Dialis flamen et dius heroum aliquis ab Iove genus ducens.

*Paul. Fest. p. 74, 15* dium — ducens. *idem p. 71, 6* dium antiqui ex Graeco appellabant ut a deo ortum et diurnum sub caelo lumen, ἀπὸ τοῦ Διός. *cf. id. p. 74, 7 s. v.* dies. *OMueller conferri iussit Aelii fr. 9.*

*54 [13]*

endoplorato implorato, quod est cum questione inclamare.

*Paul. Fest. p. 77, 1* endoplorato — inclamare. *Cic. pro Tull. 50 [ex XII tabulis 8, 12 S.]* endo plorato, hoc est conclamato. *Aelio tribuit Reitzenstein. cf. CGL II 61, 39. V 193, 26 et Paul. Fest. p. 76, 9* endoitium; *77, 3* endo procinctu, *quae omnia ab Aelio prorsus non abhorrent (Ritschl op. 3, 831 sq.). similia complura in CGL VI 388.*

*55 [deest]*

forum — cum id forum antiqui appellabant, quod nunc vestibulum sepulchri dici solet.

*Paul. Fest. p. 84, 9* forum sex modis intellegitur. — quarto cum id — solet. *Cic. de leg. 2, 61 [XII tab. 10, 11 S.]* quod autem forum, id est vestibulum sepulchri —. *Aelio tribuit Boesch ibid. p. 13 sq. eundem auctorem Ciceronis Verriique fuisse statuens.*
2 dicari

*56 [14]*

inplorare inclamare, ad auxilium invocare.

*Paul. Fest. p. 109, 3* implorare — invocare. *cf. CGL V 29, 12. 77, 34 et fr. 54. 67.*

*57 [spur. 1]*

Aelius: inpubes libripens esse non potest neque antestari, προδιαμαρτυρηθῆναι *[XII tab. 8, 22 S.].*

*Prisc. p. 382, 1* Aelius — προδ. *cf. Gell. 7, 7, 2. 15, 13, 11 aliosque. Aelio Gallo vulgo tribuitur, Stiloni rectius a RSchoell ibid. p. 32.*

1 melius *optimi codd. (item codd. Nonii ad* fr. 27 et cod. *Gu 2. Isid. ad fr. 11)* laelius *alii* celius *Halberst.* (?): Aelius *restituit Hertz*

*58* [*3*]

sunt qui honori nomen [*iuglandis*] interpretentur et Iovis glandem esse dicant.

*Plin. n. h. 15, 91* sunt — dicant. *cf. Gav. Bass. fr. 5. Aelio tribuit Mentz, an recte valde dubito.*

*59* [*4*]

lucus quia umbra opacus parum luceat et ludus quia sit longissime a lusu et Ditis quia minime dives.

*Quint. 1, 6, 34* etiam ne a contrariis aliqua sinemus trahi, ut lucus — dives? *Paul. Fest. p. 122, 15* militem Aelius [*fr. 15*]; sic ludum dicimus, in quo minime luditur. *cf. etiam Varro de l. L. 5, 92 et Quint. ad fr. 52. Aelio tribuit Lersch.*

*60* [*deest*]

Matrem Matutam antiqui ob bonitatem appellabant et maturum idoneum usui et mane principium diei et inferi dii manes, ut suppliciter appellati bono essent, et in carmine saliari [*fr. 12 M.*] cerus manus intellegitur creator bonus.

*Paul. Fest. p. 122, 4* Matrem — bonus. *cf. fr. 1. Varro de l. L. 6, 4* diei principium mane, quod tum manat dies ab oriente, nisi potius quod bonum antiqui dicebant manum. *Verrium et Varronem eodem auctore Aelio usos esse patet. de* '*Cerus*' *cf. Buecheler, Umbrica p. 99. Aelio tribuit Reitzenstein.*

*61* [*18*]

meltom meliorem dicebant.

*Paul. Fest. p. 122, 3* meltom — dic. *carmini saliari vindicavit Maurenbrecher fr. 27. Aelio tribuit Reitzenstein.*

meltom] meliosem *Thewrewk coll. Varro de l. L. 7, 27. cf. Bugge, Fleck. Jahrbb. 105 (1872) p. 101*

*62* [*5*]

Cloatius [*fr. 11*] et Aelius in libris sacrorum molucrum esse aiunt lignum quoddam quadratum, ubi immolatur.

*Fest. p. 141ᵃ, 25* Cloatius — immolatur; idem Aelius [*fr. 2*]. *de re vd. alia apud Cloat. et Ael. l. c.*

1 et Aelius *scripsi pro* etiam *cod., quod corruptum esse videtur. Aelii certe nomen excidisse cum plurali* '*aiunt*' *tum verbis* '**idem Ae.**' *veri simillimum esse iam Ursinus intellexit.* poterat **quidem Aelius**

*in proxime superioribus glossis, quae in codice evanuerunt, memoratus esse, ut re vera brevi intervallo s. v. 'monstrum' laudatur [fr. 17], aliusque auctor cum Cloatio fuisse; sed tamen de Cloatio et Aelio ap. Festum coniunctis cf. infra ad fr. 69.*

*63 [deest]*

⟨Aelius Stil⟩o in commen⟨tario carminum saliarium ait, nauteam rubi⟩dum quiddam ⟨esse, quo Saliorum vestimenta quaedam⟩ colorant.

*Fest. p.* $165^{b}$*, 27* ⟨nauteam ait Opi⟩llus Aurelius [*fr. 8*]. ⟨Aelius⟩ — colorant. *haec Ursino auctore ad Labeonem [fr. 26] vulgo referuntur; at neque Opillus apud Festum cum hominibus Augusteae aetatis coniunctus reperitur, neque Labeo cum grammaticis, qui plerumque solus, raro cum iurisperitis apparet. prior contra est una cum Ateio Philologo, Cincio Santra praesertimque cum Aelio Stilone (sexies), cui antecedere solet, in carminum ipsorum saliarium glossis (cf. supra fr. 2). rursus de pictis vestimentis Saliorum cf. T Gutberleth, de Saliis Martis sacerd. apud Rom. liber sing. 1704 p. 47 sq. et 'pescia' ad fr. 3. varietas etiam appellationis ('in commentario', quod supra 'in carm. saliar.' et 'in explanatione' est) in more Festi est; cf. Labeo de iure pontif. passim.*

1 *sq.* ⟨Labe⟩o in commen⟨tario iuris pontifici ait, nauteam rubi⟩dum quiddam ⟨esse, quo pontificum vestimenta quaedam⟩ colorant *suppl. Urs.*

*64 [19]*

pro nefrendibus ⟨alii nefrundines intellegunt, quos⟩ usus recens ⟨dicit vel rienes vel testicul⟩os, quos Lanu⟨vini appellant nebrundine⟩s, Graeci νεφρο⟨ύς, Praenestini nefrones⟩.

*Fest. p.* $162^{a}$*, 12* ⟨nefrendes dictos asserit Q. Muci⟩us Scaevola [*fr. 4*]; Ateius [Philologus? *fr. 13*]; pro nefrendibus — ⟨nefrones⟩. *id. p.* $277^{a}$*, 13* rienes quos nunc vocamus antiqui nefrundines appellabant, quia Graeci νεφρούς eos vocant. Plautus in Saturione [*fr. 3 L.*]: 'male tibi evenisse video. glaber erat tamquam rien'. *Aelio tribuit Reitzenstein.*

1 prae alii *etc. suppl. Urs. O Mueller ex Paulo* 2 rienes *Reitzenstein*

*65 [15]*

ob vos sacro in quibusdam precationibus est pro vos obsecro, *ut sub vos placo* pro supplico.

*Fest. p.* $190^{b}$, *2* ob vos — supplico. *cf. fr. 73.* ***Aelio tribuit Reitzenstein.***

## *66* [*7*]

pennatas impennatasque agnas in saliari carmine [*fr. 13 M.*] spicas significat cum aristis et alias sine aristis; * * agnas novas voluit intellegi.

***Paul. Fest. p. 211, 1*** pennatas — intellegi.

3 *ante* agnas *nomen Aelii excidisse suspicatur O Mueller*

## *67* [*16*]

plorare flere [inclamare] nunc significat et cum praepositione inplorare, id est invocare; at apud antiquos plane inclamare.

*Fest. p.* $230^{b}$, *10* plorare — inclamare. *cf. fr. 56.* ***Aelio tribuit Reitzenstein.***

1 incl. *secl. O Mueller*

## *68* [*deest*]

inde illa XII tabularum lex [*10, 7 S.*]: ‘qui coronam parit ipse pecuniave eius, virtutis suae ergo duitor ei’. quam servi equive meruissent, pecunia partam lege dici nemo dubitavit. quis ergo honos? ut ipsi mortuo parentibusque eius, dum intus positus esset forisve ferretur, sine fraude esset inposita.

*Plin. n. h. 21, 7* inde — inposita. *Cic. de leg. 2, 60* illa iam significatio est laudis ornamenta ad mortuos pertinere, quod coronam virtute partam et ei qui peperisset et eius parenti sine fraude esse lex inpositam iubet. ***Plinius a Varrone sumpsisse videtur, Varro autem et Cicero ab eodem auctore Aelio (Schoell ibid. p. 11. Münzer, Quellenkr. d. Ng. d. Plin. p. 260).***

2 virtutisue: *em. Turnebus* duitur *vel* duuitur *codd.*: *em. Gronovius* 3 legem

## *69* [*deest*]

⟨sa⟩crima est, ⟨ut Aelius Stilo et Clo⟩atius [*fr. 15*] dicunt, ⟨mustum indi⟩tum in amphoram ⟨Meditrinalibus sacr⟩ifici causa pro ⟨vineis et vasis et ipso vino,⟩ quae quasi sacra ⟨ea re fiunt; quod Lib⟩ero fit, ut prae⟨metium *de spicis*⟩ *Cereri.*

*Fest. p. 318ᵃ, 23* ⟨sa⟩crima — Cereri. *quanta verisimilitudine Ursinus 'Aelius' restituerit ('Stilo' addidi) vide ad fr. 2. 25. 37, ubi eadem Aelii Cloatiique sententia rursus in vocibus sacris deprehenditur.*

1 *sq. suppl. Urs. O Mueller ex Paulo* 3 vasisque *Mue.* et v. *scripsi ex Paulo*

*70 [20]*

sanctum ⟨ait dici Opillus Aure⟩lius, quod ⟨nec sacrum est nec religiosum⟩; at Aelius ⟨. . . . . quod utrumque esse⟩ videatur, e⟨t sacrum et religiosum⟩.

*Fest. p. 317ᵇ, 22* sanctum — ⟨religiosum⟩. *etsi post 'Aelius' s litteram in cod. Farnesino cernere non potui, ut Thewrewk, ⟨'Opillus Aure⟩lius', 'Aelius ⟨Stilo⟩' supplendum esse puto (cf. Reitzenstein, Verr. Forsch. p. 89). vd. tamen Ael. Gall. fr. 18. 21.*

1 *sq. suppl. Urs. O Müller* 3 et] c *cod.*

*71 [8]*

simultas id est odium dicta ex contrario, quia minime sint odientes se simul.

*Paul. Fest. p. 337, 7* simultas — simul: potest et a simulatione dicta existimari, quia simulata loquuntur ad invicem. *Aelio temere tribuit Lobeck (cf. ap. Mentz).*

*72 [9]*

poetae appellarunt summa terrae quae sola teri possunt, sola terrae.

*Varro de l. L. 5, 22* igitur tera terra et ab eo poetae — terrae. *Aelio tribuit Mentz coll. fr. 39.*

*73 [17]*

sub vos placo in precibus fere cum dicitur significat id quod supplico, ut in legibus [*inc. sed. 3 S.*] 'transque dato' et 'endoque plorato'.

*Fest. p. 309ᵃ, 30* sub vos — plorato. *Paul. p. 308, 7* sub vos placo supplico. *Aelio tribuit Reitzenstein; cf. fr. 41. 54. 65.*

2 supplicio 3 edendo que

*74 [21]*

συνημμένον ἀξίωμα — alii nostrorum adiunctum, alii conexum dixerunt — συμπεπλεγμένον nos vel coniunctum vel copulatum *dicimus.*

*Gell. 16, 8, 9 (ex Varrone)* συνημ. – dicimus. ***priorem explicationem Aelii fuisse suspicatus est Wilmanns.***

*75 [deest]*

⟨tesca Aelius ai⟩t loca augurio desig⟨nata, quo sit term⟩ino finis in terra auguri.

*Fest. p.* $356^{a}$, *14* ⟨tesca⟩ — auguri. Op⟨illus autem Aure⟩lius [*fr. 20*]. *cf. Varro de l. L. 7, 10* (***Reitzenstein, Varro u. Ioh.*** *v. Euch. p. 37*). ***cum Opillo post Aelianam glossam 'tongere'*** *(fr. 40)* ***Aelius fuisse credi potest; 'Verrius' certe qui vulgo suppletur reici debet, quippe qui semper ultimus a Festo afferatur.***

*76 [11]*

tumulus est ⟨cumulus are⟩nae editus secundum mare fluctibus in ⟨altum ele⟩vatus; unde similiter et manufac⟨tus et na⟩turalis proprie dici potest.

***Fest.*** *p.* $355^{a}$, *28* ⟨tumulum⟩ Aelius sic definit: tumulus — potest. *cf. Serv.* ***Aen.*** *3, 22.* ***Isid.*** *or. 14, 8, 21. 15, 11, 2.* ***Schol.*** *Pers. 1, 39. CGL IV 425, 24. 487, 43. res (cf.* ***Ael. Gall. fr. 14****) et verbum 'definit' (cf. ibid. fr. 6. 15. 25) ut de* ***Gallo potius*** *cogitemus faciunt, de Stilone, simplex nomen 'Aelius' (cf.* ***test. 2****).*

1 *sq. suppl. Urs.*

*77 [12]*

vacerram ⟨Aelius⟩ et alii complures vocari aiunt stipitem, ⟨ad quem⟩ equos soleant religare.

***Fest.*** *p.* $375^{a}$, *3* vacerram — religare. Ateius vero Philolo⟨gus⟩ [*fr. 9*]. *cf. Colum. 6, 19. 9, 1. CGL V 625, 4.*

1 Aelius *Festi editt. probabiliter* 2 ad quem ***Paulus***

*78 [deest]*

viginti quinque poenae in XII [*8, 4 S.*] significat viginti quinque asses.

***Fest.*** *p.* $371^{b}$, *5* viginti — asses. *cf.* ***Plin.*** *n. h. 17, 7* ***(ut videtur*** *ex Varrone; Münzer ibid. p. 259). Gell. 20, 1, 12.* ***apud Festum*** *sequitur glossa 'victimam' (fr. 45).* ***Aelio tribuit Willers,*** *de Verr. Fl. gloss. interpr. p. 24.*

FALSUM

*79 [spur. 2]*

*Varro de l. L. 5, 148 = Cornel. Epic. 3*

# Q. VALERIUS

## A. TESTIMONIA

VITAE

*1. Quintum praenomen Cicero Varro* (*apud Gellium*) *Plutarchus testantur*; *consueta vero auctorum appellatio 'Valerius Soranus' est. ita semel Varro de l. Lat. primo loco* (*fr. 1*), *bis postea simplici nomine 'Valerius', ut solet* (*cf. Aelius, Porcius etc.*), *eadem fere varietate qua in Aurelio Opillo usus est* (*cf. ad hunc test. 1*).

*2. Cic. Brut. 169* [*a. 708/46*] apud socios et Latinos oratores habiti sunt Q. Vettius Vettianus e Marsis, quem ipse cognovi —; Q. D. Valerii Sorani vicini et familiaris mei, non tam in dicendo admirabiles quam docti et Graecis litteris et Latinis. *cum alii sequantur omnes patriae appellatione praediti, 'Sorani' cognomen non est, quod a vocibus 'Latinos' et 'vicini' etiam confirmatur. cf. praeterea fr. 4 et Cichorius, Hermes 41* (*1906*) *p. 59 sq., cum quo etiam consentio Q. Valerium Ciceronis vicinum grammaticum esse* (*ibid. p. 65. Büttner, Porcius Licinus p. 124*).

*3. Plut. Pomp. 10 Γάιος δὲ Ὄππιος ὁ Καίσαρος ἑταῖρος ἀπανθρώπως φησὶ καὶ Κοίντῳ Οὐαλερίῳ χρήσασθαι τὸν Πομπήιον. ἐπιστάμενον γάρ, ὡς ἔστι φιλόλογος ἀνὴρ καὶ φιλομαθὴς ἐν ὀλίγοις ὁ Οὐαλέριος, ὡς ἤχθη πρὸς αὐτόν, ἐπισπασάμενον καὶ συμπεριπατήσαντα καὶ πυθόμενον ὧν ἔχρῃζε καὶ μαθόντα, προστάξαι τοῖς ὑπηρέταις εὐθὺς ἀνελεῖν ἀπαγαγόντας* [*a. 672/82 Pompeio in Sicilia propraetore*]. *Serv.* (*Dan.*) *Aen. 1, 277* urbis illius [*Romae*] verum nomen nemo vel in sacris enuntiat. denique tribunus plebei quidam Valerius Soranus, ut ait Varro et multi alii, hoc nomen ausus enuntiare, ut quidam dicunt raptus a senatu et in crucem levatus est, ut alii, metu supplicii fugit et in Sicilia comprehensus a praetore praecepto senatus occisus est. *falso de his Leutsch Philol. 39* (*1880*) *p. 90. cf. Plut. quaest. R. 61. Plin. n. h. 3, 65. Solin. 1, 4. Lyd. de mens. 4, 50. Cichorius Plutarchi locum recte ad Valerium grammaticum referens hinc eius aetatem intra terminos 614/140 circa et 672/82 circumscripsit* (*ibid. p. 62 sq.*), *ac Q. Valerium Orcam praetorem anni 697/57 eius filium fuisse coniecit.*

*4. Cic. de or. 3, 43* [*a. 663/91 loquitur Crassus*] nostri minus student litteris quam Latini; tamen ex istis, quos nostis, urbanis, in quibus minimum est litterarum, nemo est quin litteratissimum togatorum omnium Q. Valerium Soranum lenitate vocis atque ipso oris pressu et sono facile vincat. *cf. test. 2.*

SCRIPTORUM

*5. Plin. n. h. praef. 33* quid singulis contineretur libris huic *epistulae subiunxi* —. hoc ante me fecit in litteris nostris

Valerius Soranus in libris, quos ἐποπτίδων inscripsit. *inde vix manaverunt ea quae de nomine Romae in test. 3 sunt.*

*6. August. civ. d. 7, 9* quosdam versus Valerii Sorani exponit idem Varro in eo libro, quem seorsum ab istis de cultu deorum scripsit, qui versus hi sunt [*4 Baeh.*]:

Iuppiter omnipotens rerum regumque repertor,
progenitor genetrixque deum, deus unus et idem.

*de Valerii carmine philosophorum more confecto cf. Susemihl, Gesch. d. Griech. Litt. (Lpz. 1891) 1, 896.*

*4* regum rerumque deumque *August.*: *em. mythogr.* **5** idem *myth.* omnis *August.*

*7. temere Tappulae legis convivalis scriptorem Q. Valerium esse suspicatus est Baehrens, FPR p. 423.*

DOCTRINAE

*8. Gell. 2, 10, 3 = Varro epist. ad. Ser. Sulpic. fr. 228*

---

*Valerii reliquias coll. Baehrens Fragm. Poet. Rom. (Lipsiae 1886) p. 272 sq., cuius numeros inclusos meis addidi.*

## B. FRAGMENTA

### INCERTAE SEDIS

*1* [*1*]

vetus adagio est, o P. Scipio

*Varro de l. L. 7, 31* apud Valerium Soranum: vetus — Scipio, quod verbum usque eo evanuit, ut Graecum pro eo positum magis sit apertum; nam id est quod παροιμίαν vocant Graeci.

*verba recte tradita puto*

*2* [*3*]

scruppidam — Valerius a pede ac scrupea.

*Varro de l. L. 7, 65* scruppidam Aurelius [*fr. 15*], Iuventius [*fr. 1*], Valerius — scrupea. *cf. ad Aur. Opill. l. c.*

*3* [*2*]

Accius Hectorem nollet facere, Hectora mallet

*Varro de l. L. 10, 70* Accius haec [*Hectōrem Nestōrem*] *in tragoediis largius* a prisca consuetudine movere coepit et

**formas Graecas verborum magis revocare, [et] a quo Vale- ıs ait** [*Acc. v. 697 Ribb.*[3]]: **Accius — mallet.**

**nolet** *et* **malet** *complures ex cod. Havniensi*

*de Vallegio quodam, sub cuius nomine Keil Valerium latere spicatus est, cf. Volcac. Sedig. fr. 4.*

# VALERIUS

*haud prorsus reiicienda ratione Valerium XII tabularum terpretem Soranum esse Schoell (leg. XII tab. p. 35 sq.) assecutus*; *optimo certe iure Messallae nomen a Muellero restitutum is movit (ibid. p. 37). an tamen potius L. Valerius iureconsultus ceronis familiaris (ad fam. 1, 10. 3, 1, 3) intellegendus sit, ubigitur. cf. Bremer, iurisprud. antehadr. 1, 105, 131. 245. ia infra Incert. gramm. libr. 12. 13.*

[*Sorano Bremer*]

⟨sanates⟩ — ne Valerius ⟨quidem . . . . . .⟩ in XII ex- .anati⟨one rem expedivit.⟩

*Fest. p. 321*$^b$, *8* ⟨sanates quasi sana⟩ti appella⟨ti, id est ınatae mentis. Ser.⟩ Sulpicius [*fr. 9*] et Opillus [*fr. 13*] — ıncius [*fr. 13*]. **ne Valerius — expedivit.**

# PORCIUS LICINUS

## A. TESTIMONIA

ITAE

*1. 'Porcius' appellationem afferunt Varro Suetonius (ex 'arrone) Apuleius; 'Licinus' Cicero; 'Porcius Licinus' Gellius Charisius. in codd. plerumque 'Licinius' pro recta forma legitur.*

*2. Licini aetatem ex Cic. de or. 3, 225 accuratius consti- ıere posse Büttner sibi visus est (Porc. Lic. p. 80 sq.), sed tamen ı indiciis Gellii Apuleique (fr. 3) acquiescendum est.*

ƆRIPTORUM

*3. Gell. 19, 9, 10* versus cecinit [*Antonius Iulianus*] alerii Aeditui veteris poetae, item Porcii Licini et Q. Catuli, ıibus mundius venustius limatius tersius Graecum Latinumve ıhil quicquam reperiri puto. — item dixit versus Porcii icini *hosce [fr. 5 B.]. Apul. apol. 9* fecere tamen et alii talia

[*ludicros et amatorios versus*] —; apud nos vero Aedituus et Porcius et Catulus [*cos. 652/102*].

2 *et* 5 licinii  3 tersius *Salmas.* persius *Paris.* pessius *vel* pressius *rell.*

---

*reliquias coll. Baehrens, Fragm. Poet. Rom. (Lipsiae 1886) p. 277 sq. universe cf. R Buettner, Porc. Licin. und d. Litt. Kreis d. Q. Lutat. Cat. (Lpz. 1893).*

## B. FRAGMENTA

### INCERTAE SEDIS

*1* [*1 Baehrens*]

Poenico bello secundo Musa pinnato gradu
intulit se bellicosam in Romuli gentem feram.

*Gell. 17, 21, 45 = Varro de poet. I fr. 56* Porcius autem Licinus serius poeticam Romae coepisse dicit in his versibus: Poenico — feram. *de re cf. ad Varr. l. c.*

*2* [*2*]

. . ligionem Porcius designat cum de Ennio scribens dicit eum coluisse Tutilinae loca.

*Varro de l. L. 5, 163* [*post lacunam*] . . ligionem — loca. *ad Ennii habitationem haec vulgo referuntur.*

1 ⟨re⟩ligionem *vg.* regionem *Turnebus*

*3* [*3*]

ferreum scriptorem, verum, opinor, scriptorem tamen
ut legendus sit

*Cic. de fin. 1, 5* cum Sophocles vel optime scripserit Electram, tamen male conversam Atilii mihi legendam putem, de quo Licinus [-nius *codd.*]: ferreum — sit. *alii Licino verba tantum 'fer. script.' tribuunt, qua de re cf. Büttner p. 53 sq. ceteroqui cf. Cic. ad Att. 14, 20, 3.*

*4* [*4*]

dum lasciviam nobilium et laudes fucosas petit,
dum Africani vocem divinam inhiat avìdis auribus,

dum ad Philum se cenitare et Laelium pulchrum putat,
dum se ab his amari credit, crebro in Albanum rapi
– ∪ – ∪ – ∪ – ∪ ob florem aetatis suae,
post sublatis rebus ad summam inopiam redactus est.
itaque ex conspectu omnium abiit Graeciae in terram ultimam.
mortuust Stymphali, Arcadiae ⟨in⟩ oppido. nil P⟨ublio⟩
Scipio profuit, nihil illi Laelius, nil Furius,
tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime:
eorum ille opera ne domum quidem habuit conducticiam,
saltem ut esset quo referret obitum domini servulus.

*Suet. vit. Ter. = Varro fr. 301* Porcius —: dum lasciviam — servulus.

1 laud. f. *A = Paris. 7920* f. laud. *rell.* 2 vocẽ dum et inhuius et *A* 3 Philum *Roth*: fixum *A* furium *rell.* 4 am. ab his: *transposui* credat *A* credit *rell. tradita servavi* rapĩt *A* 5 *lacunam sign. Vahlen* 6 post *A* ipsus (ipsis) *rell.* suis postlatis *Ritschl* 7 abit *A* abiit in *rell.* ubi abit *Bergk* graecciam (greciam) 8 mortuus est infalo (in phalo): *em. Bergk* in *add. Roth* Publio *suppl. Ritschl* 9 illi *A* ei *rell.* furius tres] siministros *A* (*em. in mg. m. rec.*) 11 habuit] si abuit *A* 12 servulo *A*

*5* [*5*]

salsi fretus

*Char. p. 129, 6* fretus, huius fretus Porcius Licinus [lucinni *cod. m. 1* licinni *m. 2*], ut Plinius eodem sermonis dubii libro VI refert [*p. 17, 18 B.*], salsi fretus. *arbitrario Licino versus Lucilii 939 Ma. vulgo tribuitur. ceteroqui fr. hoc et 6 huc rettulimus, ne quid desit; argumentum enim ignotum est.*

*6* [*deest*]

volitare ululantis

*Varro de l. L. 7, 103—104* multa ab animalium vocibus tralata in homines, partimque sunt aperta, partim obscura —. minus aperta Porcii ab lupo: vol. ul.

# VOLCACIUS SEDIGITUS

## A. TESTIMONIA

VITAE

*1. de nomine per c, non per t scribendo cf. Buecheler, Rh. Mus. 33 (1878) p. 492. de cognomine Plin. n. h. 11, 244 (test. 3), a quo et Gellio hoc memoriae proditum est; alibi enim 'Volcacius' simpliciter reperitur.*

*2. Q. Valerio, Porcio Licino aetate maior Volcacius, ut Buettner vult (ibid. p. 34 sq.), vix esse potest, si quidem Ennium 'causa antiquitatis' memorat (fr. 1); missum enim Turpilium facio ab eo laudatum (id. fr.), qui ut a. 650/104 vel 651/103 mortuus sit, erat tamen tunc admodum senex. videas etiam ordinem, quo iudicia de Terentio in vita Suetonii afferuntur 'Afranius (Scipionis Laeliique aequalis) Volcacius Cicero Caesar'.*

3. *Plin n. h. 11, 244* Volcacium Sedigitum inlustrem in poetica.

SCRIPTORUM

*4. Varro de comoed. Plaut. I = fr. 88 Volcacium indicem Plautinum scripsisse tradit, qui, opinor, in l. De poetis erat ut sine dubio Terentii fabularum enumeratio (fr. 2).*

---

*reliquias coll. Baehrens, Fragm. Poet. Rom. (Lipsiae 1886) p. 279 sq. cf. Buettner l. c. p. 34 sq.*

## B. FRAGMENTA

### DE POETIS LIBRI

*Gell. 15, 24 ind.* quid Volcacius [Vulc-*codd.*] Sedigitus in libro, quem de poetis scripsit, de comicis Latinis iudicarit.

*1 [1 Baehrens]*

multos incertos certare hanc rem vidimus,
*palmam poetae* comico cui deferant.

eum meo iudicio errorem dissolvam tibi,
ut contra si quis sentiat nihil sentiat.
Caecilio palmam Statio do mimico,
Plautus secundus facile exsuperat ceteros;
dein Naevius, qui fervet, pretio in tertiost;
si erit quod quarto detur, dabitur Licinio;
post insequi Licinium facio Atilium;
in sexto consequetur hos Terentius,
Turpilius septimum, Trabea octavum optinet;
nono loco esse facile facio Luscium,
decimum addo causa antiquitatis Ennium.

*Gell. 15, 24* Sedigitus in libro, quem scripsit de poetis, quid de his sentiat, qui comoedias fecerunt, et quem ex omnibus praestare ceteris putet ac deinceps, quo quemque in loco et honore ponat, his versibus suis demonstrat: multos — Ennium.

1 videmus *vg.* 4 nil *vg.* 5 dominico *Paris. Voss. Lat. F 7* do cominico *Voss. Lat. F 112* do comico *rell.*: *em. I Gronov.* 7 servet: *em. edd. vett.* servet pretium, tertiust *Ritschl.* 9 licium *Magliab. Regin. 597* 10 consequitur: *em. Pithoeus* 13 antiq. causa: *transp. vg.*

*1[a]* [*5*]

*Suet. vit. Ter.* = *Varro fr. 301* Volcacius autem non solum Naevio et Plauto et Caecilio, sed Licinio quoque et Atilio postponit [*Terentium*].

*2* [*4*]

sumetur Hecyra sexta exilis fabula

*Suet. vit. Ter.* = *Varro fr. id.* Volcacius in enumeratione omnium ita —: sumetur — fabula. *adn. crit. cf. ad Varr. l. c.*

*3* [*2*]

sed ut Afer populo sex dedit comoedias,
iter hinc in Asiam fecit: ut navem semel
conscendit, visus numquam est: sic vita vacat.

*Suet. vit. Ter.* = *Varro fr. id.* de morte eius [Terentii] *Volcacius sic tradit:* sed ut — vacat. *adn. crit.* cf. ad Varr. l. c.

DUBIUM

*4* [*3*]

hae quae vocantur fabulae Terenti opus,
cuiae sunt? non has, iura qui populis [retentibus] dabat,
summo ⟨ille⟩ honore affectus fecit fabulas?

*Donat. vit. Ter. p. 9, 18 W.* Scipionis fabulas edidisse Terentium † Vallegius in actione [Vagellius *coniecerat Buecheler, postea probabilius* Volcacius, *quem secutus Leo, Rh. Mus. 38. 1883 p. 321 reliqua* in enumeratione *immutavit*] ait: hae — fabulas. *cf. fr. 2.*

1 hae (he): tuae *Windischmann* Ter. op. *Buecheler ex seq.* ret. 2 qui iura: *transp. Ritschl* retentibus *Paris.* (*in mg.* terentius *Daniel*) recensentibus *rell.: del. Ritschl* 3 ille *add. idem*

# L. MANILIUS

## A. TESTIMONIA

VITAE

*1. 'Manilius' legitur apud Varronem (de l. L. bis) Plinium ('Mamilius' semel in codd., 'Manilius' [mamilius Riccard.] iterum et in indice) Arnobium Festum; 'Manlius' apud Varronem (de ave Phoenice, ut Manilius Plinii); 'Λεύκιος Μάλλιος' apud Dionysium; sub quibus nominibus Mommsen eundem hominem latere intellexit (Rh. Mus. 16. 1861 p. 284 sq.). hunc autem eundem esse atque grammaticum eo verisimilius est, quod de posteriore testimonium (infra 4) aeque atque prioris omnia fragmenta a Varrone accepta sunt. alioquin cf. Ritschl, Parerg. p. 242. aliter sentit Hirschfeld, Sitzb. d. Preuß. Akad. d. Wsch. phil.-hist. Cl. 1903 p. 4.*

*2. Plin. n. h. 10, 4* primus atque diligentissime togatorum de eo [*ave phoenice*] prodidit Manilius senator ille maximis nobilis doctrinis doctore nullo —. *5* cum huius alitis vita magni conversionem anni fieri prodit idem Manilius — et fuisse eius conversionis annum prodente se P. Licinio Cn. Cornelio consulibus [*a. 657/97*] CCXV. *Mommsen ibid. eum non alium esse suspicatur ac L. Manlium proquaestorem Sullae a. 670/84 Galliaeque Narbonensis praesidem a. 677/77.*

SCRIPTORUM

*3. librum rerum memorabilium a Manilio scriptum esse ex loco Plinii (test. 2), ex Varr. de l. L.* 5, 32, *ex* Dionysio Hal. antiq.

*1, 19 perspicitur. extant etiam poeticae reliquiae (Varro de l. L. 7, 16 bis), inter quas epigramma (id. ibid. 7, 28). de loco Macrob. 1, 10, 4 dubitatio est.*

*4. Gell. 3, 3, 1 = Varro de comoed. Plaut. I fr. 88 (de indice Plautino)*

---

*reliquias collegerunt partim Baehrens, Fragm. Poet. Rom. (Lipsiae 1886) p. 283 sq. partim Bremer, Jurispr. Antehadr. (Lipsiae 1896) 1, 107.*

## B. FRAGMENTA

### *1 [deest ap. Bremer]*

Europa ab Europa Agenoris, quam ex Phoenice Manilius scribit taurum exportasse, quorum egregiam imaginem ex aere Pythagoras Tarenti.

*Varro de l. L. 5, 32* Europa — Tarenti. *item Paul. Fest. p. 78, 7. de collocatione cf. test. 3.*

1 fenice *Flor.* manlius *Flor.*

### INCERTAE SEDIS

### *2 [2]*

novensiles — deos novem Manilius, quibus solis Iuppiter potestatem iaciendi sui permiserit fulminis.

*Arnob. 3, 38* novensiles Piso [*fr. 4*], Granius [*fr. 3 et Ael. Stilo fr. 22*], Varro [*fr. 374*], Cornificius [*fr. 8*], deos — fulminis, Cincius [*fr. 22*].

### *3 [1]*

sexagenarios ⟨de ponte olim deiciebant,⟩ cuius causam Mani⟨lius hanc refert, quod Romam⟩ qui incoluerint ⟨primi Aborigenes, aliquem⟩ hominem, sexaginta ⟨annorum qui esset, immolar⟩e Diti patri quot⟨annis soliti fuerint.⟩ quod facere eos de⟨stitisse adventu Her⟩culis. sed religio⟨sa veteris ritus observatione s⟩cirpeas hominum ef⟨figies de ponte in Tiberim antiquo⟩ modo mittere ⟨instituisse⟩.

*Fest. p. 334ª, 16* sexagenarios — ⟨instituisse⟩. *cf. Sinn. Cap. fr. 21. Varro de l. L. 7, 44. Paul. p. 15, 12.*

*1 sq. suppl. Scal. Urs.* 4 editi

# SEVIUS NICANOR

## TESTIMONIA

VITAE

*1. de 'Sevius' sine dipthongo scribendo cf. Hertz, Fleck. Jahrbb. 107 (1873) p. 340; Schulze, Lat. Eigenn. p. 223. de Sevii ortu ac duplici cognomine test. 3.*

*2. Suet. de gramm. 5* sunt qui tradant ob infamiam quandam eum [*Sevium Nicanorem*] in Sardiniam secessisse ibique diem obisse. *aetas ex eo fere argui potest, quod Sevius primus omnium professorum a Suetonio memoratur (cf. De lud. litt. supra), atque in eius satura quae extat corripitur vocalis in s desinens ab alia consonante excepta (cf. Leo, Pl. F. p. 230).*

SCRIPTORUM

*3. Suet. ibid.* Sevius Nicanor — fecit praeter commentarios, quorum tamen pars maxima intercepta dicitur, saturam quoque, in qua libertinum se ac duplici cognomine esse per haec indicat [*FPR p. 294 B.*]:

Sevius Nicanor Marci libertus negabit:
Sevius † post huius idem ac Marcus docebit.

5 post huius (posthus): Postumus *Bergk* idem at *Vatic. 1518* $\text{i}^{s}$dem at *Gudian.* is dem$^{ac}_{ae}$ *Neap.* idem ac *rell.*: idem ABC *Bergk*

# AURELIUS OPILLUS

## A. TESTIMONIA

VITAE

*1. 'Aurelius Opillus' Festus semel, Suet. Gell. Char. (Iul. Rom.) Comm. Donati; 'Opillus Aurelius' Festus ceteroqui; 'Aurelius' Varro ter (ex Servio Claudio ut videtur; cf. Usener, Rh. Mus. 23. 1868 p. 682) Gellius (ex Varrone) Paul. Festi Char. (Iul. Rom.); 'Opillus' Varro ter, Paulus. de scriptura 'Opillus' (osce Upils) cf. Buecheler, Jen. Littzeit. 1874 p. 610$^{2}$; Rh. Mus. 30 (1875) p. 446. eadem tradita est apud Varr. de l. L. 7, 50; Fest. p. 162$^{b}$, 6. 321$^{b}$, 8. 356$^{a}$, 3. 359$^{a}$, 26; Comm. Don. p. 328, 8; Symmachum ('Opillius' ter Fest. cf. Anecd. H. in fr. 28 et test. 4). Campanus origine Opillus fuisse videtur.*

*2. Suet. de gramm. 6* Aurelius Opillus Epicurei cuiusdam *libertus — dimissa* schola [*cf. De lud. litt. supra*] Rutilium Rufum

[*trib. mil. a. 620/134, cos. a. 649/105*] damnatum in Asiam [*a. 662/92 vel inseq.*] secutus ibidem Smyrnae simulque consenuit [*Rutilius post a. 676/78 mortuus est*]. *hinc tempora fere iudicari possunt, de quibus non recte Osann* (*Ztschr. f. Altw. 1849. 25 p. 194*) *et Ritschl* (*Parerg. p. 239 sq.*). *de commoratione Mytilenis ac Smyrnae facta cf. Cic. pro Balb. 28; Brut. 85. Tac. ann. 4, 43. Oros. 5, 17* Rutilius quoque vir integerrimus — peiurio iudicum condemnatus est; qui Smyrnam conmigrans litterarum studiis intentus consenuit.

*3. Symm. ep. 1, 20, 2* sed cui eveniet aut tam felix discipulus aut tam memor debitor? an ignoramus Magnum illum, cui supra votum fortuna fluxit, Stagiritae suo nihilum commodasse, nisi quia Ennio ex Aetolicis manubiis captiva tantum chlamys muneri data Fulvium decolorat? enim vero neque Panaetio Africanorum secundus, neque Opillo Rutilius vel Cineae Pyrrhus aut Metrodoro suo Mithridates Ponticus liberalium disciplinarum pretia solverunt.

SCRIPTORUM

*4. Suet. de gramm. 6* huius [*Aurelii Opilli*] cognomen in plerisque indicibus et titulis per unam ⟨L⟩ litteram scriptum animadverto, verum ipse id per duas effert in parastichide libelli, qui inscribitur pinax. *de acrostichis apud Romanos cf. WMeyer, Abh. Bayer. Akad. 17, 2 p. 370. ex hoc pinace index Plautinus fluxisse videtur* (*Varro fr. 88*).

*5. Suet. ibid.* composuit variae eruditionis aliquot volumina. *cf. fr. 1.*

---

*Aurelii reliquias coll. Egger, Lat. serm. vet. rell. sel.* (*Paris 1843*) *p. 27 sq. cf. Lersch, Sprachphil. d. Alt. 3, 150. universe cf. Osann, Aur. Opilius d. Grammatiker l. c. nr. 25—28. Ritschl, Parerg. et opusc. passim. Goetz, Pauly-Wiss. RE 2, 2514/176.*

## B. FRAGMENTA

### MUSARUM LIBRORUM IX

*1* [*1 Egger*]

*lib. I.* Aurelius Opillus — composuit variae eruditionis aliquot volumina; ex quibus novem unius corporis, [qui] quia scriptores ac poetas sub clientela Musarum iudicaret, non absurde et fecisse et ⟨in⟩scripsisse se ait ex numero divarum *et appellatione.*

*Suet. de gramm. 6* Aurelius — appellatione. ***huius modi librorum inscriptiones apud Graecos coll. Hillscher, Fleck. Jahrbb. suppl. 18 (1891) p. 360 adn. 1. cf. etiam Gell. praef. 6. opus ab Aurelio in exsilio scriptum est post a. fere 662/92.***

2 qui *del. Ernesti* 4 in *add. Wolf*

*2* [*2*]

*l. I.* indutiae dicuntur, cum hostes inter sese utrimque utroque alteri ad alteros inpune et sine pugna ineunt; inde adeo nomen factum videtur quasi initiae, hoc est initus atque introitus.

*Gell. 1, 25, 17* Aurelius autem Opillus in primo librorum, quos Musarum inscripsit: indutiae inquit dicuntur — adeo inquit nomen — introitus. *cf. Varro rer. hum. fr. 124. 124ᵃ. de l. L. 5, 60* exitus inde exitium, ut cum in unum ineunt [*anima et corpus*], initia.

2 alter: alteri *vg.* 4 initiae *Lambecius* induitiae *Fleckeisen*: inuiae

INCERTAE SEDIS

*ad Musarum libros pleraque quae secuntur pertinere suspicari licet, ubi Aurelii beneficio fortasse versus Plautinos cum fragmentis cohaerentes adepti sumus.*

*3* [*12*]

conticinnum —, ut Opillus scribit, ab eo cum conticuerunt homines.

*Varro de l. L. 7, 79* in Asinaria [*685*]: ‘videbitur. factum volo. redito [*ita Varro infra:* ad reditum *hic Flor.* redito huc *Plaut.*] conticinno’. putem a conticiscendo conticinnum, sive, ut — homines. *id. ibid. 6, 7* alii ab eo quod sileretur silentium noctis, quod idem Plautus tempus conticinnum; scribit enim ‘videbimus. factum volo. redito conticinno’. *item Suet. prat. p. 160 R. Non. p. 62, 20. Censor. d. n. 24, 2. Isid. or. 5, 31, 8. CGL IV 223, 34. V 58, 25. 650, 5. 25. aliter Serv. Dan. Aen. 3, 587. Macrob. 1, 3, 12. CGL II 114, 35. V 15, 24.*

conticinnam *Flor.*

*4* [*30*]

*dalivum* supinum ait esse Aurelius.

*Paul. Fest. p. 68, 1* dalivum — Aurelius, Aelius [*fr. 8*], Santra [*fr. 8*].

*5 [13]*

Aurelius scribit delicuum esse ab liquido.

*Varro de l. L. 7, 106* in Casina [*206*] 'sine amet, sine quod lubet id faciat /, quando tibi domi nihil delicuum est' dictum ab eo quod deliquandum non sit [s̄ *Flor.*], ut turbida quae sunt deliquantur, ut liquida fiant. Aurelius — liquido, Claudius [*fr. 7*]. *cf. CGL V 17, 25.*

*6 [3]*

Opillus adustas iam [*assulas*] fomites vocari existimat.

*Paul. Fest. p. 84, 17* fomites sunt assulae ex arboribus, dum caeduntur, excussae: dictae quod in eo opere occupati cibis potuque confoventur. at Opillus — existimat. fomites alii vocari putant scintillas, quae ex ferro candenti malleis excutiuntur; dictae autem ita, quia igni sunt confotae. pari modo assulae, quae sunt securibus excussae. *cf. Ser. Clod. fr. 1. 2. Schol. in Lucan. 8, 776. CGL II 580, 38. V 70, 2. 202, 8. 9. carm. priap. 86, 3 B.*

*7 [26]*

molucrum — Aurelius Opillus appellat ubi molatur.

*Fest. p. 141ᵃ, 20* molucrum — Cloatius [*fr. 11*] et Aelius [*fr. 62*]; idem Aelius [*fr. 2*], Aurelius — molatur.

*8 [15]*

⟨nauteam ait Opi⟩llus Aurelius herb⟨ae genus esse granis nigris,⟩ qua coriari utuntur, ⟨cuius videri a nave duc⟩tum nomen, quia nauseam fa⟨cit, permutatione t et⟩ s litterarum interme⟨diarum antiquis consueta⟩.

*Fest. p. 165ᵇ, 27* ⟨nauteam⟩ — ⟨consueta⟩. Plautus in Artemone [*fr. 2 L.*] ⟨. . . . . . . . . . . mu⟩lionum nauteam fecisset . . . . . *cf. Non. p. 8, 5. CGL II 132, 53. V 33, 32. 86, 12. 119, 29. Ael. Stil. fr. 63.*

1 *sq. suppletum ex Paulo*

*9 [14]*

necessarium ait esse Opillus Aurelius, in quo non sit cessandum, aut sine quo vivi non possit, aut sine quo non bene *vivatur, aut quod* non possit prohiberi quin fiat.

*Fest. p. 162*$^b$*, 6* necessarium — fiat. *cf. Paul. p. 163, 14. Schol. in Lucan. 2, 5.*

3 prohibere

*10* [*16*]

Opillus Aurelius nuscitiones esse [*ait*] caecitudines nocturnas.

*Fest. p. 173*$^a$*, 23* nuscitiosum Ateius Philologus [*fr. 4*]; **at** Opillus — nocturnas; Aelius Stilo [*fr. 24*]. *Aurelium secuntur Varro Discipl. VIII fr. 219. Plin n. h. 28, 170. Non. p. 135, 9. Isid. or. 10, 164. Ulpian. dig. 21, 1, 10, 1. CGL V 643, 67.*

1 Popilius  nusciciones

*11* [*11*]

dicta [*praefica*], ut Aurelius scribit, ab luco quae conduceretur, quae ante domum mortui laudis eius caneret.

*Varro de l. L. 7, 70* in Truculento [*495*]: 'sine virtute argutum civem mihi habeam pro praefica' dicta — caneret. — quibus testimonium est quod † fretum [tritum *Buech.* facetum *Ribb.*] est Naevii [*II v. 129 Ribb.*$^3$]: 'haec quidem hercle, opinor, praefica est; nam mortuum collaudat'. Claudius [*fr. 8*]. *Paul. Fest. p. 223, 16* praeficae dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductae, quae dant ceteris modum plangendi, quasi in hoc ipsum praefectae. Naevius: 'haec — collaudat'. *cf. Non. p. 66, 27. CGL II 156, 35. V 324, 65.*

1 ad luctum *Turnebus; cf. Dion. H. 4, 15*

*12* [*17*]

querque⟨ram febrem — Aurelius⟩ Opillus frigidam a⟨it dici et cum tremore iactan⟩tem.

*Fest. p. 257*$^b$*, 24* querque⟨ram febrem gravem et mag⟩nam quidam ⟨a⟩ querc⟨u dictam volunt, quod id genus⟩ arboris, cum gra⟨ve sit ac durum, tum etiam in⟩ ingentem evada⟨t amplitudinem. Aurelius autem⟩ Opillus — ⟨iactan⟩tem. Santra [*fr. 12*]. *cf. Paul. p. 256, 11. 259, 1. CGL II 591, 4. IV 158, 10.*

1 *sq. suppletum ex Paulo*  2 cum horrore tremen⟩tem *vg.: immutavi ex Paulo et Lucilio* (*cf. ad Santr. l. c.*)

*13* [*21*]

⟨sanates⟩ — ⟨Ser.⟩ Sulpicius ⟨Rufus [*fr. 9*] . . . . . . . . . . . . . . .⟩ et Opillus ⟨Aurelius ita existimant⟩ *dici inferio*⟨ris superiorisque loci socios,⟩ ut Tiburte⟨s

supra Romam aliosque qui cum⟩ populo Tibur⟨ti coniuraverant in agro⟩ Tiburti, ide⟨mque in foedus et alios quosdam infe⟩riorisque loc⟨i populos receperant⟩.

*Fest. p. $321^b$, 8* ⟨sanates quasi sana⟩ti appella⟨ti, id est sanatae mentis. Ser.⟩ Sulpicius — ⟨receperant. hinc⟩ in XII [*1, 5 S.*]: 'nex⟨i mancipique cum p. R. idem⟩ forti sanati⟨sque supra infraque ius esto⟩, id est bonor⟨um et in fidem receptorum⟩ —. Cincius [*fr. 13*] — Valerius [*fr. 1*]. *cf. Fest. p. $348^b$, 10. Paul. p. 349, 10. Gell. 16, 10, 8.*

1 *sq. suppl. Huschke*

*14* [*20*]

sedum, alii sadum, appellant herbam, quam Opillus Aurelius sesuvium vocari ait eamque in tegulis seri.

*Fest. p. $343^a$, 25* sedum — seri, nec quam ob rem id fiat indicat. *cf. CGL II 181, 34. 44.*

*15* [*9*]

scruppidam Aurelius scribit ab scauripeda.

*Varro de l. L. 7, 65* ibidem [*Plaut. Nervol. fr. 7 L. cf. Gell. 3, 3, 6*]: '† scraties ruppe ides rittabillae tantulae [*Gell.:* scrattae scrupedae strittivillae sordidae]'. ab excreando scraties siccas significat. scruppidam — scauripeda, Iuventius [*fr. 1*], Valerius [*fr. 2*]. *cf. Non. p. 169, 9. CGL IV 565, 7. V 482, 54. 578, 13. 631, 32.*

scrupipedam *O Mue.* scruppedam *Skutsch, Berl. phil. W. 1895, 269* auscauripeda: *em. Bothe*

*16* [*19*]

spirillum vocari ait Opillus Aurelius caprae barbam.

*Fest. p. $330^b$, 33* spirillum — barbam. *cf. Paul. p. 331, 12.*

barbaram

*17* [*deest*]

soloecismum latine nostri dixerunt, ut ait Aurelius Opillus, stribliginem.

*exc. ex comm. Don. CGK V 328, 8* sol. — stribl. *Diom. p. 453, 28* soloecismus — latine a quibusdam stribiligo appellatur. *cf. Sinn. Cap. ad fr. 2. Schlepps, de soloecismo (Argentor. 1873).*

2 opill's rubi*ginem*

*18* [*10*]

stribula, ut Opillus scribit, circum coxendices sunt bovis.

*Varro de l. L. 7, 67* in † Cesistione [Cacistione ***Ritschl: Plaut. fr. 1 L.***]: 'dis stribula [distribula ***Flor.: em. Buech.***] aut de lumbo obscena viscera' stribula — bovis; id Graecum est ab eius loci versura. ***hoc veriloquium facilius Varroni vel eius auctori ab Opillo diverso tribuas, cum Graecam originationem in pauculis quidem reliquiis hic non habeat.***

coxa indices *Flor.* vobis: *em. Scioppius*

*19* [*27*]

tanne eo usque, ut Aelius Stilo [*fr. 38*] et Opillus Aurelius interpretantur.

*Fest. p. 359*$^{a}$*, 26* tanne — interpretantur. *cf. ad Ael. Stil. l. c.*

*20* [*22*]

⟨tesca⟩ — Op⟨illus Aure⟩lius loca consecrata ad ⟨augurandum scrip⟩sit.

*Fest. p. 356*$^{a}$*, 14* ⟨tesca Aelius ai⟩t [*fr. 75*]; Op⟨illus autem Aure⟩lius — ⟨scrip⟩sit. *cf. Fest. ibid. seq. Isid. or. 15, 12, 3. CGL II 197, 47. IV 291, 38.*

*suppletum ex Paulo*

*21* [*25*]

Opillus Aure⟨lius scripsit moll⟩em pulvillum, quem in ⟨collo habent, ne l⟩aedat, tomicem vo⟨cari⟩.

*Fest. p. 356*$^{a}$*, 3* ⟨tomices Graeco⟩ nomine appellantur ⟨e cannabo impolito⟩ et sparto leviter tortae ⟨restes, ex quibus funes⟩ fiunt. Lucilius [*1324 Ma.*]: 'vidimus ⟨vinctum tomice cann⟩abina'. Opillus — vo⟨cari⟩.

*suppletum ex Paulo*

*22* [*28*]

valgos Opillus Aurelius aliique complures aiunt dici qui diversas suras habeant.

*Fest. p. 375*$^{a}$*, 15* valgos — habeant. Plautus in milite glorioso [*94*] [qui talos vitiosos] 'maiorem partem videas valgis saviis [savis *cod.*]' et in Sitellitergo [*fr. 2 L.*] '† fit ea mihi insignitos *pueros pariat postea* / aut varum aut valgum aut com-

pernem aut paetum aut brocchum filium'. *Paul. p. 374, 5* valgos Aurelius intellegi vult qui diversas suras habent. *cf. Non. p. 25, 8. CGL II 432, 32. IV 188, 37. V 651, 53.*

*23* [*8*]

vesperugo stella quae vespere oritur, a quo eam Opillus scribit vesperum.

*Varro de l. L. 7, 50* apud Plautum [*Amph. 275*]: 'nec iugulae [*ita Plaut.*: neque iugula *Varro*] neque vesperugo neque vergiliae occidunt' — vesperugo — vesperum; itaque dicitur alter vesper adest, quem dicunt Graeci *διεσπέριον*. *Paul. Fest. p. 368, 16* vesperugo vesper stella. Plautus: 'nec vesperugo nec vergiliae occidunt'. *cf. Varro ibid. 6, 6. Suet. prat. p. 159 R. Censor. d. n. 24, 4.*

*24* [*32*]

Opillus veterinam dici vult quasi venterinam vel uterinam, quod ad ventrem onus religatum gerat.

*Paul. Fest. p. 369, 12* Opillus — gerat. *cf. supra Cato fr. 17.*

1 venter- *vg.* veter- *Monac.* vater- *Guelf.* velut uter- *Guelf.* vel veter- *Monac: em. vg.*

*25* [*23*]

Alexander et Teucer dici debet, sed et Alexandrus et Teucrus dici possunt, ut Vergilius Teucrus et Euandrus, secundum illam scilicet rationem, qua nomina Graeca in *ος* exeuntia latine in us exire Aurelio placet.

*Char. p. 83, 30* (= *Plin. dub. serm. p. 49, 17 B.*) Alexander — placet. contra quam tamen regulam qui a Graecis *ἀγρός* idem a nobis ager dicitur; ideoque et in his et ⟨in⟩ ceteris ante omnia consuetudo sequenda est. *cf. Plin. ibid. p. 50, 3 B. Char. p. 122, 3. 4.*

*25*[*a*] [*deest*]

ut [ait] inquit Aurelius Opillus, Graeca nomina *ος* syllaba finita latine us ⟨debent⟩ terminari.

*Char. p. 128, 1* Euandrus Maro, quod ut — terminari; usus tamen Euander.

1 ait *om. edit. princ., seclusi; cf. de verbo* 'inquit' Char. *p. 120, 10. 221, 9* 2 debent *add. Keil*

## DUBIA

### *26* [*24*]

ab his Gallos adortos ex insidiis plurimos necatos

*Prisc. p. 381, 8* Aurelius: ab his — necatos, adortos ἐφονευθέντας. *cf. Osann l. c. p. 196 et contra Hertz ad locum Prisc.*

### *27* [*29*]

*Fest. p. 317$^b$, 22 = Ael. Stilo fr. 70*

### *28* [*deest*]

significatione [*participia et nomina eiusdem vocis differunt*], quia, quando nomen est, creaturam sive personam hominis significat qualis sit, ut sapiens; quando vero participium, Opillius ostendit, quid agit aut patitur in praesenti vel in praeterito vel in futuro.

*Anecd. H. p. 75, 30* memento tamen participiorum et nominum eiusdem vocis quinque modis differre, significatione conparatione servitute declinatione tempore; significatione — futuro. *Buecheler monente haec in dubium revocanda esse mihi persuasi; ne enim de nimis incerta fide auctoris dicam, sententia fert ut facillimam mutationem 'Opillius' in 'opus illius' faciamus.*

4 ⟨ut⟩ Op. *Hagen* ⟨ali⟩quid *idem*

## FALSA

### *29* [*31*]

manues Aurelius significare ait bonos.

*Paul. Fest. p. 147, 13* manues — bonos. *haec respondent glossae Festi p. 146$^b$, 20 (= Ael. Stil. fr. 1), de quibus cf. Reitzenstein, Verr. Forsch. p. 90 adn. 2.*

### *30* [*7*]

*Fest. p. 182$^b$, 32* (ordinarium hominem) = *Oppius fr. 1*

### *31* [*18*]

*Fest. p. 274$^a$, 16* (ratitum quadrantem) = *Oppius fr. 2*

### *32* [*4*]

Marcion Zmyrnaeus — rumpi scolopendras marinas *sputo tradit, item* rubetas aliasque ranas, Ofilius serpentes.

*Plin. n. h. 28, 38* Marcion — serpentes.

2 opilius *fort. Paris. Lat. 6797* Ofilius *rell., ut in indice lib. XXVIII*

*praeterea Opillo liber 'de silvestribus arboribus' Oppii (Macrob. 3, 18, 7. 19, 4) arbitrario tributus est. Opilli quidem eum esse nuper rursus affirmavit Peter, hist. Rom. rell. (Lips. 1906) p. LXIV.*

# SER. CLODIUS

## A. TESTIMONIA

VITAE

*1. 'Ser. Claudius (Clodius)' Cic. Suet. (ex Varr.) Plin. (ex Varr.) Gell.; 'Claudius' Varro semper, Gell. (ex Varr.); 'Clodius' Servius. de agnomine Scriba cf. praef. ad commentarios.*

*2. Suet. de gramm. 2 (ex Varrone)* gener Aelii Ser. Clodius, — eques Romanus multique ac varii et in doctrina et in re publica usus. *cf. Varro apud Plin. n. h. 25, 24.*

*3. Clodius anno fere 694/60 mortuus est (test. 5) aetate, opinor, ingravescenti, si quidem iuxta Aelium socerum artis grammaticae auctor a Suetonio depingitur (test. 6).*

*4. Suet. de gramm. 3 (ex Varrone)* Servius, cum librum soceri nondum editum fraude intercepisset et ob hoc repudiatus pudore ac taedio secessisset ab urbe, in podagrae morbum incidit; cuius inpatiens veneno sibi perunxit pedes et enecuit ita, ut parte ea corporis quasi praemortua viveret. *cf. Varro apud Plin. l. c.*

*5. Cic ad Att. 1, 20, 7 [a. 694/60]* L. Papirius Paetus vir bonus amatorque noster mihi libros eos, quos Ser. Claudius reliquit, donavit. — et Graecis iis libris, quos suspicor, et Latinis, quos scio illum reliquisse, mihi vehementer opus est. *id. ibid. 2, 1, 12 [eiusdem anni]* Paetus, ut antea ad te scripsi, omnes libros, quos frater suus reliquisset, mihi donavit. — cum Graecos tum vero diligenter Latinos ut conserves velim.

*6. Suet. de gramm. 2 (ex Varrone) = Ael. Stil. test. 13. Cic. ad fam. 9, 16, 4 [a. 708/46 ad Papirium Paetum]* Servius frater tuus, quem litteratissimum fuisse iudico, facile diceret: 'hic versus Plauti non est, hic est', quod tritas aures haberet notandis generibus poetarum et consuetudine legendi.

SCRIPTORUM

*7. Gell. 3, 3, 1 = Varro de comoed.* Plaut. I fr. 88 *(de indice Plautino)*

*8* [*4*]

Claudius scribit: quae praeficeretur ancillis, quem ad modum lamentarentur, praefica est dicta.

*Varro de l. L. 7, 70* in Truculento [*495*]. — Aurelius [*fr. 11*]; Claudius — dicta. utrumque ostendit a praefectione praeficam dictam.

FALSA

*9* [*1*]

*Gell. 17, 21, 45 = Porcius Lic. fr. 1, ubi corruptum codd. verbum 'seruius' non nulli recipientes Servium Clodium significatum esse Lerschio concesserunt.*

*quod Egger (fr. 6) addit locum Ps-Apul. de orth. p. 90 Os. memoria iam dignum vix est. ne quid desit cf. Non. p. 535, 19 et de hoc loco Peter, hist. Rom. rell. (Lips. 1906) p. CVIII.*

# M. ANTONIUS GNIPHO

## A. TESTIMONIA

VITAE

*1. 'M. Antonius Gnipho' Suet., omisso praenomine Suet. Quint. Macrob., 'Gnipho' Char. Schol. Bern. Anon. expos. in Verg.*

*2. Suet. de gramm. 7* M. Antonius Gnipho, ingenuus in Gallia natus sed expositus, a nutritore suo manumissus institutusque Alexandriae (<et> quidem, ut aliqui tradunt, in contubernio Dionysi Scythobrachionis, quod equidem non temere crediderim, cum temporum ratio vix congruat). *de hoc contubernio cf. Susemihl, Griech. Litt. d. Alex. Z. 2 (Lps. 1892) p. 47 adn. Vahlen, praef. ad Enn.² p. XVIII adn. 4. Gnipho, qui annum aetatis quinquagesimum non excessit (test. 4) et Ciceronem praetorem docuit [a. 688/66], ante a. 638/116 natus esse non potest (de munere docendi et discipulis cf. De lud. litt. supra); neque eius annus natalis ab hoc longius recedit, cum is Ateium Philologum (cf. ad hunc test. 3) et Caesarem puerum instituerit.*

3. *Suet. ibid.* M. Antonius Gnipho — fuisse dicitur ingenii magni, memoriae singularis, nec minus graece quam latine doctus, praeterea comi facilique natura. *cf. De lud. litt. l. c.*

SCRIPTORUM

4. *Suet. ibid.* M. Antonius Gnipho — scripsit multa, quamvis annum aetatis quinquagesimum non excesserit. etsi Ateius Philologus [*fr. 10*] duo tantum volumina de Latino sermone reliquisse eum tradit; nam cetera scripta discipulorum eius esse, non ipsius, in quibus et suum alicubi reperiri nomen ut hoc * * *huc pertinere videntur praecepta analogiae fr. 4. alia de scriptis infra.*

*cf. Goetz, Pauly-Wiss. RE 1, 2618*

## B. FRAGMENTA

### COMMENTARII ENNII

*Gniphonem Ennii annales explanavisse ex fr. 1 Buecheler collegit (Rh. Mus. 36. 1881 p. 333 sq.); nam quod alii de Gniphone quodam a M. Antonio diverso Vergiliano interprete cogitaverunt, omni fundamento caret. huc, ut videtur, spectant fr. 2. 3.*

*1*

Gnipho commentatur annalium libro decimo hanc arborem [*acanthum*] in insula Cercina regionis Africae esse opportunam tincturae, quae in floris sui colorem lanam tinguat, unde vestis acanthia appellatur.

*Schol. Bern. georg. 2, 119* Acanthi. Gnipho — appellatur. *apud Ennium (ann. 330 V.*[2]*) urbs Acanthus memorata esse videtur (Buech. ibid. p. 334). Anon. brev. expos. in Verg. ad l. c.* acanthi, de qua Gnipho scripsit, quo in flore tincta vestis acanthia dicitur. *cf. Varro (ex Epicado) apud Serv. Dan. Aen. 1, 649.*

1 Gnifo commentator a. lib. X — esse dicit oport. *cod. alter*

### INCERTAE SEDIS

*2*

Antonius Gnipho — Salios Herculi datos probat in eo volumine, *quo disputat* quid sit festra, quod est ostium

minusculum in sacrario, quo verbo etiam Ennius usus est [*inc. 29 V.*[2]].

*Macrob. 3, 12, 8* Antonius Gnipho [*cf. De lud. litt.* **supra**] — usus est. *haec ad Ennii commentarium redire puto. de Hercule a Saliis culto cf. Maurenbrecher, carm. sal. rell. p. 329 sq. de festra Paul. Fest. p. 91, 5* festram antiqui dicebant quam nos fenestram. *CGL V 23, 1. 70, 20. 105, 1.*

1 antoninus *Paris.* onipho *Paris.* cnipho *Bamb.* 2 feste *Bamb.* hostia minusculū *Paris.* hostiū munusculum *Bamb.*

*3*

mox — Gnipho pro cito significare ait.

*Char. p. 205, 1* mox Maro georgicon I [*24*] 'tuque adeo quem mox quae sint habitura deorum / concilia incertum est', ubi Gnipho — ait. alii paulo post. *de singulari 'ubi' particulae usurpatione apud Char. cf. Ritschl, Parerg. p. 363, licebitque hoc loco Ennium rursus a Gniphone explanatum esse (cf. ann. 86 V.*[2]*) concedere. ceteroqui cf. Fest. p. 261*[a]*, 11. Paul. p. 260, 2. CGL II 131, 5. IV 118, 16. 538, 51.*

Gnifo *cod.*

*4*

Antonius Gnipho — robur quidem et ebur atque etiam marmur fatetur esse, verum fieri vult ex his robura ebura marmura.

*Quint. 1, 6, 22* ebur et robur, ita dicta ac scripta summis auctoribus, in o litteram secundae syllabae transferunt, quia sit roboris et eboris, sulpur autem et guttur u litteram in genetivo servent; ideoque iecur etiam et femur controversiam fecerunt. quod non minus est licentiosum quam si sulpuri et gutturi subicerent in genetivo litteram o mediam, quia esset eboris et roboris; sicut Antonius Gnipho, qui robur — marmura.

1 Gnifo *Ambros.*

DUBIUM

*5*

*Fest. p. 274*[a]*, 21 (de ratito triente) =* ***Anton. Panurg. fr. 2***

*estne Gnipho is M. Antonius, quem Serv. Dan. Aen. 12, 753 et Solin. collect. 2, 11 memorant?*

# M. POMPILIUS ANDRONICUS

## TESTIMONIUM

*Suet. de gramm. 8* M. Pompilius Andronicus natione Syrus studio Epicureae sectae desidiosior in professione grammatica habebatur minusque idoneus ad tuendam scholam. itaque cum se in urbe non solum Antonio Gniphoni sed ceteris etiam deterioribus postponi videret, Cumas transiit ibique in otio vixit et multa composuit; verum adeo inops atque egens, ut coactus sit praecipuum illud opusculum suum annalium Ennii elenchorum sedecim milibus nummum cuidam vendere, quos libros Orbilius suppressos redemisse se dicit vulgandosque curasse nomine auctoris.

*Andronici aetatem in tempora Sullana incidere patet. de libro 'Annalium Ennii elenchorum' cf. Vahlen, praef. ad Enn. p. XXIX*[2]. *de studiis Epicureis cf. Zeller, Phil. d. Griech. 3, 1 (Lpz. 1880) p. 375 et Th Gomperz, Wien. Stud. 2 (1880) p. 139.*

1 Marcus *varii codd.* 8 opus cui titulum *coni. O Jahn* Enni *Vatic.* 10 volgandosq; *Vatic.*

# SEX. ENNIUS

## A. TESTIMONIA

*1. Suet. de gramm. 1* quod non nulli tradunt duos libros de litteris syllabisque, item de metris ab eodem Ennio [*poeta*] editos, iure arguit L. Cotta non poetae sed posterioris Ennii esse, cuius etiam de augurandi disciplina volumina ferantur.

*utrum hic Ennius umquam fuerit an non, magna est controversia, atque plerique, praesertim recentiores, negant (cf. de diversis sententiis Froehde, Fleck. Jahrbb. suppl. 18. 1891 p. 594 et Weinberger, Philol. 63. 1904 p. 633 sq.). ego quidem ne rursus de re satis singulari dicam, ut alii ita sentiant, antiquissimum Ennium libros grammaticos de litteratura* et de metris *praeter augurandi disciplinam scripsisse, unum premendum puto: nam cum Ennius quidam iuxta Ennium* poetam bis tra-

*ditus sit (test. 2. fr. 1), ea ratione ut aliquod inter eos discriminis signum necessarium esse appareat, utroque in loco s litteram supervacaneam ante ignotum Ennium reperimus; unde quamvis altero loco in 's ennius' 'Sinnius' latere vulgo existimetur, mihi suspicio oritur s notam praenominis esse (=* Spurius, *ut iam Marx scripsit Lucil. carm. rell. 1 p. LVIII. CXXX, aut* Sextus, *ut ego maluerim). de Sinnio certe valde dubito (cf. ad hunc test. 1). quod si ita est, quando quidem iste Ennius fuerit nescimus; quem hic nos collocavimus, cum L. Cotta, qui de eo memoriam prodidit, aequalis Caesaris esse videatur (cf. Suet. Iul. 79).*

*2. Anecd. Paris. CGK 533, 3 = Ael. Stilo test. 21*

## B. DUBIA FRAGMENTA

### *1*

topper fortasse valet in Enni et Pacui scriptis. apud Ennium est [*sc. 428 V.*[2]]: 'topper quam nemo melius scit.' Pacuvius [*v. 424 Ribb.*[3]]: 'topper tecum, sist potestas, faxsit; sin mecum velit.' at in antiquissimis scriptis celeriter ac mature. in Odyssia vetere [*FPR 27 B.*]: 'topper facit homones, ut prius fuerunt.' [*ibid. 28*] 'topper citi ad aedis venimus Circae, / simul duona coram portant ad navis. / milia alia in isdem inserinuntur.'

*Fest. p.* $352^b$*, 4* topper significare ait Artorius [*fr. 3*]. s ennius [= Sex. Ennius? *cf. supra test. 1*] vero sic: topper — inserinuntur.

1 Pacuvi *Urs.* 4 sist *Ribb.*: sit sin *Ribb.*: si 6 homones *O Mue.*: homines ut prius *Duentzer*: utrius 7 fuerunt *Buecheler*: -rint 8 coram *O Mue.*: eorum 9 millia

### *2*

erumnam Ennius ait per e solum scribi posse, quod mentem eruat, et per a et e, quod maerorem nutriat.

*Char. p. 98, 12* erumnam — nutriat. *cf. Paul. Fest. p. 24, 1. Caper de verb. dub. p. 109, 10. Isid. or. 10, 12. cum scriptura vocis ex etymologia pendeat (cf. Q. Ennium supra* fr. 5 p. 9),

*hic fortasse veriloquium Ennii poetae latet: certe alterum Ennium a Charisio sive Romano (ex Plinio?) denotatum esse, magnam speciem veri non habet. cf. Vahlen, praef. ad Enn.*[2] *p. XCVIII.*

2 et e *add. exc. Paris.* merorem *Neap.*

# CORNELIUS EPICADUS

## A. TESTIMONIA

VITAE

*1. 'Cornelius Epicadus' Suet. et Victor.; ceteroqui 'Epicadus'. Cornelium Illyrica origine fuisse ex cognomine suspicari possumus (Schulze, Lat. Eigenn. p. 131 adn. 1).*

*2. Suet. de gramm. 12* Cornelius Epicadus L. Cornelii Sullae dictatoris libertus calatorque in sacerdotio augurali filio quoque eius Fausto gratissimus fuit; quare numquam non utriusque se libertum edidit.

*3. de Cornelii disciplina cf. supra De lud. litt. de bibliotheca Sullana item De biblioth. test. 3.*

*4. Arnob. 1, 59* aut igitur nulla est culpa indifferenter his [*generibus nominum*] uti et frustra nos dicitis soloecismorum obscenitate deformes, aut si certum est singula quibus debeant rationibus explicari, in similibus vitiis vos quoque versamini, quamvis Epicados omnes, Caesellios Verrios Scauros teneatis et Nisos.

5 epicam deos: *em. Gelenius* ascauros: *em. Sabaeus*

SCRIPTORUM

*5. Suet. de gramm. 12* Cornelius Epicadus — librum, quem Sulla novissimum de rebus suis imperfectum reliquerat, ipse supplevit. *cf. Plut. Sull. 37 et de hoc loco Peter, hist. Rom. rell. 1 p. CCLXXVII.*

*6. ex Macrob. 1, 11, 47* (nunc de sigillaribus — Epicadus refert *e. q. s.; cf. etiam Serv. Dan. Aen. 1, 649* Varro ita refert: — ait — esse arbores — Epicadus in Sicilia *e. q. s.*) *Peter, ibid. adn. 1 conicit Epicadum librum de antiquitatibus scripsisse. quod autem hoc opus putat non aliud esse ac commentarios C. Epidii (= Epicadi) a Plin. n. h. 17, 243 allatos (Rh. Mus. 22. 1867 p. 153) audacius est. ceteroqui cf. fr. 3.*

*7 libri grammatici infra memorantur.* de Cornelio Naevii *interprete cf. infra p. 105.*

## B. FRAGMENTA

### DE COGNOMINIBUS

*1*

Sibyllam Epicadus de cognominibus ait appellatum qui ex [his] Sibullinis libris primo sacrum fecit, deinde Syllam; qui quod flavo et compto capillo fuerit, similes Syllae sunt appellati.

*Char. p. 110, 3* (= *Plin. dub. serm. p. 43, 16 B.*) Sibyllam — appellati. inde effeminati hodieque in ludo syllae dicuntur, quos vulgo imprudenter populus appellat. ceterum Psylli sunt in Africa serpentibus medentes, sicut in Italia Marsi. *de Plinii fonte cf. Münzer, Quellenkr. d. Ng. d. Pl. p. 155. ceteroqui cf. Varro fr. 368. Plin. n. h. 7, 13. Prisc. p. 524, 2. Macrob. 1, 17, 27* bello Punico hi ludi [*Apollinares*] ex libris Sibyllinis primum sunt instituti suadente Cornelio Rufo decemviro, qui propterea Sibylla cognominatus est et postea corrupto nomine primus coepit Sylla vocitari.

2 his *del. Keil* facit 3 Syllam *Fabricius*: sy[hi]llabam fuerit *Fabricius*: -rint *cod.* fuit *Keil*

### DE METRIS

*2*

hexameter versus

*Victor. p. 209, 9* hexameter dicitur an hexametrus? utrumque ut Euander et Euandrus, quorum unum venit ex Graeca enuntiatione, alterum ex Latina. quippe Cornelius Epicadus in eo libro, quem de metris scripsit, hex. inquit versus. *Audax exc. p. 336, 28* Cornelius Epicadus in eo libro, quem de metris scripsit, hex. inquit versus. *cf. Aur. Opill. fr. 25. $25^a$.*

exametrum *Paris.*

### DUBIUM

*3*

Cornelius et Lutatius [*fr. 4*] scribunt eum locum [*Curtium lacum*] esse fulguritum at ex S. C. septum esse, id quod factum est a Curtio consule, cui M. Genucius fuit *collega, Curtium* appellatum.

*Varro de l. L. 5, 148* in foro lacum Curtium a Curtio dictum constat, et de eo triceps historia; nam et Procilius non idem prodidit quod Piso, nec quod is, Cornelius † Stilo secutus. a Procilio relatum [*fr. 1*]. Piso in annalibus scribit [*fr. 1*]. Cornelius et Lutatius — appellatum. *Cornelium alii Sisennam, Epicadum alii intellexerunt, hi quidem de libro 'antiquitatum' cogitantes (test. 6; cf. Peter, ibid. CCLXXVII adn. 1). fortasse tamen in 'Stilo' 'Sulla' latet atque 'secutus' item corruptum est, si quidem orationis concinnitas fert ut iuxta Cornelium alter auctor, sicut posteriore loco, sit. itaque suspicari possumus 'et Catulus' emendandum esse (nam de Lutatio Catulo altero loco intellegendo vix dubito; cf. ad Lut. Cat. p. 122, nec non apud Plut. Mar. 25 Sullam et Catulum auctores simul allatos), quamquam Varronis sermo minime concinnus esse solet.*

# CORNELIUS

*quis hic Cornelius fuerit prorsus incompertum est. sunt qui L. Cornelium Sisennam intellegant, quippe qui Plauti interpres fuerit, quod falsum est (cf. Sisenn. test. 3); sunt qui Cornelium Balbum (vd. ad hunc infra), de quo tamen omnia incerta; sunt qui Cornelium Epicadum, et hi quidem verisimilius, cum notum grammaticum huius fere aetatis a Varrone denotatum esse pateat (cf. Epicad. test. 4).*

## FRAGMENTUM

### COMMENTARII NAEVII

apud Naevium [*FPR 62 B.*] 'atque prius pariet lucusta lucam bovem': in Cornelii commentario erat ab Libycis lucas.

*Varro de l. L. 7, 39* apud Naevium — bovem. luca bos elephans; cur ita sit dicta, duobus modis inveni scriptum. nam et in Cornelii — lucas et in Vergilii [*fr. 1*].

2 lucustam *Flor.*

# VERGILIUS

*aliunde atque ex Varrone hunc Naevii interpretem non novimus, neque quis ille fuerit dici potest. aetati tamen Cornelii superioris coniunctus fuit, paulo, ut videtur, iunior.*

## FRAGMENTUM

### COMMENTARII NAEVII

apud Naevium [*FPR 62 B.*] 'atque prius pariet lucusta lucam bovem': — in Vergilii [*commentario*] ab Lucanis lucas: ab eo quod nostri, cum maximam quadripedem quam ipsi haberent vocarent bovem et in Lucanis Pyrrhi bello primum vidissent apud hostis elephantos, ideo [non] item quadripedes cornutas (nam quos dentes multi dicunt sunt cornua), Lucanam bovem quod putabant, Lucam bovem appellassent.

*Varro de l. L. 7, 39* apud Naevium — bovem. [*secuntur quae in Cornelii fr. scripta sunt*] in Cornelii commentario [*fr. 1*] et in Vergilii ab Lucanis — appellassent. si ab Libya dictae essent lucae, fortasse an pantherae quoque et leones non Africae bestiae dicerentur sed lucae, neque ursi potius Lucani quam luci. quare ego [ergo *Flor.*] arbitror potius lucas ab luce. *similiter ac Vergilius Plin. n. h. 8, 16. Isid. or. 12, 2, 15. cf. Buecheler, Rh. Mus. 40, 149.*

2 virgilii *Flor.* 4 pyrri *Flor.* 5 ideo *scripsi:* idem non *seclusi* 8 appellassent *Goth. Havn.* appellasse *Flor. vg.*

# STABERIUS EROS

## A. TESTIMONIA

VITAE

*1. Suet. de gramm. 13* Staberius Eros natione Thrax emptus de catasta et propter litterarum studium manumissus.

1 natione Thrax *scripsi* (*cf. Suet. ibid. 8. 18. 20 alibi*): l'eros nametra herosuo metre hero suo metre *Vatic.* herosnametra *Leid.* eros nametra *Gudian.* Eros (heros) nametra *rell.*

*2. Plin. n. h. 35, 199* (*ex Varrone? cf. Münzer, Quellenkr. d. Ng. d. Plin. p. 148. 197*) talem [*cretatis pedibus ut venalem*] Publilium ⟨Ant⟩iochium mimicae scaenae conditorem et astrologiae consobrinum eius Manilium Antiochium, item grammaticae Staberium Erotem eadem nave advectos videre proavi. *hoc factum esse a. 671/83, 'quo una cum Sulla ex Asia redeunte denuo πολύ τι φῦλον in urbem adfluxit' ex Suetonio*

*ibid.* (*De lud. litt. supra*) *probabiliter collegit Hillscher l. c. p. 366. cum autem Staberius M. Iunium Brutum docuerit* (*De lud. litt. ibid.*), *qui a. 675/79 vel 676/78 natus esse videtur* (*Nipperdey, opusc. 301*), *ultra a. fere 689/65 eum vixisse certum est.*

SCRIPTORUM

3. *Fronto p. 20 N.* = *Lampadio test. 4* (*de libris ad criticam rationem emendatis*)

## B. FRAGMENTUM

### DE PROPORTIONE

*Quint. 1, 6, 3* analogia praecipue, quam proxime ex Graeco transferentes in Latinum proportionem vocaverunt. (*cf. Gell. 2, 25, 1*).

non esse positiones regulae, a quibus interdum analogia calumniatur.

*Prisc. p. 385, 1* Staberius [staverius *codd.*] de proportione [porportione *vel* portione *codd.*]: non esse — calumniatur, *συκοφαντεῖται.*

# HYPSICRATES

*de Hypsicrate nihil aliud certi proditum est nisi grammaticum fuisse, qui de verbis a Graecis acceptis scripserit ac Varronis Cloatiique Veri auctor fuerit. itaque Sullanis fere temporibus grammaticis studiis floruit. utrum unus idemque Amisenus sit qui de rebus gestis, de terrarum situ, de picturis scripsit* (*cf. Strabo, Diog. Laert., Ps-Lucian.*), *in medio relinquo.*

## FRAGMENTA

*1*

cohortem in villa Hypsicrates dicit esse graece χόρτον apud poetas dictam.

*Varro de l. L. 5, 88* cohors quae in villa, quod circa eum locum pecus coerceretur, tametsi cohortem — dictam. *cf. Isid. or. 15, 9, 1.*

*1 ipsicrates Flor.* cohorton *F: em. Turnebus*

2

Cloatius Verus — in libro quarto [*'verborum a Graecis tractorum' fr. 1*] faenerator inquit appellatus est quasi φαινεράτωρ ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι ἐπὶ τὸ χρηστότερον, quoniam id genus hominum speciem ostentent humanitatis et commodi esse videantur inopibus nummos desiderantibus, idque dixisse ait Hypsicraten quempiam grammaticum, cuius libri sane nobiles sunt super his, quae a Graecis accepta sunt.

*Gell. 16, 12, 5* Cloatius Verus [*fr. 2. 3. 4*]. commode haec sane omnia et conducenter. sed in libro quarto — accepta sunt. sive hoc autem ipse Cloatius sive nescio quis alius nebulo effutivit, nihil potest dici insulsius. — M. Varro [*de serm. Lat. III fr. 36*]. *sive haec Gellius ab ipso Cloatio sumpsit (Mercklin, Fleck. Jahrbb. suppl. 3. 1860 p. 649; Kretzschmer, de Gell. font. p. 9. 49), sive a Verrio (Hosius, praef. ad Gell. p. LII), neque Cloatius ex Varrone pendere videtur neque Varro e Cloatio; quod si ita est, Hypsicrati vindicanda etiam sunt quae uterque communia habet, de l. L. 5, 102 = Cloat. fr. 5; de l. Lat. 6, 96 (inc. incert. libr. 14.) = Cloat. fr. 3.*

2 quasi *om. Paris. Voss. Lat. F 7* 4 hominem *Paris. m. 1 Voss. idem*

DUBIUM

3

Hippocrates medicus de nomine inventoris id [*aurum*] dictum putat, quem vocitatum ait Aurion.

*Paul. Fest. p. 8, 14* aurum dictum quia praecipue custoditur; graece enim ὠρεῖν custodire dicitur, unde et thesaurum. Hippocrates — Aurion.

1 Hypsicrates *pro* Hippocr. *em. Scal. Urs.*

## Q. COSCONIUS

*1. quin Q. Cosconius vitae Terentii idem sit ac Cosconius Varronis de l. L., dubitari non potest; nam eius memoria ad eundem auctorem Varronem redit (cf. ad hunc fr. 301). is igitur ad aetatem antevarronianam pertinet. universe cf. Norden, de Stil. Coscon. Varr. gramm. commentatio (Greifswald 1895); Goetz, Pauly-Wiss. RE 4, 1669/11.*

# FRAGMENTA

## ACTIONUM

### *1*

Cosconius in actionibus scribit praetorem accensum solitum tum esse iubere, ubi ei videbatur horam esse tertiam, inclamare horam tertiam esse itemque meridiem et horam nonam.

*Varro de l. L. 6, 89* accensum solitum ciere Boeotia ostendit, quam comoediam A⟨qui⟩lii esse dicunt, hoc versu [*10 Ribb.*[3]]: 'ubi primum accensus clamarat meridiem'. hoc idem Cosconius in actionibus — nonam. *vocis 'accensus' explicatio iurisperiti, non grammatici est, naturaque libri 'actionum' manifesta est (cf. Hertz, Fleck. Jahrbb. 85. 1862 p. 52. de actionibus scaenicis cogitaverat iniuria Ritschl op. 3, 256); nam quod Reitzenstein (Varro u. Ioh. v. Euch. p. 41) 'in actionibus' libri inscriptionem non esse contendit, alienum est.*

2 tum *secludit Spengel*

## INCERTAE SEDIS

*quibus ex libris grammaticis haec manaverint nescimus. ad fr. 2 Reitzenstein opus 'de verbis' animo fingit, unde alia complura Varro hauserit (ibid. p. 38. 41. 82. 83 adn.).*

### *2*

cum verborum declinatuum genera sint quattuor, unum quod tempora adsignificat neque habet casus, ut ab lego leges lege, alterum quod casus habet neque tempora adsignificat, ut ab lego lectio et lector, tertium quod habet utrumque et tempora et casus, ut ab lego legens lecturus, quartum quod neutrum habet, ut ab lego lecte ac lectissime, horum verborum si primigenia sunt ad mille, ut Cosconius scribit, ex eorum declinationibus verborum discrimina quingenta milia esse possunt ideo, quia singulis verbis primigeniis circiter quingentae species declinationibus fiunt. primigenia dicuntur verba ut lego scribo sto sedeo et cetera quae non sunt ab aliquo verbo, sed suas habent radices. contra verba declinata sunt quae ab aliquo oriuntur, *ut ab lego legis legit* legam et sic indidem hinc permulta.

*Varro de l. L. 6, 36* cum verborum — permulta. quare si quis primigeniorum verborum origines ostenderit, si ea mille sunt, quingentum milium simplicium verborum causas aperuerit una.

1 declinativum *Flor.* 3 lege] lego *F* 7 admitte: *em. Victorius* 9 quia] quod a *coni. L Spengel* 10 primigenii: *em. vg.* 12 aliquo] alio *Augustinus fort. recte* 14 in indidem *F*

*3*

Q. Cosconius redeuntem e Graecia [*Terentium*] perisse in mari dicit cum [C et VIII] fabulis conversis a Menandro.

*Suet. vit. Ter. = Varro fr. 301* de morte eius Volcacius sic tradit [*fr. 3*]. Q. Cosconius — Menandro. *cf. ad Varr. l. c.*

*4*

a gubernatore Aeneae appellatum Palinurum, a tubicine Misenum, a consobrina Leucosiam insulam inter omnes perspicue convenit; a nutrice Caietam, ab uxore Lavinium, quod post Troiae excidium, sicuti Cosconius perhibet, quarto anno extructum est.

*Solin. collect. 2, 13* a gubernatore — extructum est. *cur Mommsen (praef. ad Solin. p. XIII) hunc Cosconium a superiore diversum existimet non video (cf. Norden l. c. p. VIII).*

# SABIDIUS

*quin Sabidius quidam, quod nomen vulgatissimum apud Romanos est (Schulze, Lat. Eigenn. p. 222), carminum Saliorum interpres extiterit, causam cur dubitemus in optimo fonte scholiorum Veronensium ego quidem nullam invenio, neque aliter de eo Maurenbrecheri silentium (praef. ad carm. sal. rell. p. 323) interpretor ac si illum idem non noverit. qui quando vixerit certo argui non potest; vetustior tamen fortasse fuit, si quidem 'Saliorum carmina vix sacerdotibus suis satis intellecta' sunt (Quint. 1, 6, 40), quamquam huius modi studia ne ab aetate quidem Hadriana prorsus abhorrent.*

## FRAGMENTUM

### VERSUUM SALIORUM COMMENTARII

Sabidius commentar. XII vers. Salior.: ut in exercitu ⟨*prius quam acies* instrueretur, is, penes que⟩m imp⟨erium

auspici⟩umque erat, in tabernaculo in sella ⟨se⟩dens auspicabatur, coram exercitu pullis e cavea liberatis ⟨positisque in lo⟩cum circum sellam suam ⟨dicebat⟩, obnuntiato a⟨ugurium bon⟩um ⟨sinisterum solisti⟩mum, quisqu⟨is vestrum viderit⟩, tripudi⟨atum nunt⟩iato. silentio deinde facto residebat et dicebat: equites et pedites nomenque Lati⟨num, contuberna⟩les, cincti armati paludati, ⟨quicumque in haec castra et hoc bellum me ducem vestrum⟩ estis secuti, ⟨nunc tripu⟩d⟨i⟩um sinisterum solistimum quisquis vestrum vider⟨it, nuntiato⟩. deinde il⟨le augurio⟩ nuntiato diceba⟨t iterum: ergo di⟩, uti placet, a legionibus invocentur faciantque, quod iis imperabitur, ⟨milites⟩ imp⟨eriumque⟩ fidemque m⟨eam servent. quod con⟩ducat salutareque siet, viros voco, proelium ineant. deinde exercitu in aciem educto iterum ⟨ibi auspicaba⟩tur. interim ea mora utebantur, qui testamenta in procinctu facere volebant.

*Schol. Veron. Aen. 10, 241* Sabidius — volebant. *cf. carm. sal. rell. 16 M.*

1 *sq. lacunas suppl. Blume Keil Herrmann cf. Mommsen, Röm. Staatsrecht 1, 84* 4 libertatis 14 invocarentur *Mai*

# INCERTORUM GRAMMATICORUM LIBRI

## GLOSSEMATA

*Quint. 1, 1, 35* potest [*puer*] interpretationem linguae secretioris, quas Graeci γλώσσας vocant, dum aliud agitur, ediscere. *id. 1, 8, 15* circa glossemata etiam, id est voces minus usitatas, non ultima eius [*grammatici*] professionis diligentia est. *Diom. p. 426, 24* enarratio — est exquisitio, per quam unius cuiusque rei qualitatem poeticis glossulis exsolvimus. *cf. Suet. de gramm. 22. Gell. 18, 7, 3. aliter interpretatur glossam Isidorus or. 1, 30, 1. ceteroqui veterum glossarum interpretes a grammaticis quos supra enumeravimus separandos esse, e Festo (fr. 6) videmus. cf. Lersch, Sprachphil. d. Alt. 1, 111. 3, 134 sq.* Jordan, Gesch. *d. Lat. Spr. p. 127 sq. Goetz, progr. Ien. aest.* 1886 p. X sq.

1

*Char. p. 229, 30* ast apud antiquos variam vim contulit vocibus, pro atque, pro ac, pro ergo, pro sed, pro tamen, pro tum, pro cum, ut in glossis antiquitatum legimus scriptum.

2

*Char. p. 242, 10* butubatta. hoc Plautus [*fab. inc. fr. 61 L.*] pro nihilo et pro nugis posuit, ut in glossis veterum. *Paul. Fest. p. 36, 6* butubatta Naevius [*II v. 131 Ribb.*[3]] pro nugatoriis posuit, hoc est nullius dignationis.

3

*Char. p. 242, 11* buttutti, fluctus quidam ⟨aut⟩ sonus vocis effeminatior, ut esse in sacris Anagninorum vocum veterum interpretes scribunt.

1 aut *addidi*: vel *Keil* 3 scrib' *cod.*

4

*Varro de l. L. 7, 34* in Medo [*Pacuv. v. 232 R.*[3]] 'caelitum camilla, expectata advenis: salve, hospita!' 'camilla' qui glossemata interpretati dixerunt administram.

*cf. Serv. Dan. Aen. 11, 543. Macrob. 3, 8, 7 Paul. Fest. p. 43, 13. 63, 12.*

3 camillam *O Mueller* glosemata *Flor.*

5

*Glossa Vaticana* (*CGL IV 28, 2; cf. ibid. 215, 20*) cardens, vasa fretiva Saliorum [*carm. sal. rell. inc. 1 M.*]

*cf. Varro de l. L. 5, 121. de vit. P.R. I ap. Non. p. 547, 12. Paul. Fest. p. 48, 9.*

6

*Fest. p. 166*[b]*, 6* naucum ait Ateius Philologus — [*fr. 3*], Cincius — [*fr. 20*], Aelius Stilo — [*fr. 19*], glossematorum autem scriptores, fabae grani quod haereat in fabulo. *Char. p. 207, 6* nauci pro nihili te duco. est autem fabae granum, cum se aperit.

*cf. Graff, Mélang. Gréco-Rom. 2, 306 sq.*

*3 glosematorum*

7

*Varro de l. L. 7, 107* apud Naevium — in Demetrio [*II v. 49 Ribb.*[3]] persibus a perite; itaque sub hoc glossema callide subscribunt. *Paul. Fest. p. 336, 3* sibus, callidus sive acutus. *Fest. p. 217[a], 26* persibus [persicus *cod.: em. Scal.*] peracutum significare videtur, ut Plautus [*fab. inc. 18 L.*]: 'nihil deconciliare sibus nisi qui persibus sapis'. Naevius [*v. 116 R.*]: 'et qui fuerit persibus carpenti adstratio [ecqui —, cum argenti adest oratio? *Ribb.*].'

8

*Varro de l. L. 7, 10* quod addit templa ut sint tesca, aiunt sancta esse qui glossas scripserunt.

*cf. Ael. Stil. fr. 75. Aur. Opill. 20.*

1 sit *Flor.* dextra *F*: *em. Turnebus*

XII TABULARUM INTERPRETATIONES

9

*Varro de l. L. 5, 22* ambitus circuitus, ab eoque duodecim tabularum interpretes ambitus parietis circuitum esse describunt [*7, 1 S.*].

*cf. Paul. Fest. p. 5, 4. 16, 16. Isid. or. 15, 16, 12. de huius explanationis auctore vd. ad Ael. Stil. fr. 39.*

10

*Dig. 40, 7, 21* et quod ita scriptum est 'videbitur' pro hoc accipi debet 'videri poterit'; sic et verba legis duodecim tabularum veteres interpretati sunt [*7, 8 S.*] 'si aqua pluvia nocet', id est si nocere poterit.

11

*Fest. p. 274[b], 32* [*de ricinio mulierum; XII tab. 10, 3 S.*] = *Santra fr. 2*

12

*Fest. p. 335[b], 9* ⟨tugu⟩ria a tecto appellantur ⟨domicilia rusticorum⟩ sordida. Afranius in V . . . . . [*v. 401* Ribb.[3]] 'tugurium *est, turpe'*; ⟨*C*aecilius in Hypo⟩bolimaeo

[*v. 82 R.*] 'habitab⟨at in tuguriolo pau⟩percolo'. quo nomine ⟨. . . . . . . in explana⟩tione XII ait etiam ⟨. . . . . . . . . . . . . signifi⟩cari.

*'Valerius' excidisse puto (cf. supra p. 79). ceteroqui cf. Serv. buc. 1, 69. Schol. Bern. ibid. Isid. or. 15, 12, 2. CGL IV 575, 49. V 334, 26. 487, 37 al.*

### DE DICTIS INVOLUTE

*13*

*Fest. p. 321,*[b] *8* ⟨sanates quasi sana⟩ti appella⟨ti, id est sanatae mentis⟩ [*secuntur loci Ser. Sulpicii fr. 9, Aurelii Opilli fr. 13, Cincii fr. 13, Valerii fr. 1*] ⟨. . . . ta⟩men in eo libro, qu⟨i de dictis in⟩volute inscribitur, for⟨ctos sanatisque⟩ duas gentis finitimas ⟨fuisse censet, de quibus le⟩gem hanc scrip⟨tam esse, qua cautu⟩m, ut id ius man⟨cipii nexique quod populu⟩s R. haberent. ⟨neque alios, quam for⟩ctos et sana⟨tes eam legem sig⟩nificare exis⟨timat hoc signific⟩atu.

*in lacuna ante 'tamen' particulam vulgo 'hic' scribitur, scilicet 'Valerius', de quo supra p. 79; sed aliud etiam nomen excidisse potest.*

1 *sq. suppl. Scal. Urs. Mue.* 4 qu⟨i⟩ *supplevi:* qu⟨em⟩ *vg.* inscribi: -tur *ego* 7 man⟨ifesto⟩ *Mue.: mutavit Huschke*

# EX INCERTIS INCERTORUM LIBRIS

*1*

*Varro de l. L. 5, 34* ager — ali quod id Graeci dicunt ἀγρόν.

*notatio Varronis 'ager ab agendo' deridetur a Quint. 1, 6, 37.*

*2*

*id. ibid. 5, 45* Argeos dictos putant a principibus, qui cum Hercule Argivo venerunt Romam et in Saturnia subsederunt. *cf. Paul. Fest. p. 19, 10. Fest. p. 334,*[a] *25.*

*2 ercule Flor.*

*3*

*id. ibid. 5, 157* Argiletum sunt qui scripserunt ab Argo † laseu quod is huc venerit ibique sit sepultus, alii ab argilla quod ibi id genus terrae sit. *cf. Quint. 1, 6, 31. Serv. Aen. 8, 345.*

1 Argola seu ⟨Argo⟩ *Scal.* Argo Iasio *coni. Buecheler*

*4*

*id. ibid. 5, 43* Aventinum aliquot de causis dicunt. Naevius — [*fr. 1*], alii ab rege Aventino Albano, quod ⟨ibi⟩ sit sepultus, alii Aventinum ab adventu hominum, quod commune Latinorum ibi Dianae templum sit constitutum.

3 ibi *add. Laetus*

*5*

*id. ibid. 7, 46* catus Aelius Sextus non, ut aiunt, sapiens sed acutus.

*6*

*id. ibid. 6, 7* intempestam Aelius — [*fr. 10*]; alii [in] concubium appellarunt, quod omnes fere tunc cubarent; alii — [*ad Aur. Op. fr. 3*]. *id. ibid. 7, 78* in Trinummo [*886*] concubium a concubitu dormiendi causa dictum.

1 in *del. Laetus*

*7*

*id. ibid. 5, 146* forum Cuppedinis — multi forum Cupidinis a cupiditate. *cf. Varro fr. 121.*

2 Cupid.] cuppedinis

*8*

*id. ibid. 5, 49* alii has [*Esquilias*] scripserunt ab excubiis regis dictas, alii ab eo quod excultae a rege Tullio essent.

2 excultae] aescul⟨*is consi*⟩tae *A Sp.* 3 post essent *O Mueller suppl. alii ab aesculetis*

*9*

*id. ibid. 5, 85* fratres Arvales — sunt qui a fratria dixerunt. fratria est Graecum vocabulum partis hominum.

2 patris: *em. vg.*

*10*

*id. ibid. 5, 147* haec omnia postea quam contracta in unum locum quae ad victum pertinebant et aedificatus locus, appellatum macellum, ut quidam scribunt, quod ibi fuerit ortus, alii quod ibi domus fuerit, cui cognomen fuit Macellus, quae ibi publice sit diruta, e qua aedificatum hoc quod vocetur ab eo macellum. *cf. Varro rer. hum. fr. 121.*

*11*

*id. ibid. 5, 154* intumus circus ad Murcim vocatur, ut Procilius aiebat [*fr. 2*]; alii dicunt a murteto declinatum, quod ibi id fuerit.

1 murtim *vel* murum *vel* mucim *codd.*

*12*

*id. ibid. 5, 53* Palatium — alii a Palantio uxore Latini putarunt. eundem hunc locum a pecore dictum putant quidam. *cf. Naev. fr. 2. Varro fr. 399.*

*13*

*id. ibid. 5, 51* collis Quirinalis — sunt qui a Quiritibus, qui cum Tatio Curibus venerunt Romam, quod ibi habuerint castra.

*cf. Fest. p. 254b, 9. Serv. Aen. 7, 710.*

1 colles *Flor.* 2 ab roma *F*

*14*

*id. ibid. 6, 96* — potissimum quae in Graeca lingua putant Latina, ut scalpere a *σκαλεύειν* et sternere a *στρωννύειν*, lingere a *λιχμᾶσθαι*, i ab *ἴθι*, ite ab *ἴτε*, gignitur a *γίγνεται*, ferte a *φέρετε*, providere *προιδεῖν*, errare ab *ἔρρειν*, *ab eo quod* dicunt *στραγγαλᾶν* strangulare, tinguere a

τέγγειν; praeterea † ades ΨЄϹ, ab eo quod illi μαλάσσειν nos malaxare, ut gargarissare ἀναγαργαρίζεσθαι, putere a πύθεσθαι, domare a δαμάζειν, mulgere ab ἀμέλγειν, pectere a πέκειν, stringere a στράγγειν, id enim a στραγγάλις ut runcinare a runcina, cuius ῥυκάνη origo Graeca.

*cf. Hypsicr. fr. 2. Cloat. Ver. fr. 3. Paul. Fest. p. 78, 6.*

2 SCOIPSA *Flor.*: *em. Rholandellus* et *om. Laetus* STRONYIN 3 ΛhVμαστε (*Keil*) λhγμαστε (*Groth*) *Flor.* ι ab hЄ: *em. A Sp.* hτε 4 *γίγνεται*] VhVИOITЄ (*Keil*), γhγνοιτε (*Groth*) *F* providete: *em. Laetus* ΠΡωhδЄhN 5 ЄΡΡЄhN strangalam Tingue (*Keil*), tinguela (*Groth*) *Flor.* 6 THNKЄΔЄ ades YЄϹ] depsere *δεψεῖν coni. L Sp.* ab *ἐστί* est *Buecheler* ΜΑΛΑΣЄΝ: *em. L Sp.* 7 ΑΝΑΡΓΑΡΗϹΤЄ: *em. idem* potare 8 ΠΟΙΘЄϹΤae: *em. idem* *Δμαισhμ* (*Keil*) *Δμαισhν* (*Groth*) *Flor.*: *em. idem* ΑΜЄΛΓΗΝ 9 ΠЄϹЄΡЄ: *em. idem* ϹΡΗΝΓΗΔЄ: *em. A Sp.* ϹΗΝΓΗΜΗϹ (*Keil*), ΣΗΝΓΗΜΗS (*Groth*) *Flor.*: *em. Buttmann* 10 ΡΗΧðΝΕ: *em. Scal.*

## *15*

*id. ibid. 5, 30* de Tiberis nomine anceps historia. nam et suum Etruria et Latium suum esse credit, quod fuerunt qui ab Thebri vicino regulo Veientum dixerint appellatum primo Thebrim. sunt qui Tiberis priscum nomen Latinum Albulam vocitatum litteris tradiderint, posterius propter Tiberinum regem Latinorum mutatum, quod ibi interierit; nam hoc eius ut tradunt sepulchrum.

*cf. Paul. Fest. p. 4, 10. 366, 2. Serv. Aen. 3, 500. 8, 330. Isid. or. 13, 21, 27. mythogr. 1, 193.*

3 venientum *Flor.* appellatam *Flor.* 4 Tiberim

## *16*

*id. ibid. 5, 120* tryblia et canistra quod putant esse Latina, sunt Graeca.

1 triplia: *em. vg.*

## *17*

*id. ibid. 7, 17* umbilicum dictum aiunt ab umbilico nostro, quod is medius locus sit terrarum, ut umbilicus *in nobis; quod utrumque* est falsum.

*18*

*id. ibid. 5, 54* Veliae unde essent plures accepi causas, in quis quod ibi pastores Palatini ex ovibus ante tonsuram inventam vellere lanam sint soliti, a quo vellera dicuntur.

2 ovibus *Victorius*: quibus 3 vellera *Laetus*: velle inera *Flor.*

*19*

*id. ibid. 5, 51* collis Viminalis — sunt qui quod ibi vimineta fuerint. *cf. Fest. p. 376,[a] 8.*

*20*

*id. ibid. 8, 23* de eo [*de analogia et anomalia*] Graeci Latinique libros fecerunt multos, partim cum alii putarent in loquendo ea verba sequi oportere, quae ab similibus similiter essent declinata, quas appellarunt ἀναλογίας, alii cum id neglegendum putarent ac potius sequendam ⟨dis⟩similitudinem, quae in consuetudine est, quam vocant ἀνωμαλίαν. *harum rerum scriptores rursus diserte in l. 9, 111. 10, 9 memorantur, eorumque doctrina in libris VIII et IX effuse exposita est, sicut cum verbis 'aiunt errant dicunt afferunt' et sim. largiter usurpatis ostenditur, tum totius operis consilio, quo in iis libris aliorum sententiis contra similitudinem et dissimilitudinem explicatis, in decimo ipse quid sentiat (cf. 10, 1* ipse exponam) *Varro dicit. nos sane Graecos Latinosque distinguere non possumus.*

# VARII SCRIPTORES

## L. CALPURNIUS PISO CENSORIUS FRUGI

*tribunus pl. a. 605/149, cos. a. 621/133, censor a. 634/120*

### EX ANNALIBUS

*1 [HRP 6 Peter]*

Piso in annalibus scribit Sabino bello, quod fuit Romulo et Tatio, virum fortissimum Mettium Curtium *Sabinum, cum* Romulus cum suis ex superiore parte

impressionem fecisset, [Curtium] in locum palustrem, qui tum fuit in foro ante quam cloacae sunt factae, secessisse atque ad suos in Capitolium recepisse. ab eo lacum invenisse nomen.

*Varro de l. L. 5, 148* a Procilio relatum [*fr. 1*]. Piso — nomen. Cornelius [*Epic. 3*] et Lutatius [*Cat. 4*].

4 Curtium *secl. A Sp.* lacum: *em. Laetus* 6 recep.] recessisse *coni. L Sp.*

*2* [*9*]

tertia [*porta*] est Ianualis, dicta ab Iano, et ideo ibi positum Iani signum et ius institutum a Pompilio, ut scribit in annalibus Piso, ut sit aperta semper, nisi cum bellum sit nusquam.

*Varro de l. L. 5, 165* tertia — nusquam.

*3* [*1*]

Italia a vitulis, ut scribit Piso.

*Varro r. r. 2, 1, 9* denique Italia — Piso. *cf. Varro fr. 125.*

*4* [*45*]

novensiles Piso deos esse credit novem in Sabinis apud Trebiam constitutos.

*Arnob. 3, 38* novensiles — constitutos. *cf. Ael. Stilo fr. 22.*

*5* [*44*]

Piso Pilumnum dictum quia pellat mala infantiae.

*Serv. Dan. Aen. 10, 76* Varro [*fr. 376*]. Piso — infantiae.

*6* [*43*]

Piso ait vitulam victoriam nominari; cuius rei hoc argumentum profert, quod postridie nonas Iulias re bene gesta, cum pridie populus a Tuscis in fugam versus sit, unde populifugia vocantur, post victoriam certis sacrificiis fiat vitulatio.

*Macrob. 3, 2, 14* Piso — vitulatio. quidam nomen eius animadversum putant, quod potens sit vitae tolerandae. *cf. Varro fr. 135.*

1 *poso*

# CN. GELLIUS

*de Gellii aetate cf. Peter, vet. hist. Rom. rell. p. CCXXXIX*

## EX ANNALIBUS

### *1* [*HRF 2 Peter*]

litteras semper arbitror Assyriis fuisse, sed alii apud Aegyptios a Mercurio, ut Gellius, alii apud Syros repertas volunt. utique in Graeciam attulisse e Phoenice Cadmum sedecim numero, quibus Troiano bello Palameden adiecisse quattuor hac figura *ΖΥΦΧ*, totidem post eum Simoniden melicum ΨΞΩΘ, quarum omnium vis in nostris recognoscitur.

*Plin. n. h. 7, 192* litteras — recognoscitur. *cf. Cinc. Alim. fr. 1 p. 2. de Plinii fonte Münzer, Quellenkr. d. Ng. d. Plin. p. 377 adn.*

3 utique] uiri *vel* uirique *plerique codd.* 5 Z] N: *em. Mayhoff* 6 Ξ] ξ

### *2* [*3*]

*Mar. Victor. p. 23, 17 = Cinc. Alim. fr. 1*

### *3* [*10*]

*Serv. Dan. Aen. 8, 638 = Cato fr. 8*

# M. IUNIUS GRACCHANUS

*Plin. n. h. 33, 36* Iunius — ab amicitia eius [*C. Gracchi*] Gracchanus appellatus est

## EX LIBRIS DE POTESTATIBUS AD POMPONIUM

### *1* [*2 IA Bremer*]

*lib. VII.* a genere quaerendi quaestores initio dictos *et Iunius et* Trebatius [*fr. 6*] et Fenestella scribunt.

*Dig. 1, 13, 1, 1* et a genere — scribunt (*post laudatum librum VII operis 'de potestatibus'*). *Lyd. de mag. p. R. 24 ἀπὸ δὲ τῆς ζητήσεως οὕτως [quaestores] ὀνομασθῆναι αὐτοὺς Ἰούνιος καὶ Τρεβάτιος καὶ Φενεστέλλα εἶπον. cf. Fest. p. 258ᵃ, 29.*

INCERTAE SEDIS

*2 [8]*

quod ad equestrem ordinem attinet, antea rossulos vocabant, nunc equites vocant ideo, uia non intellegunt trossulos nomen quid valeat ıultosque pudet eo nomine appellari.

*Plin. n. h. 33, 35* equitum quidem etiam nomen ipsum ıepe variatum est, in iis quoque, qui id ab equitatu trahe-ınt. celeres sub Romulo regibusque sunt appellati, deinde ɜxuntes, postea trossuli, cum oppidum in Tuscis citra Volsi-ios p. VIIII sine ullo peditum adiumento cepissent eius voca-ıli, idque duravit ultra C. Gracchum. Iunius certe — scriptum ɩliquit his verbis: quod ad — appellari. et causam, quae supra ıdicata est, exponit invitosque etiamnum tamen trossulos vo-ıri. *cf. Varro rer. hum. fr. 122. Paul. Fest. p. 55, 2. Dion. [. 2, 13. Gran. Licin. p. 4 Bonn. Serv. Aen. 11, 603. — Paul. 'est. p. 367, 20. Non. p. 49, 1. schol. Persii 1, 82.*

*3 [6]*

subura Iunius scribit ab eo, quod fuerit sub antiqua urbe.

*Varro de l. L. 5, 48* subura — urbe. *cf. CGL V 654, 35.*

*4 [7]*

Luceres, ut Iunius [*ait*], ab Lucumone.

*Varro ibid. 5, 55* Luceres — Lucumone. *cf. Enn. fr. 1 p. 7. 'arro ibid. 5, 81 et apud Serv. Aen. 5, 560. Ps-Ascon. p. 159, 5 sq. Or.*

*5 [3ᵃᵇ]*

*Varro ibid. 6, 33 = Fulvius Nobil. fr. 1*

*6 [3ᵃ]*

*Varro ibid. 6, 34 = Fulv. Nob. fr. 2*

# Q. LUTATIUS CATULUS

*cos. a. 652/102, mortuus a. 667/87*

## EX COMMUNIBUS HISTORIIS FRAGMENTA

*Lutatius vel Catulus Varronis vix Q. Catuli libertus esse potest, quem auctores Suetonius sive Varro (cf. De ludis litt. test. 16) et Plinius (i. e. rursus Varro; cf. Münzer ibid. p. 148) cognomine 'Daphnis' a patrono distinguunt: itaque Lutatius communium historiarum scriptor Q. Lutatius Catulus, non Lutatius Daphnis esse videtur. contra sentit Jahn, Proleg. ad Pers. CXLIII adn., quem sequitur Peter, hist. Rom. fragm. p. 126; cf. tamen Peter, prol. ad vet. hist. R. rell. p. CCLXXIX et Buettner, Porcius Licinus p. 185 sq. et praesertim 193.*

### 1 [*HRF Lut. Daphn. 1 Peter*]

*lib. I.* Apollo dicitur Musagetes, quia Musarum ⟨rex⟩ existimetur, ut Lutatius in primo communis historiae ait: qui deorum curam egerat.

*Probus Verg. georg. 3, 293* Apollo autem dicitur — egerat.

1 Musagetis rex *add. Buecheler* dux *Keil* 2 Luctatius *Paris.* prima *Vatic.* 3 quod earum chorum regat *speciose Haupt*

### 2 [2]

*l. IV.* Lutatius lib. IV dicit Cumanos incolas a parentibus digressos Parthenopen urbem constituisse, dictam a Parthenope Sirena —. post autem pestilentia affectos ex responso oraculi urbem restituisse sacraque Parthenopes cum magna religione suscepisse, nomen autem Neapoli ob recentem institutionem imposuisse.

*Serv. Dan. georg. 4, 563* Lutatius — imposuisse. *cf. Suet. rell. p. 350 R.*

3 autem *Cluverius:* etiam

### 3 [3]

*Serv. Dan. Aen. 9, 707 = Postum. Albin. fr. 1*

## INCERTAE SEDIS

### 4 [4]

*Varro de l. L. 5, 148 = Cornel. Epic. fr. 3*

5 [*deest*]

nox quod, ut Catulus ait, omnia nisi interveniat sol, pruina obriguerint, quod nocet nox, nisi quod graece νύξ nox.

*Varro ibid. 6, 6* nox quod — nox. *cf. Suet. rell. p. 159 R. Serv. Aen. 1, 89. Isid. or. 5, 31, 1. Virg. de cognom. XIV.*

6 [*5*]

hic dies appellatur ita [*tubilustrium*], quod in atrio sutorio tubi lustrantur, quibus in sacris utuntur. Lutatius quidem clavam eam ait esse in ruina Pala⟨ti in⟩censi a Gallis repertam, qua Romulus urbem inauguraverit.

*Fast. Praen. a. d. X Kal. Apr. CIL I 315* hic dies — inauguraverit.

# L. AFRANIUS

## EX FABULIS

1 [*SRP II v. 23 Ribb.*[3]]

alius est amor,
alius cupido

*Serv. Dan. Aen. 4, 194* ⟨cupidinem⟩ veteres inmoderatum amorem dicebant. Afranius † neraria [Cinerario *probaverunt Hermann et Ribb.*]: alius — cupido. *cf. Cato fr. 11.*

2 [*221*]

amabit sapiens, cupient ceteri.

*Non. p. 421, 12* cupido et amor idem significare videntur, et est diversitas. cupido enim inconsideratae est necessitatis, amor iudicii. — Afranius in Omine: amabit — ceteri. *Serv. Dan. Aen. 4, 194* ⟨cupidinem⟩ veteres inmoderatum amorem dicebant. Afranius Cinerario [*fr. 1*] * *: amant — ceteri. (*lacunam signavit Ribbeck 'idem in Omine' excidisse ratus*). *Apul. apol. 12* quapropter — pereleganter Afranius hoc scriptum reliquit: amabit — ceteri.

amabit (ambit *non nulli codd.*) sapiens *Non.* amant sapientes *Serv.* cupiunt *Servii Ambros., Daniel*

3 [*29*]

Terenti *num similem* dicetis quempiam?

*Suet. vit. Ter. = Varro fr. 301* hunc [*Terentium*] **Afranius** quidem omnibus comicis praefert scribens in **Compitalibus:** Terenti — quempiam.

*praeterea cf. v. 92. 416*

# Q. MUCIUS P. f. P. n. SCAEVOLA

*tribunus a. 648/106, aedilis a. 650/104, praetor a. 654/100, cos. 659/95, mortuus a. 672/82*

## EX IURIS CIVILIS LIBRIS XVIII

*cf. Pompon. dig. 1, 2, 2, 41*

### *1 [p. 74 IA Bremer]*

*lib. II.* penus est quod esculentum aut posculentum est, quod ipsius patris familias ⟨aut matris familias⟩ aut liberum patris familias ⟨aut familiae⟩ eius, quae circum eum aut liberos eius est et opus non facit, causa paratum est. * * — penus videri debet. nam quae ad edendum bibendumque in dies singulos prandii aut cenae causa parantur, penus non sunt, sed ea potius, quae huiusce generis longae usionis gratia contrahuntur et reconduntur. ex eo, quod non in promptu est, sed intus et penitus habeatur, penus dicta est.

*Gell. 4, 1, 17* Quintum Scaevolam ad demonstrandam penum his verbis usum audio: penus est inquit quod — paratum est. * *, ut Mucius ait, penus — dicta est. *Dig. 33, 9, 3* Quintus Mucius scribit libro secundo iuris civilis, penu legata contineri quae esui potuique sunt *etc. cf. Cic. de n. d. 2, 68. Non. p. 51, 3. Serv. Dan. Aen. 2, 508.*

2 *et* 3 aut m. f. — aut f. *add. Hertz* 4 quam eum *vg.:* eos 5 non] eorum *Lambecius lacunam indic. Mommsen* ⟨id⟩ *add. Hertz* 10 est] sint *vg.* 11 habeatur *Lugd. Bat.* habeantur *rell.* est *Lugd. Bat.* sunt *rell.*

## INCERTAE SEDIS

*haec fere omnia ad eosdem libros de iure civili pertinent.*

*2 [p. 81 Bremer]*

gentiles sunt inter se qui eodem nomine sunt. non est satis. qui ab ingenuis oriundi sunt. ne id quidem satis est. quorum maiorum nemo servitutem servivit. abest etiam nunc. qui capite non sunt deminuti. hoc fortasse satis est. nihil enim video Scaevolam pontificem ad hanc definitionem addidisse.

*Cic. top. 29* gentiles — addidisse.

*3 [p. 75]*

*Plin. n. h. 14, 92 = Ael. Stilo 18*

*4 [p. 57]*

⟨nefrendes dictos asserit Q. Muci⟩us Scaevola ⟨arietes, quod dentibus frendere non pos⟩sint.

*Fest. p. 162ᵃ, 12* ⟨nefrendes⟩ — ⟨pos⟩sint. *Paul. Fest. p. 163, 8* nefrendes arietes dixerunt, quod dentibus frendere non possint. alii dicunt nefrendes infantes esse nondum frendentes, id est frangentes.

*5 [p. 71]*

Mucius [*nexum scribit*], quae per aes et libram fiant ut obligentur, praeterquam mancipio dentur.

*Varro de l. L. 7, 105* Mucius — dentur. *cf. Ael. Gall. fr. 11. Gaius 2, 101.*

2 dentur *vg.*: detur

*6 [p. 57]*

petilam — Scaevola ait ungulam albam equi ita dici.

*Fest. p. 205ᵃ, 23* petilam suram siccam et substrictam vulgo interpretantur. Scaevola — dici. *Isid. or. 12, 1, 52* qui [*equi*] autem albos tantum pedes habent petili appellantur, qui frontem albam callidi. *cf. Paul. Fest. p. 204, 6. aliter Non. p. 149, 7. CGL II 146, 38. V 645, 20.*

*7 [p. 57]*

pontifices, ut Scaevola Quintus pontifex maximus dicebat, a posse et facere ut potifices.

*Varro de l. L. 5, 83* pontifices — potifices.

*1 ut a Scevola: em. Veneta* 2 pontifices: em. Turnebus

*8 [p. 96]*

Scaevola P. f. iunctum putat esse verbum [*postliminium*], ut sit in eo et post et limen; ut, quae a nobis alienata, cum ad hostem pervenerint, ex suo tamquam limine exierint, hinc ea cum redierint post ad idem limen, postliminio redisse videantur.

*Cic. top. 37* postliminii vis quaeritur et verbum ipsum notatur; in quo Servius noster [*Sulpic. fr. 8*]; Scaevola autem P. f. — videantur.

*9 [p. 99]*

*Gell. 17, 7, 3 = M'. Manil. respons. p. 18*

# C. IULIUS L. f. CAESAR STRABO

## TESTIMONIUM

*Mar. Victor. p. 8, 6* iuxta non ponebant [*antiqui*] cm; inde nec Alcmenam dicebant nec Tecmesam, sed Alcumenam ⟨et Tecumesam⟩; inde Alcumeo et Alcumena ⟨et Tecumesa⟩ tragoediae, donec Iulius Caesar, qui Vopiscus et Strabo et Sesquiculus dictus est, primus Tecmesam inscripsit tragoediam suam et in scaena pronuntiari iussit.

2 deinde *Paris. Valent.: em. Ritschl* tecmusam *Valent.* tescmusam *Paris.* 3 *et* 4 et T. *add. Ritschl* alcumeneo *codd.: cf. Ribbeck, Fleck. Jahrbb. 1858 p. 192* 5 Tec.] de tecmusam 6 et ⟨ita⟩ *vg.*

# VOLNIUS

## TESTIMONIUM

*Varro de l. L. 5, 55* omnia haec [*Titienses Ramnenses Luceres*] vocabula Tusca, ut Volnius, qui tragoedias Tuscas *scripsit, dicebat.*

# VALERIUS ANTIAS

*Vell. 2, 9* vetustior Sisenna fuit Coelius, aequalis Sisennae Valerius Antias.

EX ANNALIBUS

*1 [HRF 10 Peter]*

Ancum praenomen — Valerius Antias scribit, quod ıbitum vitiosum habuerit, qui graece vocatur ἀγκών.

*Incert. de praenom. 4* Ancum praenomen Varro [*fr. 325*], alerius — ἀγκών.

*2 [2]*

*ὄνομα δὲ κοινὸν ἅπαντες οὗτοι ἔσχον Κελέριοι [equites], ς μὲν οἱ πλείους γράφουσιν, ἐπὶ τῆς ὀξύτητος τῶν ὑπηρε- ιῶν, — ὡς δὲ Οὐαλέριος ὁ Ἀντιεύς φησιν, ἐπὶ τοῦ ἡγε- όνος αὐτῶν τοῦτ' ἔχοντος τοὔνομα.*

*Dionys. H. 2, 13* ὄνομα — τοὔνομα.

# L. CORNELIUS SISENNA

*natus circa a. 635/119, mortuus a. 687/67*

## A. TESTIMONIA

*1. Cic. Brut. 258 sq.* solum quidem, inquit ille [*Pomponius Atticus*], et quasi fundamentum oratoris vides locutionem mendatam et Latinam, cuius penes quos laus adhuc fuit, non uit rationis aut scientiae, sed quasi bonae consuetudinis. mitto ). Laelium P. Scipionem: aetatis illius ista fuit laus tamquam nnocentiae sic latine loquendi (nec omnium tamen, nam illorum equales Caecilium et Pacuvium male locutos videmus) sed mnes tum fere, qui nec extra urbem hanc vixerant neque eos liqua barbaries domestica infuscaverat, recte loquebantur. sed ıanc certe rem deteriorem vetustas fecit et Romae et in Graecia. confluxerunt enim et Athenas et in hanc urbem multi nquinate loquentes ex diversis locis. quo magis expurgandus

est sermo et adhibenda tamquam obrussa ratio, quae mutari non potest, nec utendum pravissima consuetudinis regula. — Sisenna autem quasi emendator sermonis usitati cum esse vellet, ne a C. Rusio quidem accusatore deterreri potuit quo minus inusitatis verbis uteretur. quidnam istuc est? inquit Brutus; aut quis est iste C. Rusius? et ille: fuit accusator, inquit, vetus, quo accusante C. Hirtilium Sisenna defendens dixit, quaedam eius sputatilica esse crimina. tum C. Rusius: circumvenior, inquit, iudices, nisi subvenitis. Sisenna quid dicat nescio; metuo insidias. sputatilica, quid est hoc? sputa quid sit scio, tilica nescio. maxumi risus; sed ille tamen familiaris meus recte loqui putabat esse inusitate loqui. *cf. test. 2. fr. 3.*

*2. Varro ap. Gell. 2, 25, 9* Sisenna unus 'adsentio' in senatu dicebat et eum postea multi secuti, neque tamen vincere consuetudinem potuerunt. *Quint. 1, 5, 13* Sisenna dixit 'assentio' multique et hunc et analogias secuti.

*3. quod Sisenna rerum scriptor idem ac Plauti interpres Vossio duce diu existimatus est, id quam miro errore factum sit hodie iam constat. cf. Buecheler, Lat. Deklin.² p. 122. Bergk, Beitr. z. Lat. Gramm. 124. Philol. 29, 328. ceteroqui de his uberius in altero volumine disputabimus.*

## B. FRAGMENTA

### EX HISTORIIS

*1 [HRF 133 Peter]*

*Lyd. de mag. 3, 74 = Varro rer. hum. fr. 126*

### INCERTAE SEDIS

*2 [ex inc. script. 3]*

mediterream melius quam mediterraneam Sisenna dici putat.

*Paul. Fest. p. 123, 22* mediterream — putat.

*3 [deest]*

item plures patres familias dicere non debuerunt, sed, ut Sisenna scribit, patres familiarum.

*Varro de l. L. 8, 73* item — familiarum. *Prob. de nom. p. 211, 27* pater familias an pater familiae? pater familias ab *antiquis dicebatur* . . . . . . . . . . . secutus est et Messalla; sed

**Sisenna scriptor historiarum primus mutasse dicitur pater familiae dicendo.** *Char. p. 107, 9* (= *Plin. dub. serm. p. 2, 27 B.*) **pater familias et mater familias antiqui magis usurpaverunt —. sed emendatius — familiae dicimus; quod ne celebraretur Sisenna effecit. ait enim eum qui diceret pater familiae etiam pluraliter dicere debere patres familiarum et matres familiarum; quod quoniam erat durum et longe iucundius patrum familias sonabat, etiam pater familias ut diceretur consuetudo conprobavit.** *id. p. 120, 10* (= *Plin. ibid. 3, 19 B.*) **Sisenna inquit eum qui diceret pater familiae, patrum familiarum oportere dicere.** *cf. explan. in Donat. p. 543, 17. Serv. Aen. 11, 801.*

# TARQUITIUS PRISCUS

*de Tarquitio cf. Teuffel, Gesch. d. Röm. Lit. § 158, 2 et Ael. Stil. test. 16*

## INCERTAE SEDIS

⟨ratitum quadrantem⟩ Tarqui⟨tius in libro, quem inscribsit . . . . . . . . . . .⟩ et Oppius ⟨. . . . . . . dictum putant, quod⟩ in eo et tri⟨ente ratis fuerit effigies,⟩ ut navis in as⟨se; unde Lucilius [*1272 Ma.*] quadrantem⟩ quoque ratitum ⟨dixit.⟩

*Fest. p. 274ᵃ, 16* ⟨ratitum⟩ — ⟨dixit.⟩ *cf. Plin. n. h. 33, 45. Anton. Panurg. fr. 2.*

1 *sq. suppletum partim ex Paulo*

# PROCILIUS

*Cic. ad Att. 2, 2, 2* [*a. 694/60*] o magnum hominem [*Dicaearchum*] et unde multo plura didiceris quam de Procilio! *cf. Münzer, Quellenkr. d. Ng. d. Plin. p. 165 sq.*

## INCERTAE SEDIS

*1* [*HRF 1 Peter*]

in foro lacum Curtium a Curtio dictum constat —. a Procilio relatum in *eo loco* dehisse terram et id ex *senatus consulto ad aruspices* relatum esse. responsum

deum manio postilionem postulare, id est civem fortissimum eo dimitti. tum quendam Curtium virum fortem armatum ascendisse in equum et a Concordia versum cum equo eo praecipitatum. eo facto locum coisse atque eius corpus divinitus humasse ac reliquisse genti suae monumentum.

*Varro de l. L. 5, 148* in foro — constat, et de eo triceps historia — a Procilio — monumentum. Piso [*fr. 1*]. Cornelius [*Epicad. fr. 3*] et Lutatius [*Catul. fr. 4*].

*2* [*3*]

intumus circus ad Murcim vocatur, ut Procilius aiebat, ab urceis, quod is locus esset inter figulos.

*Varro de l. L. 5, 154* intimus — figulos. alii [*inc. inc. libr. 11*].

## EX INCERTA INCERTI FABULA

religentem esse oportet, religiosum nefas.

*Gell. 4, 9, 1 = Nig. Fig. fr. 4.*

# GRAMMATICAE AETATIS VARRONIANAE FRAGMENTA

# GRAMMATICI

## OPPIUS CHARES

### A. TESTIMONIUM

*De Oppio grammatico Suetonii sive Varronis testimonium habemus* (*De lud. litt. test. 33*)*; quem eundem esse atque Oppium a Festo memoratum mihi persuasum est* (*cf. Mommsen, Röm. Münzw. 289 adn. 14 et Münzer, Quellenkr. d. Ng. d. Plin. p. 364 adn. 2*). *quod enim pro Oppio in Farnesino codice duobus locis tradito 'Opillus' scribere volunt* (*Reitzenstein, Verr. Forsch. p. 94 adn. 1*), *etsi priore in loco* (*fr. 1*) *cum Aelio Stilone Opilli nomen optime quadrat, reperitur tamen Aelius cum grammaticis aetatis quoque paulo inferioris, ut Santra Cincio Cloatio Cornificio. quid autem inter Oppium grammaticum et C. Oppium rerum scriptorem intersit, incompertum est; fortasse tamen unus idemque Oppius fuit, qui de grammatica, de rebus gestis, de silvestribus quoque arboribus* (*Macrob. 3, 18, 7. 19, 4 iuxta Cloatium. Plin. indic. l. XI et 11, 252*) *scripsit.*

### B. INCERTAE SEDIS FRAGMENTA

*1*

ordinarium hominem Oppius ait dici solitum scurram et improbum, qui assidue in litibus moraretur, ob eamque causam in ordine staret adeuntium praetorem.

*Fest p. 182*[b]*, 32* ordinarium — praetorem; at Aelius Stilo [*fr. 26*]. *cf. Paul. Fest. p. 183, 10.*

*2*

*Fest. p. 274,*[a] *16 = Tarquit. Priscus fr.* 1

# L. ORBILIUS PUPILLUS

## A. TESTIMONIA

VITAE

*1. Suet. de gramm. 9* ⟨L.⟩Orbilius Pupillus Beneventanus *Lucius praenomen in indice Suetonii l. c. est; ceteroqui is 'Orbilius' nuncupatur.*

*2. Suet. ibid.* morte parentum una atque eadem die inimicorum dolo interemptorum destitutus, primo appariturам magistratibus fecit, deinde in Macedonia corniculo, mox equo meruit, functusque militia studia repetiit, quae iam inde a puero non leviter attigerat; ac professus diu in patria quinquagesimo demum anno Romam consule Cicerone [*a. 691/63*] transiit —. vixit prope ad centesimum aetatis annum amissa iam pridem memoria, ut versus Bibaculi docet [*FPR 4 B.*]: 'Orbilius ubinam est, litterarum oblivio?'

*3. Suet. ibid.* fuit autem naturae acerbae — [*cf. de eius in discipulos asperitate supra De lud. litt. test. 35*]. ac ne principum quidem virorum insectatione abstinuit, si quidem ignotus adhuc cum iudicio frequenti testimonium diceret, interrogatus a Varrone diversae partis advocato quidnam ageret et quo artificio uteretur, gibberosos se de sole in umbram transferre respondit, quod Murena gibber erat.

3[a]. *Macrob. 2, 6, 4* in eundem Galbam [*oratorem*] Orbilius grammaticus acerbius inrisit. prodierat Orbilius in reum testis; quem Galba ut confunderet, dissimulata professione eius interrogavit 'quid artium facis?': respondit 'in sole gibbos soleo fricare.' *de indole Orbilii cf. A G Lange, Verm. Schrift. u. Red. (Lpz. 1832) p. 182 sq.*

*4. Suet. ibid.* reliquit filium Orbilium. *cf. De lud. litt. test. 52.*

*5. Suet. ibid. 8* quos libros [*annalium Ennii elenchos M. Pompilii Andronici*] Orbilius suppressos redemisse se dicit vulgandosque curasse nomine auctoris.

*6. Suet. ibid. 9* statua eius Beneventi ostenditur in Capitolio ad sinistrum latus marmorea habitu sedentis ac palliati appositis duobus scriniis.

SCRIPTORUM

*7. Suet. ibid.* iam persenex pauperem se et habitare sub tegulis quodam scripto fatetur. *cf. Graefenhan, Gesch. d. class. Phil. 2, 234.*

8. *Suet. ibid.* (= *Petron. sat. p. 246 B.*[4]) librum etiam cui est titulus περιαλγής edidit continentem querellas de iniuriis, quas professores negligentia aut ambitione parentum acciperent. *cf. fr. 3.*

2 περιαλγής *Toup* perialogos *codd.* peri alogon *Beroaldus*

9. *Orbiliusne Lucilium emendavit? cf. Val. Cato test. 8.*

## B. INCERTAE SEDIS FRAGMENTA

*1*

inter criminatorem et criminantem hoc interesse auctor Orbilius putat, quod criminator sit qui alteri crimen inferat et id saepius faciat, criminans autem qui crimen inferat et cum suspicione quoque id faciat, qua re quis magis noxius videatur.

*Isid. diff. verb. 86* inter — videatur, ut Afranius [*Prosa v. 282 Ribb.*[3]]: 'non sum' inquit 'tam criminosa, quam tu vipera: gannire ad aurem numquam didici dominicam'. *cf. Anecd. H. p. CXXVI.*

*2*

sunt qui litteratum a litteratore distinguant, ut Graeci grammaticum a grammatista, et illum quidem absolute, hunc mediocriter doctum existiment. quorum opinionem Orbilius etiam exemplis confirmat; namque apud maiores ait, cum familia alicuius venalis produceretur, non temere quem litteratum in titulo, sed litteratorem inscribi solitum esse, quasi non perfectum in litteris sed imbutum.

*Suet. de gramm. 4* sunt qui — imbutum. *cf. Corn. Nep. fr. 14. Mess. Corv. fr. 5.*

6 titulos *plerique codd.*

*3*

quae vix ab hominibus consequi possunt

*Prisc. p. 381, 1* Orbilius: quae — possunt, ἀνύεσθαι. haec ad *librum in test. 8 memoratum pertinere videntur.*

# L. ATEIUS PRAETEXTATUS

## A. TESTIMONIA

VITAE

1. *Lucius praenomen et in indice grammaticorum a Suetonio praemisso et apud Plinium extat: ceteroqui 'Ateius Philologus' ('Ateius Praetextatus' semel apud Asinium Pollionem) appellatur.*

2. *Suet. de gramm. 10* Philologi appellationem assumpsisse videtur, quia sic ut Eratosthenes, qui primus hoc cognomen sibi vindicavit, multiplici variaque doctrina censebatur. *cf. test. 6.*

3. *Suet. ibid.* ⟨L.⟩Ateius Philologus libertinus Athenis est natus. *ut verisimile est, M. Ateii centurionis, Ateii Capitonis avi (Plut. Sulla 14), libertus fuit, cum eoque a. 668/86 Athenis in Italiam venit (Graff, Mélanges Gréco-Rom. 2. 1859—66 p. 274sq. 291sq.), tunc viginti fere annos natus, si quidem Graeca in lingua ita volutatus erat, ut aetate ingravescens post a. 703/51 se multo maiores progressus Graecis quam Latinis in litteris fecisse fateatur (test. 4). quae res cum eo convenit, quod Ateius Gniphonis discipulus Claudios fratres docuit (De lud. litt. test. 35), quorum Appius anno fere 657/97 natus est. Ateius obiit post a. 725/29 (cf. test. 8).*

4. *Suet. ibid.* ipse ad Laelium Hermam scripsit se in Graecis litteris magnum processum habere et in Latinis non nullum, audisse Antonium Gniphonem —. praecepisse autem — Appio quoque et Pulchro Claudiis fratribus, quorum etiam comes in provincia fuerit [*a. 699/55—703/51*].

5. *Suet. ibid.* coluit postea [*post Claudios, quorum Appius a. 706/48 mortuus est, alter a. 702/52*] familiarissime C. Sallustium et eo defuncto [*a. 719/35*] Asinium Pollionem.

6. *Suet. ibid.* hunc Capito Ateius notus iuris consultus inter grammaticos rhetorem, inter rhetores grammaticum fuisse ait. de eodem Asinius Pollio in libro, quo Sallustii scripta reprehendit ut nimia priscorum verborum affectatione oblita, ita tradit [*fr. 1*]: 'in eam rem adiutorium ei fecit maxime quidem Ateius Praetextatus nobilis grammaticus Latinus, declamantium deinde auditor atque praeceptor, ad summam Philologus ab semet nominatus'.

SCRIPTORUM

7. *Suet. ibid.* quod [*varia doctrina*] sane ex commentariis eius apparet, quamquam paucissimi extent; de quorum tamen *copia sic altera* ad eundem Hermam epistula significat: 'hylen

nostram aliis memento commendare, quam omnis generis coegimus, uti scis, octingentos in libros'.

*8. Suet. ibid.* quos [*C. Sallustium et Asinium Pollionem*] historiam componere aggressos, alterum breviario rerum omnium Romanarum, ex quibus quas vellet eligeret, instruxit, alterum [*a. 725/29*] praeceptis de ratione scribendi. quo magis miror Asinium credidisse, antiqua eum verba et figuras solitum esse colligere Sallustio, cum sibi sciat nil aliud suadere quam ut noto civilique et proprio sermone utatur, vitetque maxime obscuritatem Sallustii et audaciam in translationibus. *cf. Graff ibid. p. 301sq. 314.*

*9. Char. p. 127, 17* Ateius Philologus librum suum sic edidit ⟨in⟩scriptum 'An amaverit Didun Aeneas,' ut refert Plinius (*dub. serm. p. 7, 18 B.*). *de huius modi disputationibus cf. Lehrs, de Arist. stud. Hom. p. 200² sq. Graff ibid. p. 308sq. Valer. Cato test. 2.*

*10. de Ateii epistulis vd. test. 4. 7.*

*11. Ateius auctor Plinii commemoratur in indice libr. III. IV.*

*12. istis adde libros glossematorum et pinacon, de quibus infra.*

---

*reliquias coll. Egger, Lat. serm. vet. rell. sel. (Paris 1843) p. 61 sq. universe cf. Graff, de Ateio Philologo nobili grammatico Latino in Mélanges Gréco-Romains 2. 1859—66 p. 274 sq. Goetz, Pauly-Wiss. RE 2, 1910/11.*

## B. FRAGMENTA

### PINACON

*horum librorum, qui ad tres numerantur, naturam eandem esse ac pinacis Aurelii Opilli (test. 4), in promptu est (cf. Ritschl, Parerg. p. 244); nam quod eos Graff (ibid. p. 307) cum libris Musarum eiusdem scriptoris vel cum Pandectis Tironis comparat, id fieri vix potest; nam Ateii quoque variae eruditionis opus novimus idque diverso nomine 'hyle' praeditum (test. 7).*

*1 [4 Egger]*

iugeris

*lib. III. Char. p. 134, 4 (= Plin. dub. serm. p. 20, 18 B.)* iugeris Ateius . . . . . Philologus pinacon III . . . . . . sed et Cato his iugeris, ut notat Plinius eodem libro VI. *lacunae in cod. esse videntur, ubi Keil scriptum fuisse suspicatur:* At. inquit Phil. pin. III his iugeris.

### GLOSSEMATORUM

*de huius libri indole cf. supra Inc. gramm. libr. praef. ad Glossem. et ibid. fr. 6 (= infra fr. 3).*

*2* [*2*]

ocrem antiqui, ut Ateius Philologus in libro glossematorum refert, montem confragosum vocabant, ut aput Livium [*I v. 31 Ribb.*[3]] 'sed qui sunt hi, qui ascendunt altum ocrim' et [*32 R.*] 'celsosque ocris arvaque putria et mare magnum' ⟨et⟩ [*34 R.*] 'namque Taenari celsos ocris' et [*35 R.*] 'haut ut quem Chiro in Pelio docuit ocri'. unde fortasse etiam ocreae sint dictae inaequaliter tuberatae.

*Fest. p. 181ª, 17* ocrem — tuberatae. *cf. Paul. Fest. p. 180, 4. Varro de l. L. 5, 116.*

1 Gloiemat- *cod.* 5 et *om. cod.* 7 ocriae: *em. Urs.*

INCERTAE SEDIS

*Festi quae secuntur glossae ad eundem glossematorum librum pertinere videntur; de reliquis incerta res est.*

*3* [*3*]

naucum ait Ateius Philologus poni pro nugis.

*Fest. p. 166ᵇ, 6* naucum — nugis; Cincius [*fr. 20*]; Aelius Stilo [*fr. 19*]; glossematorum autem scriptores [*fr. 6*]. *cf. CGL V 501, 24. 507, 48. 573, 20.*

*4* [*10*]

nuscitiosum Ateius Philologus ait appellari solitum, qui propter oculorum vitium parum videret.

*Fest. p. 173ª, 21* nuscitiosum — videret; at Opillus Aurelius [*fr. 10*]; Aelius Stilo [*fr. 24*].

*5* [*6*]

secundum Ateium Philologum opes numero tantum plurali divitias significant, — numero tantum singulari auxilium, — ab utroque possibilitatem.

*Serv. Aen. 1, 601* 'non opis est nostrae Dido' opis, possibilitatis. et secundum — significant, ut [*Aen. 2, 4*] 'Troianas ut opes', numero — auxilium, ut [*Ter. andr. 473*] 'fer opem, serva me obsecro', ab utroque poss. *de Servii auctore cf. Laemmerhirt, Comment. phil. Jen. 4. 1890. de re cf.* Char. p. 33, 17. Serv.

*Aen. 6, 325. 11, 532. id. Dan. Aen. 8, 377. Ps-Acro Hor. c. 3, 3, 28. CGL II 138, 51. 139, 3. 403, 44. IV 132, 46. 49. 265, 2 al. V 126, 30. 524, 21.*

1 sec. At. Phil.] secundum alios *Paris.*

*6 [3]*

⟨orchitin Ateius⟩ Philologus in ⟨. . . . . . . . . . ait esse genus oleae⟩ ductum ex Graeco ὄρχεις, ⟨quod testiculorum sit magni⟩tudinis, itaque v⟨ocari ex eo orchitin, quod sit genere consue⟩to grandior.

*Fest. p. 181*[b]*, 18* ⟨orchitin⟩ — grandior. *cf. Isid. or. 17, 9, 43. CGL V 376, 33.*

1 *post* in *fort.* glossematis *addendum* *reliqua suppleta ex Paulo*

*7 [11]*

stroppus est, ut Ateius Philologus existimat, quod graece στρόφιον vocatur, et quod sacerdotes pro insigni habent in capite.

*Fest. p. 313*[a]*, 12* stroppus — capite. quidam coronam esse dicunt, aut quod pro corona insigne in caput inponatur, quale sit strophium. *cf. Paul. Fest. p. 312, 1. Plin. n. h. 21, 3. Non. p. 538, 7. Isid. or. 19, 33, 3.*

1 Adeius 2 σνροφιon

*8 [12]*

⟨tudites mall⟩eos appellant antiqui a tunden⟨do⟩ —. inde Ateius ⟨Philolog⟩us existimat Tuditano cognomen ⟨inditum, quod⟩ caput malleoli simile habuerit.

*Fest. p. 352*[a]*, 30* ⟨tudites⟩ — a tunden⟨do, quamv⟩is ali a tudibus [*ita Urs.:* ali cruribus] tudites. inde — habuerit. *cf. Paul. Fest. p. 353, 5. Isid. or. 19, 7, 1.*

1 *sq. suppl. ex Paulo*

*9 [13]*

Ateius Philolo⟨gus verb⟩um [*vacerram*] ad male dicendum magnae acerbitati⟨s, ut sit⟩ vecors et vesanus teste Livio qui dicit [*II v. 6 Ribb.*[3]]: 'vacerrae malefica *vecordia*'.

*Fest. p. 375ᵃ, 3* vacerram ⟨Aelius⟩ [*fr. 77*]; Ateius vero — vecordia.

1 verbum *scripsi* 3 vacerrae *Buecheler*: . . . corde et 4 vecordia: vacerra *Scal.*

*10* [*1*]

Ateius Philologus duo tantum volumina de Latino sermone reliquisse eum [*M. Antonium Gniphonem*] tradit; nam cetera scripta discipulorum eius esse, non ipsius, in quibus et suum alicubi reperiri nomen, ut hoc * *

*Suet. de gramm. 7* Ateius — ut hoc * *

*11* [*deest*]

Themistocles cum a formoso adsectaretur

*Prisc. p. 383, 8* Ateius [Alpheus *codd: em. Osann*] Philologus: Them. — adsect., passive, ἠκολουθεῖτο. *cf. test. 8.*

DUBIA

*12* [*8*]

Varro [*fr. 425*] et Ateius contra sentiunt dicentes divos perpetuos, deos qui propter sui consecrationem timentur, ut sunt dii manes.

*Serv. Aen. 5, 45* 'divum' et 'deorum' indifferenter plerumque ponit poeta, quamquam sit discretio, ut deos perpetuos dicamus, divos ex hominibus factos, quasi qui diem obierint; unde divos etiam imperatores vocamus. sed Varro et Ateius — manes. *de Ateio vd. ad fr. 14.*

*13* [*deest*]

⟨nefrendes⟩ — Ateius ⟨. . . . . . . infantes esse nondum fre⟩ndentes, id est ⟨frangentes. Livius . . . . . . . . .⟩ t [*I v. 38 Ribb.³*]: 'quem ego ne⟨frendem alui lacteam immulgen⟩s opem'.

*Fest. p. 162ᵃ, 12* ⟨nefrendes dictos asserit Q. Muci⟩us Scaevola [*fr. 4*]; Ateius — opem. et . . . . . . . . . . . pro nefrendibus ⟨alii⟩ [*Ael. Stilo fr. 64*]. *Reitzenstein* (*Verr. Forsch. p. 91 adn. 1*) *post 'Ateius' 'Philologus' excidisse putat, cum Livii poetae versus ab eo allatus legatur, quod in more Ateii Philologi est (fr. 2. 9), atque tertia de nefrendibus explanatio Aelii Stilonis*

*esse videatur, cum quo idem Ateius a Festo saepius coniungitur. extat tamen locus Plinii (n. h. 14, 93 = Ateius Cap. fr. 5), e Verrio, ut videtur, adscitus (Münzer, Quellenkr. d. Ng. d. Plin. p. 302 sq.), ubi Mucius Scaevola Aelius Stilo Ateius Capito auctores memorantur, neque probabilis Bremeri coniectura est Plinium 'sive errore sive neglegentia' Capitonem pro Philologo scripsisse (IA 2, 274). itaque uter Ateius Festi supra auctor sit, valde dubitare licet; nam ne Capito quidem ab exemplis antiquorum poetarum scriptorumve abhorruit (cf. fr. 2. 4 et Marx, Lucil. carm. rell. 1 p. LV sq.).*

1 *sq. suppletum ex Paulo*

*14* [7]

Ateius adserit Romam ante adventum Euandri diu Valentiam vocitatam, sed post Graeco nomine Romen vocitatam.

*Serv. Dan. Aen. 1, 273* Ateius — vocitatam. *cf. Fest. p. 266*[b]*, 34. Solin. 1, 1. in hoc fr. et in fr. 12 plerique Capitonem intellegunt, quod Ateius grammaticus alibi (supra fr. 5) addito agnomine Philologo afferatur (Graff, ibid. p. 318 adn. 161. Laemmerhirt l. c. p. 377 adn. 1 etc.); at varietatem appellandi cum saepius iam animadvertimus (cf. Valer. Sor. test. 1. Aur. Opill. test. 1), tum in Servio reperimus (cf. buc. 3, 8 et Aen. 1, 546. 7, 273; buc. 4, 1 et buc. 3, 84. 4, 6. 7 etc.). res ipsa historica huius fragm. cum Graeca verbi notatione ad Philologum breviarii rerum omnium Romanarum scriptorem optime quadrat (cf. fr. 6. 7), neque eum dedecet discrimen inter divum et deum factum (fr. 12), si conferimus fr. 5. dubitationem tamen movet Varro in fr. 12 cum Ateio coniunctus, cum quam saepe Capito Varronem in usum vocaverit notum sit (cf. Frederking, Philol. 19, 654 sq. 660 sq.)*

# P. VALERIUS CATO

## A. TESTIMONIA

VITAE

*1. Suet. de gramm. 11* ⟨P.⟩ Valerius Cato, ut non nulli tradiderunt, Burseni cuiusdam libertus ex Gallia; ipse libello, cui est titulus Indignatio, ingenuum se natum ait et pupillum relictum eoque facilius licentia Sullani temporis [a. 672|82 *—674/80] exutum patrimonio. itaque ante a.* fere 654|100

*natus non est. neque tamen annus eius natalis* ***multo inferius*** *amoveri potest, si quidem is Vettium Philocomum* ***audivit*** (***test.*** *7*), *de cuius aetate vd.* ***ad*** *Q. Archel. test. 3.*

*2. Suet. ibid.* vixit ad extremam senectam, sed in summa pauperie et paene inopia, abditus modico gurgustio, postquam Tusculana villa creditoribus cesserat, ut auctor est Bibaculus [*FPR 3 B.*]: 'si quis forte mei domum Catonis, / depictas minio assulas, et illos / custodis videt hortulos Priapi, / miratur quibus ille disciplinis / tantam sit sapientiam assecutus, / quem tres cauliculi, selibra farris, / racemi duo tegula sub una / ad summam prope nutriant senectam'. et rursus [*ibid. 2*]: 'Catonis modo, Galle, Tusculanum / tota creditor urbe venditabat. / mirati sumus unicum magistrum / summum grammaticum optimum poetam / omnes solvere posse quaestiones, / unum difficile expedire nomen. / en cor Zenodoti, en iecur Cratetis!' ***Mar. Plot.*** *Sacerd. p. 480, 12* Bibaculus de Catone grammatico: 'en cor Zenodoti, en iecur Cratetis'. ***Prob.*** *cathol. **p.** 29, 12* Bibaculus de Catone grammatico: 'iecur Cratetis'. ***de Catone magistro cf.*** *supra De lud. litt. test. 36.* ***de verbis*** '***omnes solvere posse quaestiones***' *cf.* ***Lehrs,*** *de* ***Arist.*** *stud.* ***Hom.*** *p.* ***207² sq.***

1 summam -riem et p. inopiam *codd.* 5 assulas ***Beroaldus:*** assylas (assyllas *vel* asillas) custodes ***plerique codd.*** hortuli Priapos *JScaliger* 6 sap. sit ***plerique codd.*** 7 calculi *plerique codd.* 11 diff.] deficere *Toup*

*3. Suet. de gramm. 4* Messalla Corvinus [*fr. 5*] — non esse sibi dicens rem cum Furio Bibaculo, ne cum Ticida quidem aut litteratore Catone; significat enim haud dubie Valerium Catonem poetam simul grammaticumque notissimum.

SCRIPTORUM

*4. Ovid. trist. 2, 435* Cinna quoque his comes est Cinnaque procacior Anser; / et leve Cornifici parque Catonis opus. *cf. LSchwabe, quaest. Catull. p. 305.*

*5. Suet. de gramm. 11* is [*Cato*] scripsit praeter grammaticos libellos etiam poemata, ex quibus praecipue probantur Lydia et Diana. Lydiae Ticida meminit [*FPR 2 B.*]: 'Lydia doctorum maxima cura liber'; Dianae Cinna [*14 B.*]: 'saecula permaneat nostri Dictynna Catonis'. ***carmina quae*** *extant Dirae et Lydia Catoni tributa sunt; de qua re cf.* ***Teuffel,*** *Gesch. d.* ***Röm.*** *Lit. § 200, 2. Schanz,* ***Röm.*** *Littg. 1², 176.*

*6. Suet. ibid.* libello cui est titulus Indignatio (***test.*** *1*). *hucine pertinent quae in test. 7?*

*7. Suet. ibid. 2* quas [*Lucilii saturas*] legisse se apud Archelaum Pompeius Lenaeus, apud Philocomum Valerius Cato *praedicant. cf. test. 6.*

*8. Ps-Hor. sat. 1, 10:*

Lucili, quam sis mendosus, teste Catone
defensore tuo pervincam, qui male factos
emendare parat versus: hoc lenius ille
quo melior vir ⟨et⟩ est longe subtilior illo,
qui multum puer⟨um⟩ et loris et funibus ussit
exoratus, ut esset opem qui ferre poetis
antiquis posset contra fastidia nostra,
grammaticorum equitum doctissimus.

*Catonis in Lucilio emendando opera cf. Marx, proleg. ad* *:il. 1 p. CXXX. alterum Lucilii existimatorem 'grammati-* *ım equitum doctissimum' Marx (Rh. Mus. 41, 552 sq.) Vet-* *n Philocomum intellegit, Orbilium Pupillum alii multi: utra* *em sententia recta sit, dubito.*

4 et *add. codd. dett.* 5 puerum *Reisig* ussit *Marx:* s 6 exhoratus *non nulli codd.*

## B. DUBIUM FRAGMENTUM

diaeresis est quotiens una syllaba in duas dividitur, ıaeresis est e contrario quotiens duae syllabae in unam ıtrahuntur. nam diaeresis est [*Enn. ann. 33 V.*[2]] bai Longai' pro eo quod est Albae Longae. — legite rrium Flaccum [*fr. 30*] et Catonem et ibi invenietis.

*Pomp. comment. p. 297, 28* item duo contrarii sibi meta-smi, diaeresis et synaeresis. diaeresis — Longae, ut est illud apud :gilium [*Aen. 9, 26*] 'dives pictai vestis et auri', [*3, 354*] lai medio libabant pocula Bacchi': una syllaba in duas di-ı est. legite — invenietis. ita enim scribebant maiores nostri ai, a et i. *de Catone cf. ad Verr. l. c.*

# C. IULIUS CAESAR

## A. TESTIMONIA

[AE

*1. natus a. 654/100, quaestor a. 687/67, aedilis a. 689/65, ıtifex maximus a. 691/63, praetor a. 692/62, propraetor ;93/61, consul 695/59, proconsul in Gallia a. 696/58—704/50, sul iterum a. 706/48, tertium a. 708/46, item sine collega dictator reip. constituendae 709/45, 710/44,* interfectus Id. *rt. a. 710/44.*

*2. praeceptore Caesar usus est M. Antonio Gniphone; cf. De lud. litt. test. 19.*

SCRIPTORUM

*3. Suet. Iul. 56* feruntur et a puero et ab adulescentulo quaedam scripta, ut Laudes Herculis, tragoedia Oedipus, item Dicta collectanea, quos omnis libellos vetuit Augustus publicari in epistula, quam brevem admodum ac simplicem ad Pompeium Macrum, cui ordinandas bibliothecas delegaverat, misit. *cf. Plut. Caes. 2. Tac. de orat. 21. Plin. epist. 5, 3, 2. 5. de Itinere vd. test. 8. poeticum fragm. infra 31.*

*4. Suet. ibid. 55* eloquentia militarique re aut aequavit praestantissimorum gloriam aut excessit. *Cic. Brut. 262* orationes eius [*Caesaris*] mihi vehementer probantur, compluris autem legi. *cf. id. Brut. 252. Quint. 10, 1, 114. Tac. ann. 13, 3. de orat. 21.*

*5. Suet. ibid. 56* reliquit et rerum suarum commentarios Gallici civilisque belli Pompeiani; nam Alexandrini Africique et Hispaniensis incertus auctor est: alii Oppium putant, alii Hirtium, qui etiam Gallici belli novissimum imperfectumque librum suppleverit.

*6. Cic. ad fam. 9, 16, 4* [*a. 708/46*] audio Caesarem, cum volumina iam confecerit ἀποφθεγμάτων, si quod afferatur ad eum pro meo, quod meum non sit, reicere solere. *cf. test. 3.*

*7. Macrob. 1, 16, 39* Iulius Caesar — siderum motus, de quibus non indoctos libros reliquit, ab Aegyptiis disciplinis hausit. *Plin. n. h. 1, 18* ex — L. Tarutio, qui graece de astris scripsit. Caesare dictatore, qui item.

*8. Suet. Iul. 56* reliquit — Anticatones totidem [*libros duos*] ac praeterea poema, quod inscribitur Iter. quorum librorum — sequentes [*Anticatones*] sub tempus Mundensis proelii [*a. 709/45*] fecit, novissimum dum ab urbe in Hispaniam ulteriorem quarto et vicensimo die pervenit [*a. 708/46*].

*9. Suet. ibid.* epistulae quoque eius ad senatum extant, quas primus videtur ad paginas et formam memorialis libelli convertisse, cum antea consules et duces non nisi transversa charta scriptas mitterent. extant et ad Ciceronem, item ad familiares domesticis de rebus, in quibus, si qua occultius perferenda erant, per notas scripsit, id est sic structo litterarum ordine, ut nullum verbum effici posset; quae si quis investigare et persequi volet, quartam elementorum litteram, id est d pro a et perinde reliquas commutet. *cf. Gell. 17, 9. C. Iul. Vict. ars rhet. XXVII de epist. p. 124 M. (Rhet. Lat. min. p. 448 H.). Weichert, imp. Caes. Aug. rell. p.* 147 sq.

DOCTRINAE

*10. Quint. 1, 7, 21* iam optimus maximus, ut mediam i litteram, quae veteribus u fuerat, acciperent, Gai primum Caesaris inscriptione traditur factum. *Vel. Long. p. 67, 4* varie etiam scriptitatum est mancupium aucupium manubiae, si quidem C. Caesar per i scripsit, ut apparet ex titulis ipsius, at Augustus [i] per u, ut testes sunt eius inscriptiones. et qui per i scribunt, illam rationem secuntur, quod aliae quoque denominationes per eandem litteram exeant, ut cum manicas ⟨dicimus et⟩ maniculam. *Cornut. ap. Cassiod. orth. p. 150, 10 (Isid. or. 1, 27, 15) = Varro fr. 269. cf. Mar. Vict. p. 9, 3. Brambach, Neugestalt. d. Lat. Orthogr. p. 108 sq.*

---

*Caesaris grammaticas reliquias collegerunt Lersch, Sprachphil. d. Alt. (Bonn 1841) 1, 132 sq.; Egger, serm. Lat. vet. rell. (Paris 1843) p. 41 sq. Nipperdey, Caesar. edit. (Lips. 1847) p. 753 sq.; Schlitte, de Gaio Iul. Caes. grammatico (Halae 1865) p. 13 sq.; Dinter, Caes. edit. (Lips. 1890) 2, 125 sq. Kuebler, Caes. edit. (Lips. 1897) 3, 140 sq. cf. Ritschl op. 2, 574 sq. 4 passim. Hauser, C. Iul. Caes. commentariorum de b. Gall. et de b. civ. qui vocatur cum praeceptis grammat. ab eodem scriptore in libris de anal. traditis comparatio (Villach 1883). Hendrickson, Class. Philology 1906 p. 97 sq.*

## B. FRAGMENTA

### DE ANALOGIA AD M. TULLIUM CICERONEM LIBRORUM II

*Suet. Iul. 56* reliquit et de analogia duos libros et Anticatones [*test. 8*]; quorum librorum primos in transitu Alpium, cum ex citeriore Gallia conventibus peractis ad exercitum rediret — fecit [*an a. 700/54? cf. Hendrickson p. 113*].

*Fronto p. 221 N.* fac memineris et cum animo tuo cogites, C. Caesarem atrocissimo bello Gallico cum alia multa militaria, tum etiam duos de analogia libros scrupulosissimos scripsisse inter tela volantia de nominibus declinandis, de verborum aspirationibus et rationibus inter classica et tubas.

*Quint. 1, 7, 34* vim C. Caesaris fregerunt editi de analogia libri?

*Ioh. Saresb. Metalog. 1, 21* C. Caesar de analogia libros edidit. *cf. Suidas s. v. Γάιος Ἰούλ. Καῖσ.*

*opus primum generatim quaestiones de analogia et de ratione latine loquendi, deinde de declinatione, in quam potissimum nervos suos Aristarchii contenderant, amplexum esse videtur. itaque priori libro fr. 11—15 vulgo tribuuntur, alteri fr. 16 sq. de opere ad Ciceronem scripto vd. fr.* 1. 3.

*1* [*1 Schlitte*]

*lib. I.* in maxumis occupationibus ad te ipsum [*Ciceronem*] de — ratione latine loquendi accuratissume scripserit [*Caesar*] primoque in libro dixerit verborum dilectum originem esse eloquentiae tribueritque, mi Brute, huic nostro [*Ciceroni*], qui me de illo maluit quam se dicere, laudem singularem; nam scripsit his verbis, cum hunc nomine esset adfatus: ac si, ut cogitata praeclare eloqui possent, non nulli studio et usu elaboraverunt, cuius te paene principem copiae atque inventorem bene de nomine ac dignitate populi Romani meritum esse existimare debemus, hunc facilem et cotidianum novisse sermonem nunc pro relicto est habendum.

*Cic. Brut. 252* ut esset perfecta illa bene loquendi laus, multis litteris et iis quidem reconditis et exquisitis summoque studio et diligentia est consecutus. qui etiam in maxumis — ipsum, inquit [*Atticus*] in me intuens, de ratione — habendum.

*hic Caesarem causam aperuisse, qua libros de analogia ad Ciceronem miserit, patet; qui quomodo de Caesaris conatu corruptae consuetudinis emendandae iudicaverit, vd. in Brut. 258—261. de re cf. Hendrickson p. 114.*

12 facile *multi codd.* 13 num *non nulli edd.*

*2* [*2*]

*l. I.* tamquam scopulum sic fugias inauditum atque insolens verbum.

*Gell. 1, 10, 4* vive ergo moribus praeteritis, loquere verbis praesentibus atque id, quod a C. Caesare excellentis ingenii ac prudentiae viro in primo de analogia libro scriptum est, habe semper in memoria atque in pectore, ut tamquam — verbum. *Macrob. 1, 5, 2* ego enim id, quod a C. Caesare excellentis ingenii ac prudentiae viro in primo analogiae libro scriptum est, habeo semper in memoria atque in pectore, ut tamquam — verbum. *Ioh. Saresb. Policr. 8, 10* fideliter exsequendum erit, quod in primo libro de analogia scripsit C. Claudius Caesar vir excellentis ingenii magnaeque prudentiae. ait enim: 'tamquam scopulum nautae fugiunt, sic fugiendum est infrequens atque insolens verbum'. *idem Metalog. 1, 15* Caesar in libro de analogia grammaticus quidem est, et evitandum esse denuntiat quidquid *auditori perito potest* esse absurdum: 'ut nautae' inquit 'sco-

pulum fugiunt, sic fug. est infr. atque ins. v.' *in eodem proposito quam aliter ac Sisenna procedat Caesar vd. apud Sisenn. test. 1. 2. de re cf. etiam Varro fr. 464.*

1 fugiam infrequens atque *Macrob.*

*3* [7]

*l. I.* Gaius Caesar — in libris, quos ad M. Ciceronem de analogia conscripsit, harenas vitiose dici existimat, quod harena numquam multitudinis numero appellanda sit, sicuti neque caelum neque triticum; contra autem quadrigas, etiamsi currus unus, equorum quattuor iunctorum agmen unum sit, plurativo semper numero dicendas putat, sicut arma et moenia et comitia et inimicitias.

*Gell. 19, 8, 3* [*loquitur Cornelius Fronto*] Gaius enim Caesar —, vir ingenii praecellentis, sermonis praeter alios suae aetatis castissimi, in libris — inimicitias, nisi quid contra ea dicis [*i. e familiaris quidam Frontonis*], poetarum pulcherrime, quo [quod *codd.*] et te purges et non esse id vitium demonstres. de caelo, inquit ille, et tritico non infitias eo, quin singulo semper numero dicenda sint, neque de armis et moenibus et comitiis, quin figura multitudinis perpetua censeantur; videbimus autem potius [post *codd.*: *em. Hosius*] de inimicitiis et quadrigis. ac fortasse an de quadrigis veterum auctoritati concessero, inimicitiam tamen, sicuti inscientiam et inpotentiam et iniuriam, quae ratio est, quam ob rem C. Caesar vel dictam esse a veteribus vel dicendam a nobis non putat, quando Plautus linguae Latinae decus deliciam quoque ἑνικῶς dixerit pro deliciis — [*Poen. 365*]? inimicitiam autem Q. Ennius in illo memoratissimo libro dixit [*v. 326 Ribb.*[3]]. *haec poetarum exempla Caesari certo, licet Mercklin aliter sentiat* (*Fleck. Jahrbb. suppl. 3. 1860 p. 650*), *ignota fuerunt Gellio ipso teste. de his libro I adsignandis vd. fr. 3*[a].

6 sicut circa arma *Paris.* s. castra a. *Vogel.*

*3*[a] [7]

*l. I.* cum supra dixisset neque caelum neque triticum neque harenam multitudinis significationem pati, num tu inquit [*Caesar*] harum rerum natura accidere arbitraris, quod unam terram et plures terras et urbem et urbes et imperium et imperia dicamus, neque quadrigas in unam nominis figuram redigere neque harenam multitudinis appellatione convertere *possimus*?

*Gell. ibid. 7 sq.* tunc prolato libro de analogia primo verba haec ex eo pauca memoriae mandavi. nam cum supra — possimus? — Fronto ita respondit: quadrigae semper, etsi multiiugae non sunt, multitudinis tamen numero tenentur, quoniam quattuor simul equi iuncti quadrigae quasi quadriiugae vocantur, neque debet prorsus appellatio equorum plurium includi in singularis numeri unitatem. eandemque rationem ⟨harenae⟩ habendam sed in specie dispari; nam cum harena singulari in numero dicta multitudinem tamen et copiam significet minimarum, ex quibus constat, partium, indocte et inscite harenae dici videntur, tamquam id vocabulum indigeat numeri amplitudine, cum ei singulariter dicto [dici *codd.: em. Madvig*] ingenita sit naturalis sui multitudo. — nam cum caelum semper ἑνικῶς dicatur, mare et terra non semper, et pulvis ventus et fumus non semper, cur indutias et caerimonias scriptores veteres non numquam singulari numero appellaverunt, ferias et nundinas et inferias et exsequias numquam? cur mel et vinum atque id genus cetera numerum multitudinis capiunt, lacte non capiat? *Frontonianae disputationis fundamentum fortasse apud Caesarem ipsum erat (cf. Kretzschmer, de Gell. font. p. 60), quando Gellius veterem appellationem 'numerus multitudinis' pro plurali usurpat. de forma 'lacte' vd. infra fr. 14. ceteroqui cf. Varro de l. L. 10, 66. 67. Char. p. 33, 15. 93, 4. 96, 7. 103, 22. 154, 1 et passim in CGK. Serv. Aen. 2, 272. 12, 164. CGL II 454, 24. 321, 30. 402, 21. 452, 35.*

1 neque tr. *Paris.* triticumve *Magliab. Regin. 597 et 1646* triticum *rell.* 4 adplures *Paris. Voss. Lat. F 7, unde* ac pl. *Hertz* 7 in mult. appellationem *Magliab. Regin. 597 et 1646 Voss. Lat. F 112*

## *4* [*4*]

*l. I.* legimus apud maiores nostros primas apud Romanos XI litteras fuisse tantum modo, ut dicit Caesar in libro analogiarum primo; in libro analogiarum Caesar hoc dicit XI fuisse.

*Pomp. comment. p. 108, 9* legimus — fuisse. Varro docet [*fr. 2*]. *de hac Caesaris doctrina a Pompeio tantum tradita est quod ambigatur. cf. Wilmanns, de Varr. libr. grammat. p. 121 sq.*

3 *pr.* in *om. Wolfenb. Paris. 1179*

## *5* [*10*]

*l. II.* *fagos* populos ulmos

*Char. p. 130, 6 (= Plin. dub. serm. p. 17, 9 B.)* fagus Varro de gente p. R. [*fr. 185*]; fagos C. Caesar de analogia II: fagos — ulmos. *cf. Varro de l. L. 9, 80.*

*6 [11]*

*l. II.* lacer an laceris? ut tener puer; ultimam enim vocalem si ablativus ami⟨serit⟩, dabit scire ⟨qualis⟩ esse debeat nominativus. — quod ita dici ⟨debere et⟩ Caesar de analogia II nec non et Valgius de rebus per epistulam quaesitis [*fr. 3*] ⟨p⟩utant.

*Char. p. 135, 20 (= Plin. dub. serm. p. 51, 23 B.)* lacer — nominativus. Ovidius [*met. 3, 522*] 'mille lacer spargere locis', quod ita — ⟨p⟩utant. *cf. Char. p. 135, 17. 136, 22 (= Plin. ibid.) Varro de l. L. 10, 62.*

*adn. crit. vd. ad Valg. Ruf. l. c.*

*7 [15]*

*l. II.* Caesar de analogia II turbonem, non turbinem etiam in tempestate dici debere ait, ut Carbo Carbonis, non ut homo hominis.

*Char. p. 144, 30 (= Plin. dub. serm. p. 4, 26 B.)* Turbo Turbonis, si proprium sit hominis nomen; turbinis, si procellam voluerimus exprimere, aut in eo, inquit Plinius, qui est in lusu puerorum. sed Caesar — hominis. *eadem quae Plinius habent Char. p. 64, 26. 145, 8. Prob. de nom. exc. p. 210, 30. Prisc. p. 207, 17. Serv. Aen. 1, 83. 7, 378. Beda orth. p. 293, 14. Albin. orth. p. 311, 21.*

2 caro caronis: *em. Buecheler* Cato Catonis *Fabricius (cf. Prob. ibid. p. 210, 36)*

*8 [18]*

*l. II.* panis genetivum pluralem Caesar de analogia II panium dixit.

*Char. p. 90, 7* panis autem genetivum — dixit, sed Verrius [*fr. 19*]. *idem p. 141, 20 (Plin. dub. serm. p. 25, 10. 31, 23 B.)* panium Caesar de analogia libro II dici debere ait, sed Verrius [*fr. idem*]. *cf. Inc. de nom. CGK V 586, 18.*

*9 [24]*

*l. II.* C. Caesar in libro de analogia secundo huius *die et huius specie* dicendum putat.

*Gell. 9, 14, 25* sed C. Caesar — putat. ego quoque in Iugurtha Sallustii summae fidei et reverendae vetustatis libro die casu patrio scriptum inveni. verba haec ita erant [*97, 3*]: 'vix decima parte die reliqua'. *cf. Quint. 1, 6, 26. Char. p. 55, 13. 128, 12. Prisc. p. 366, 9. fragm. Bob. de nom. CGK V 555, 8.*

1 C. *om. Bern. Paris. Voss. Lat. F 7* 2 diei *iidem codd.* speciei *Bern.*

## *10* [*25*]

*l. II.* Caesar libro II singulariter idem, pluraliter isdem dicendum confirmat. sed consuetudo hoc non servat. se et sese pronomina ita distinguit, ut se dicamus, cum aliquem quid in alium fecisse ostendimus, ut puta 'ille dicit se hoc illi fecisse'; cum autem in se ipsum, tunc dicamus sese, velut 'dixit sese hoc sibi fecisse'.

*Char. p. 110, 23* (= *Plin. dub. serm. p. 33, 32 B.*) ⟨de pronomine⟩ is homo idem conpositum facit * *, nisi quia Caesar — fecisse. *lacunam signavit Ritschl* (*op. 4, 138. 313*), *quam Keil 'tam singulariter quam pluraliter' explevit. rectius fortasse est quod Ritschl Nipperdeyo male intellecto tribuit, ut apud Caesarem 'sing. isdem, plur. idem'* (*Ritschl 'idem plur., sing. isdem'*) *scribamus, quae singularis forma in titulis extat* (*Schlitte p. 33*) *et apud Plaut. Amphitr. 945. cum 'is-dem' cf. etiam 'quis-nam, quis-quam' et sim.*

3. distinguunt *coni. Keil.*

## *11* [*3*]

quae est analogia? conparatio similium: latine proportio dicitur. — fit octo modis: ut sint ⟨similes⟩ sex illae partes, quae accidunt nomini; sex autem accidunt nomini ista, qualitas conparatio genus numerus figura casus, ecce sex partes; exitus syllabarum ut sit similis, puta illud in us exit et illud in us; paenultimarum ratio ut sit similis, ut aut vocales similes sint aut consonantes; deinde ut tempora sint similia; si illa brevis est, et illa brevis sit. de istis omnibus rebus si unum minus fuerit, iam non stat analogia; de his rebus, quae positae sunt apud Caesarem, si quid minus fuerit, iam non stabit ratio analogiae. ait enim Caesar: 'nisi omnia *consentiant* inter se, non potest fieri ut nominis simili*tudo sit*'.

*Pomp. comment. p. 197, 31* quae est — dicitur: analogia graece, latine proportio. sed ita illam definit [*Donatus*] 'analogia est comparatio'. fit octo — similitudo sit. *Serv.* [*Serg.*] *comm. in Donat. p. 435, 15* analogia dicitur ratio declinationis nominum inter se omni parte similium; latine proportio vocatur. nomina autem similia sunt omni parte, si octo rebus sint similia, id est sex illis quae accidunt nomini, qualitate conparatione genere numero figura casu, deinde exitu syllabarum, deinde consonantium ratione paenultimarum. atque si una res de istis octo similibus desierit, dicimus [enim] nomen nulla ratione similiter declinari. *cf. Donat. ars. p. 373, 4. Varro de l. L. 10, 21. Quint. 1, 6, 3. Prob. inst. art. p. 47, 23. Mart. Cap. 3, 290. Isid. or. 1, 28, 1. Pompeius octo analogiae rationes a Servio recipiens, nonam de similibus temporibus perperam addidit; quas an omnes re vera Caesar noverit nescimus. de compluribus tamen dubitari non licet, quippe quae Alexandrinis iam notae fuerint, 'genus qualitas sive species figura numerus casus exitus' (cf. Aristoph. Byz. et Arist. ap. Char. p. 117, 1. Grammat. Bekker. Anecd. p. 629—43 § 14), ex quibus 'genus' apud Caesarem primum obtinuit locum, si fides est Choerobosco (Bekker Anecd. p. 1177; cf. Schlitte p. 21), qui vulgatum contrarium ordinem 'qualitas genus' Apollonio Herodiano Romano vindicat.*

2 sim. *om. codd.* 7 similes *scripsi*: syllabae 9 sit] est *Paris. 1180*

*12* [*8*]

duae sunt Albae, alia ista quam novimus in Aricia et alia hic in Italia. volentes Romani discretionem facere, istos Albanos dixerunt, illos Albenses.

*Pomp. comment. p. 144, 17* (= *Plin. dub. serm. p. 39, 17 B.*) Alba civitas: alii dicunt Albanus, alii Albenses. quae ratio est? numquid possumus scire, quare sic [quid] invenitur? Caesar quidem in libris analogicis voluit dicere discretionem. ait sic Caesar in libris analogiae: duae — Albenses. — Plinius Secundus negat et ait sic: 'indifferenter haec inveniuntur'. *Varro de l. L. 8, 35* cum duae sint Albae, ab una dicuntur Albani, ab altera Albenses. *cf. Char. p 106, 1. verba non ipsius Caesaris sunt.*

1 aluae *Wolfenb.* arcia (i *supra*) *Paris. 1179 et 1180 'Aricia' ex Marsia corruptum, 'Italia' autem inepte pro Latio substitutum a Pompeio coni. Nipperdey p. 754*

*13* [*5*]

*cum omnes artis* latores, praecipueque Caesar, propter

rationem metricam et structurarum qualitates singularum litterarum sonos ponderarent, hac ratione semivocales mutis praeferendas iudicaverunt, quod semivocales geminatae ad sonum vocalibus occurrunt, hoc est ut syllabam facere possint, ut puta fla ars mons iners et cetera talia; at vero mutae geminatae, si vocalibus occurrant, nec syllabam nec sonum scilicet facere possint. quis enim b c d k p q t g geminatas vocalibus misceat et sonum syllabae potest audire?

*Prob. inst. art. p. 50, 21* nunc quaeritur de consonantibus, quare in duas partes dividantur, hoc est in semivocales et mutas. hac de causa, quoniam semivocales maiorem potestatem habent quam mutae. nam cum omnes — audire? *cf. Varro fr. 241 sq. et supra fr. 4, cum quo hoc et fr. 14. 15 cohaerent.*

## *14* [*6*]

ille [*Varro fr. 273*] dicit: lac non debemus dicere, sed lact. sed dixit Caesar contra ipsum rem valentissimam, nullum nomen duabus mutis terminari.

*Pomp. comment. p. 199, 14* ille — terminari. *exc. ex comm. in Donat. CGK V 326, 27* Caesar dixit rem valentissimam contra ipsum [*Varronem*], id est nullum nomen duabus mutis terminari posse. *Anecd. H. p. 120, 7* Varro [*fr. idem*]. Caesar: nullum nomen duabus mutis terminatur. *cf. Varro ad l. c. Valgius fr. 6. utrum Caesar ante an post Varronem de his scripserit nescimus.*

## *15* [*9*]

Pompeiii quoque genetivum per tria i scribebant, quorum duo superiora loco consonantium accipiebant, ut si dicas Pompelli; nam tribus i iunctis qualis possit syllaba pronuntiari? quod Caesari doctissimo artis grammaticae placitum a Victore quoque in arte grammatica de syllabis comprobatur.

*Prisc. p. 14, 10* unde Pompeiii — comprobatur. *cf. Caes. Vindex ap. Cassiod. orth. p. 206, 6. Cicero test. 3. 3*[a]. *Anecd. H. p. 104, 6.*

4 nam postremum i pro vocali est accipiendum *post* pronuntiari *add. non nulli codd.* 5 a Vict.] auctore *vel* auctori *que codd. cf. Osann, Beitr. z.* Griech. u. Röm. Littg. 2, 377

*16* [*deest*]

crinis generis masculini, ut Caesar de analogia.

*Inc. de dub. nomin. CGK V 575, 11* (= *Plin. dub. serm. p. 64, 8 B.*) crinis — de analogia. *Prob. inst. art. p. 124, 17* quaecumque nomina inanimalia Latina dum taxat nominativo casu numeri singularis disyllaba esse reperiuntur et nis syllaba terminantur, haec secundum analogicam disciplinam masculini generis esse probantur. *cf. Char. p. 101, 7. exc. Char. p. 555, 25. Prob. de nom. exc. p. 209, 31.* [*Serg.*] *expl. in Donat. p. 538, 34. Caper orth. p. 101, 19. Serv. Aen. 2, 554. Gell. 13, 21, 12. Non. p. 202, 22.*

ut C. de anal. *om. Monac.*

*17* [*14*]

Probus et Caesar hoc pollen pollinis declinaverunt.

*Prisc. p. 250, 17* haec pollis pollinis: sic Charisius. Probus autem et — declinaverunt. *cf. Char. p. 42, 2. CGL II 153, 2. Probus cath. p. 9, 10* neutri generis multa reperiuntur en in nominativo correpta, in genetivo e in i mutata, ut hoc pollen pollinis carmen carminis lumen luminis gluten glutinis crimen criminis limen liminis.

*18* [*12*]

in is desinentia longam cuiuscumque sint generis Latina ablata s addita tis faciunt genetivum, ut haec lis litis, hic et haec dis ditis — hic et haec Samnis huius Samnitis: sic Caesar de analogia.

*Prisc. p. 248, 15* in is — ditis, unde hi et hae dites et haec ditia, cuius nominativum singularem in usu non inveni. debet tamen secundum analogiam hoc dite esse; nam in is finiri neutrum non potest — hic et haec — de analogia. *cf. Mar. Victor. p. 18, 8. 224, 13.*

*19* [*13*]

illa tam in is quam in er finita nomina regulam servant in er terminatorum, id est accepta is faciunt genetivum, ut hic pulvis et pulver pulveris, hic cucumis et cucumer cucumeris, hic cinis et ciner cineris, hic vomis et vomer *vomeris. praeterea* Caesar declinat pubis puberis.

*Prisc. p. 249, 15* illa quoque tam in is — puberis, quidam ut Probus pubes puberis, quidam puber puberis. *cf. Prob. cath. p. 19, 30. Schol. Bern. georg. 4, 122.*

1 nomina] omnia *non nulli codd.*

### *20* [*16*]

nunc recentiores instituerunt Graecis nominibus Graecas declinationes potius dare, quod tamen ipsum non semper fieri potest. mihi autem placet rationem Latinam sequi, quo usque patitur decor. neque enim iam Calypsonem dixerim ut Iunonem, quamquam secutus antiquos C. Caesar utitur hac ratione declinandi.

*Quint. 1, 5, 63* nunc — declinandi. sed auctoritatem consuetudo superavit. *cf. Char. p. 127, 17.*

3 lat. rat. *BM* 4 patietur *Ambros. b*

### *21* [*17*]

ne illa quidem ratio recepta est, quam C. Caesar ponit in femininis, ut puppim restim pelvim * *; hoc enim modo et ab hoc cani dicemus et ab hoc iuv⟨eni.⟩

*Char. p. 122, 23* (= *Plin. dub. serm. p. 9, 19 B.*) amni Maro [*georg. 3, 447*] 'secundo defluit amni'. ubi Plinius eodem libro: ab antiquis, inquit, quos Varro reprehendit [*fr. 254*] —. ne illa — iuv⟨eni⟩. *hinc perspicitur Caesaris praeceptum de ablativo nominum im in accusativo habentium fuisse, qua de re cf.* [*Palaem.*] *art. CGK V 539, 42* illa quoque feminina in i etiam exeunt, quae accusativos in im mittunt, ut puppim puppi, restim resti. *ut tamen ea quae Plinius Caesari obicit intellegamus, aliquid supplere debemus, quod de iis 'quae similem genetivum nominativo habent' generatim fuisse Keil ad hunc l. suspicatus est coll. Char. p. 33; cf. etiam ibid. p. 120, 24. de hac re cf. Detlefsen, Symb. Bonn. p. 701. Brambach, Neugest. d. Lat. Orth. p. 169. 176 adn.*

2 puppi resti pelvi *Nipperdey* 3 et ab hoc cani d. et ab hoc cane *idem*

### *22* [*20*]

Plinius Secundus animal, non animale ait dici debere. C. Caesar, quasi indiscretum hoc sit, ait l littera nominativo singulari neutra finita nomina eandem definitionem capere quam capiunt e littera terminata, huic animali et ab hoc animali, huic puteali et ab hoc puteali.

*Char. p. 119, 3 (= Plin. dub. serm. p. 52, 25 B.)* **animal animale faciet, ut autumnal autumnale capital capitale tribunal tribunale, quae patiendi non sunt, ut supra diximus.** **Plinius — puteali.**

5 pute$\overset{a}{o}$li et ab hoc pute$\overset{a}{o}$li

## *23* [*21*]

omnium nominum quae sunt neutri generis et in e terminantur, ait Plinius Caesarem scisse eosdem esse ablativos quales sunt dativi singulares.

*Char. p. 122, 14 (= Plin. dub. serm. p. 9, 12)* **aplustre. omnium — singulares.** *cf. Prisc. p. 350, 24. neque hinc neque ex seqq. fragm. 24, $24^a$ colligere licet Caesarem 'ablativus' appellationem novisse, ut Lersch opinatur (Sprachphil. d. Alt. 2, 231); Varro certe aliquot post annos in libris De l. L. sextum casum vel Latinum casum tantum modo usurpat.*

2 scisse *i. e.* iussisse *a sciscendo*

## *24* [*22*]

ar litteris nomina neutralia terminata item non minus [*eosdem habere ablativos quales dativos singulares*] ait Caesar, quia dativo et ablativo pari iure funguntur, ut idem Plinius scribit.

*Char. p. 122, 16 (= Plin. dub. serm. p. 9, 15 B.)* **ar litteris — scribit.**

1 item *Nipperdey:* idem

## *$24^a$* [*22*]

Plinius ait inter cetera etiam istud C. Caesarem dedisse praeceptum, quod neutra nomina ar nominativo clausa per i dativum ablativumque singulares ostendant; iubar tamen ab hac regula dissidere. nam ut huic iubari dicimus, ab hoc iubare dicendum est, ut huic farri et ab hoc farre.

*Char. p. 133, 18 (= Plin. dub. serm. p. 12, 32 B.)* **iubare** [-bar *cod.*]. **Plinius — farre.** *cf. Brambach l. c. p. 165.*

2 quod *Fabricius:* $\overset{o}{q}\bar{r}$ (= quorum)

## *25* [*19*]

*Caesar in analogicis* **harum partum.**

*Char. p. 141, 24* (= *Plin. dub. serm. p. 25, 15 B.*) partum. Caesar — partum, Cornelius Nepos inlustrium XV * * [*fr. 2 P.*] et Ennius [*ann. 593 V.*[2]] 'iamque fere quattuor partum', quoniam ab hac parte facit et has partes. sed consuetudo, inquit Plinius, ut praegnatium [regnatium *cod.*] optimatium.

## *26* [*23*]

in libris analogicis omnia istius modi [*genetivos et dativos singulares nominum quartae declinationis*] sine i littera dicenda censet [*Caesar*].

*Gell. 4, 16, 8* C. etiam Caesar gravis auctor Latinae linguae in Anticatone [*3, 145 Kuebler*]: 'unius' inquit 'arrogantiae superbiae dominatuque'. item in Dolabellam actionis I lib. I [*3, 135 Kue.*]: 'isti, quorum in aedibus fanisque posita et honori erant et ornatu'. in libris quoque analogicis — censet. *cf. Non. p. 501, 24. Prisc. p. 363, 15. Serv. et Schol. Bern. georg. 4, 158. 198. Detlefsen l. c. p. 712 sq.*

2 i *codd. deterr.*: *om. rell.* 3 censent *codd. opt.*

## *27* [*26*]

mortuus ex qua parte orationis declinetur incertum est. nam sicut ait Caesar, ab eo quod est morior, in participio praeteriti temporis in tus exire debuit, per unum scilicet u, non per duo. nam ubi geminata est littera, nomen est, non participium, ut fatuus arduus.

*Isid. or. 11, 2, 33* mortuus autem ex — arduus. *August. reg. CGK V 520, 22* est unum participium praeteriti temporis in omni Latino sermone, quod in formam nominis vel declinationem conversum est, ut est mortuus. est enim ab eo quod morior, et participium praeteriti temporis in tus exire debuit per unum u, non per duo. nam ubi geminata u littera in nominativo est, nomen est, non participium, ut fatuus ingenuus arduus carduus exiguus beluus, ut Cicero dixit. *cf. Prob. inst. art. p. 126, 16. Prisc. p. 502, 3.*

## *28* [*27*]

Caesar non incongrue protulit ens a verbo sum es, quomodo a verbo possum potes, potens.

*Prisc. III 239, 5* Graeci autem participio utuntur substantivo: *Ἀπολλώνιος ὢν διδάσκεις, Τρύφων ὢν μανθάνεις*, quo nos quoque secundum analogiam possemus uti, nisi usus deficeret *participii* frequens. quamvis Caesar — potens.

## INCERTAE SEDIS

### *29* [*deest.*]

siremps tantum per nominativum et ablativum declinatur, siremps ut tabes et pluris, ab hac sirempse plure tabe; Caesar ergo siremps lex esto quasi sacram violaverit dixisse pronuntiandus est, nisi forte quidam adverbialiter legere maluerint, similiter lex esto.

*Char. p. 143, 33* (= *Plin. dub. serm. p. 28, 20 B.*) siremps — lex esto. *cf. Ritschl op. 4, 61 sq. Huschke ibid. p. 80. Hertz, Philol. 11, 680. de voce 'siremps' cf. Stolz, Wien. Stud. 13 (1891) p. 293 sq. lex Caesariana fortasse respicitur.*

1 ablativum *Char. p. 93, 24:* vocativum  3 caesare ergo Siremps *cod.* Caesar de analogia siremps — dixit pro nominativo esse, nisi *Ritschl*

### *30* [*p. 19*]

M. Tullius [*IV*[3] *p. 412 CFW Mueller*] et C. Caesar mordeo memordi pungo pepugi spondeo spepondi dixerunt.

*Gell. 6, 9, 15* sic M. Tullius — dixerunt. *cf. Gellii totum caput et Char. p. 245, 4. 248, 2. Diom. p. 367, 30. Prisc. p. 526, 14. iniuria opinor haec Lersch et Kuebler libro II de analogia tribuerunt, cum iuxta Caesarem Cicero sit. de hac consuetudine cf. pro Sex. Rosc. 60.*

### *31* [*FPR p. 326, 2 B.*]

tu quoque tu in summis, o dimidiate Menander,
poneris et merito, puri sermonis amator.
lenibus atque utinam scriptis adiuncta foret vis,
comica ut aequato virtus polleret honore
cum Graecis, neve hac despectus parte iaceres!
unum hoc maceror ac doleo tibi deesse, Terenti.

*Suet. vit. Ter. p. 34 R.* Cicero in Limone [*fr. 4*]. item C. Caesar: tu quoque — Terenti.

5 neve *Roth:* neque

*unum restat fragm. Capri orth. p. 101, 17, quod a solo Lersch grammatico Caesaris libro temere adscriptum est (cf. Schlitte p. 20). nuper duo fr. (Cic. Brut. 258.* Plin. n. h. 7, 117) *addidit Hendrickson p. 116 sq., an recte* dubito.

# P. NIGIDIUS FIGULUS

## A. TESTIMONIA

VITAE

*1. 'P. Nigidius' est saepissime apud Gellium vel 'Nigidius Figulus'; 'Nigidius' apud Nonium semper, plerumque apud reliquos auctores.*

*2. Schol. in Lucan. 1, 639* Nigidium Figulum dicit, qui ideo hoc nomen accepit, quia regressus a Graecia dixit se didicisse orbem ad celeritatem rotae figuli torqueri. *August. civ. d. 5, 3* 'de argumento, quod ex rota figuli Nigidius mathematicus adsumpsit in quaestione geminorum'. frustra itaque adfertur nobile illud commentum de figuli rota, quod respondisse ferunt Nigidium hac quaestione turbatum, unde et Figulus adpellatus est. dum enim rotam figuli vi qua potuit intorsisset, currente illa bis numero de atramento tamquam uno eius loco summa celeritate percussit; deinde inventa sunt signa quae fixerat desistente motu, non parvo intervallo in rotae illius extremitate distantia. 'sic' inquit 'in tanta rapacitate caeli, etiamsi alter post alterum tanta celeritate nascatur, quanta rotam bis ipse percussi, in caeli spatio plurimum est; hinc sunt' inquit 'quaecumque dissimillima perhibentur in moribus casibusque geminorum'.

*3. Hieron. ad Euseb. chron. ol. 183, 4* [= *a. 709/45*] Nigidius Figulus Pythagoricus et magus in exsilio moritur. *annus natalis posterior non est quam 655/99, cum Nigidius a. 695/59 praetor fuerit (test. 6).*

*4. Cic. pro Sulla 41* [*a. 691/63*] introductis in senatum indicibus constitui senatores, qui omnia indicum dicta interrogata responsa perscriberent. at quos viros! non solum summa virtute et fide, cuius generis erat in senatu facultas maxima, sed etiam quos sciebam memoria scientia celeritate scribendi facillime quae dicerentur persequi posse, C. Cosconium —, M. Messallam —, P. Nigidium, App. Claudium. credo esse neminem, qui his hominibus ad vere referendum aut fidem putet aut ingenium defuisse. *Plut. An seni resp. ger. sit 27* *Κικέρων δὲ αὐτὸς ὁμολογεῖ τὰ κάλλιστα καὶ μέγιστα τῶν συμβουλευμάτων, οἷς ὤρθωσεν ὑπατεύων τὴν πατρίδα, μετὰ Ποπλίου Νιγιδίου τοῦ φιλοσόφου συνθεῖναι.* *Plut. Cic. 20* *ὁμοίως δὲ [παρώξυνεν Κικέρωνα ἐπὶ τοὺς ἄνδρας] καὶ Κόιντος ὁ ἀδελφὸς καὶ τῶν ἀπὸ φιλοσοφίας ἑταίρων Πόπλιος Νιγίδιος, ᾧ τὰ πλεῖστα καὶ μέγιστα παρὰ τὰς πολιτικὰς ἐχρῆτο πράξεις.*

*5. Cic. ad Att. 2, 2, 3* [*a. 694/60*] sed heus tu, ecquid vides *Kalendas venire,* Antonium non venire? iudices cogi? nam

ita ad me mittunt, Nigidium minari in contione se iudicem, qui non adfuerit, compellaturum.

*6. Cic. ad Q. fr. 1, 2, 16* [*a. 695/59*] praetores habemus amicissimos et acerrimos cives, Domitium Nigidium Memmium Lentulum.

*7. Cic. Tim. 2* qui [*P. Nigidius*] cum me in Ciliciam proficiscentem Ephesi expectavisset Romam ex legatione ipse decedens venissetque eodem Mytilenis mei salutandi et visendi causa Cratippus Peripateticorum omnium, quos quidem ego audierim, meo iudicio facile princeps, perlibenter et Nigidium vidi et cognovi Cratippum. ac primum quidem tempus salutationis in percontatione consumpsimus . . .

*8. Cic. ad Att, 7, 24* [*a. 705/49*] ecce postridie Cassi litterae Capua a Lucretio familiari eius, Nigidium a Domitio Capuam venisse. eum dicere Vibullium cum paucis militibus e Piceno currere ad Gnaeum, confestim insequi Caesarem, Domitium non habere militum III milia.

*9. Cic. ad fam. 4, 13* [*a. 708/46*] M. Cicero S. D. P. Figulo. *Cicero Nigidium exsilii fortuna adflictum consolatur, unum omnium doctissimum et sanctissimum et sibi certe amicissimum appellans.*

*10. Cic. Tim. 1, 1* multa sunt a nobis et in Academicis conscripta contra physicos et saepe ⟨cum⟩ P. Nigidio Carneadeo more et modo disputata. fuit enim vir ille cum ceteris artibus, quae quidem dignae libero essent, ornatus omnibus, tum acer investigator et diligens earum rerum, quae a natura involutae videntur; denique sic iudico post illos nobiles Pythagoreos, quorum disciplina extincta est quodam modo, cum aliquot saecla in Italia Siciliaque viguisset, hunc extitisse, qui illam renovaret.

*11. Schol. Bob. ad Cic. in Vatin. 6, 1 p. 317 Or.* fuit autem illis temporibus Nigidius quidam vir doctrina et eruditione studiorum praestantissimus, ad quem plurimi conveniebant. haec ab obtrectatoribus velut factio minus probabilis iactitabatur, quamvis ipsi Pythagorae sectatores existimari vellent. *cf. test. 3.*

4 velut factio *Buecheler:* veluti actio

*12. Ps-Cic. in Sall. controv. 14* at hercules lapsus aetatis tirocinio postea se correxit [*Sallustius*]. non ita est, sed abiit in sodalicium sacrilegii Nigidiani.

*13. Apul. de mag. 42* memini me apud Varronem philosophum — hoc etiam legere —; itemque Fabium, cum quingentos denarium perdidisset, ad Nigidium consultum venisse; ab eo pueros carmine instinctos indicavisse, ubi locorum defossa esset crumina cum parte eorum, ceteri ut forent distributi; unum etiam denarium ex eo numero habere Catonem philosophum, quem se a pedisequo in stipem Apollinis accepisse Cato *confessus est.*

14. *Suet. Aug. 94* quo natus est die [*Octavianus*], cum de Catilinae coniuratione ageretur in curia et Octavius ob uxoris puerperium serius adfuisset, nota ac vulgata res est P. Nigidium comperta morae causa, ut horam quoque partus acceperit, adfirmasse dominum terrarum orbi natum.

15. *Cass. Dio 45, 1, 3* ἄρτι τε ὁ παῖς [*Octavianus*] ἐγεγέννητο, καὶ Νιγίδιος Φίγουλος βουλευτὴς παραχρῆμα αὐτῷ τὴν αὐταρχίαν ἐμαντεύσατο· ἄριστα γὰρ τῶν καθ' ἑαυτὸν τήν τε τοῦ πόλου διακόσμησιν καὶ τὰς τῶν ἀστέρων διαφοράς, ὅσα τε καθ' ἑαυτοὺς γιγνόμενοι καὶ ὅσα συμμιγνύντες ἀλλήλοις ἔν τε ταῖς ὁμιλίαις καὶ ἐν ταῖς διαστάσεσιν ἀποτελοῦσι, διέγνω καὶ κατὰ τοῦτο καὶ αἰτίαν ὥς τινας ἀπορρήτους διατριβὰς ποιούμενος ἔσχεν. οὗτος οὖν τότε τὸν Ὀκταουΐον βραδύτερον ἐς τὸ συνέδριον διὰ τὸν τοῦ παιδὸς τόκον (ἔτυχε γὰρ βουλὴ οὖσα) ἀπαντήσαντα ἀνήρετο, διὰ τί ἐβράδυνε· καὶ μαθὼν τὴν αἰτίαν ἀνεβόησεν, ὅτι δεσπότην ἡμῖν ἐγέννησας. καὶ αὐτὸν ἐκταραχθέντα ἐπὶ τούτῳ καὶ διαφθεῖραι τὸ παιδίον ἐθελήσαντα ἐπέσχεν εἰπών, ὅτι ἀδύνατόν ἐστι τοιοῦτόν τι αὐτὸ παθεῖν. *cf. Zonar. annal. 10, 13. Cedrenus I p. 301 ed. Bonn.*

16. *Lucan. Phars. 1, 639 sq.*

at Figulus, cui cura deos secretaque caeli
nosse fuit, quem non stellarum Aegyptia Memphis
aequaret visu numerisque moventibus astra,
aut hic errat, ait, nulla cum lege per aevum
mundus et incerto discurrunt sidera motu,
aut si fata movent, urbi generique paratur
humano matura lues.

17. *Gell. 19, 14, 1—3* aetas M. Ciceronis et C. Caesaris praestanti facundia paucos habuit, doctrinarum autem multiformium variarumque artium, quibus humanitas erudita est, columina habuit M. Varronem et P. Nigidium. — Nigidianae autem commentationes non proinde in volgus exeunt, et obscuritas subtilitasque earum tamquam parum utilis derelicta est. *4, 9, 1* Nigidius Figulus homo, ut ego arbitror, iuxta M. Varronem doctissimus *4, 16, 1* M. Varronem et P. Nigidium viros Romani generis doctissimos *10, 11, 1* P. Nigidius homo in omnium bonarum artium disciplinis egregius *11, 11, 1* P. Nigidii hominis in studiis bonarum artium praecellentis, quem M. Cicero ingenii doctrinarumque nomine summe reveritus est *13, 10, 4* P. Nigidius homo inpense doctus *15, 3, 5* P. Nigidii hominis eruditissimi *17, 7, 4* P. Nigidius civitatis Romanae doctissimus *cf. test. 4. 10.*

18. *Serv. Aen. 10, 175* Nigidius autem solus est post Varronem, licet Varro praecellat in theologia, hic in communibus litteris; nam uterque utrumque scripserunt.

SCRIPTORUM

*19. Quint. 11, 3, 143* togam veteres ad calceos usque demittebant, ut Graeci pallium. idque ut fiat, qui de gestu scripserunt circa tempora illa, Plotius Nigidiusque praecipiunt.

*20. operis 'de diis' usque ad decem et novem libros testimonia extant, ad quod certo pertinent fr. 42—45.*

*21. Lydus de ostent. 45* ὁ Νιγίδιος ἐν τῇ τῶν ὀνείρων ἐπισκέψει *de* ἐφέμηρος βροντοσκοπία *cf. Laur. Lyd. de ost. c. 27 sq. et Wachsmuth p. XXXVIII.*

*22. Serv. Dan. georg. 1, 218* Nigidius commentario sphaerae graecanicae *idem g. 1, 19* Nigidius sphaerae barbaricae

*23. Gell. 2, 22, 31* in secundo librorum, quos de vento composuit *nominatus etiam liber quartus reperitur (Schol. Bern. georg. 1, 428).*

*24. Serv. Dan. Aen. 1, 177* Nigidius de hominum naturalibus IV

*25. reliqua scripta infra in fragmentis sunt.*

DOCTRINAE

*26. Gell. 4, 16, 1 = Varro test. (de genet. senatuis)*

---

*Nigidii reliquias grammaticas post A Riccoboni (Bas. 1579) et I Rutgers, Var. Lect. (Leiden 1618) collegerunt Egger, Lat. serm. vet. rell. sel. (Paris 1843) p. 50 sq.; Swoboda, P. Nigid. Fig. operum rell. (Vindobonae 1889) p. 67 sq. cf. M Hertz, de P. Nig. Fig. studiis atque operibus (Berol. 1845). I Klein, Quaestt. Nigid. (Bonn 1861). H Roehrig, de Nig. Fig. capp. II (Coburg 1887). Giambelli, de P. Nig. Figulo (Pinerolii 1895).*

## B. FRAGMENTA

### COMMENTARIORUM GRAMMATICORUM

*libri usque ad viginti novem numerantur, quorum inter se rationem nullam certam fuisse ex fragmentis 1—15 apparet. qua de re cf. Swoboda p. 4 sq. opus ante Varronis libros De l. Lat. et De serm. Lat. scriptum est (cf. Varro infra).*

*1 [1 Swoboda]*

*lib. IV.* sempiternum inmortalium rerum, perpetuum mortalium est; perpetuitas enim in nostra natura est, quae perpeti accidentia potest, sempiternitas infinita est, eo quod semper.

*Suet. verb. diff. p. 289 R.* sempiternum et perpetuum. Nigidius in libro quarto ait: sempiternum — semper. *cf. Isid. diff. verb. 496.*

*2* [*2*]

*l. IX.* ita irascere. quid nunc irascitur?

*Non. p. 127,8* irascere pro irasci. Pomponius: [*v. 30 Ribb.*[3]]. Nigidius commentariis [*ita Quicherat:* commento *vel* commentio *codd., ortum ex* comment.] grammaticis lib. IX: ita — irascitur.

quod (*Rutgers*) nunc irasci dicitur *Quicherat*

*3* [*3*]

*l. X.* dicemus quae vetustate deteriora fiunt vetustiscere, inveterascere quae meliora.

*Non. p. 437, 23* vetustiscere et veterascere. quid intersit Nigidius commentariorum grammaticorum [*ita Quich.*: commentator grammaticus] lib. X deplanavit: dicemus — meliora.

1 dicimus *Quich.* dicens *Roth* 2 quam *Lugd.*

*4* [*4*]

*l. XI.* 'religentem esse oportet, religiosum nefas'. — hoc inclinamentum semper huiuscemodi verborum, ut vinosus mulierosus religiosus, significat copiam quandam inmodicam rei, super qua dicitur. quocirca religiosus is appellabatur, qui nimia et superstitiosa religione sese alligaverat, eaque res vitio assignabatur.

*Gell. 4, 9, 1 sq.* Nigidius Figulus — in undecimo commentariorum grammaticorum versum ex antiquo carmine refert memoria hercle dignum [*I p. 297 Ribb.*[3]]: religentem — nefas. cuius autem id carmen sit non scribit. atque in eodem loco Nigidius: hoc inquit inclinamentum — assignabatur. *cf. Cic. de nat. d. 2, 75. Non. p. 431, 23. Masur. Sab. apud Gell. 4, 9, 8. Serv. Aen. 8, 349. Nigidium impugnat Gellius ibid. § 12. quod Nonius p. 379, 2 ex eodem Nigidii libro aliam explicationem vocis 'religiosus' addit, id perperam ex Gellio ibid. § 5 exscriptum esse complures perspexerunt. cf. Hertz, Fleck. Jahrbb. 85, 788 sq. Kretzschmer, de Gell. font. p. 31.*

*1 ted* esse *Fleckeisen* esse ted *Ribb.* religiosus ne *fuas Fleck.* *set* religiosum nefas *coni.* Hertz

*5* [*9*]

*l. XVIII.* itaque ex re in Saliaribus [*18 Maur.*] 'adtanus tintinnat', id est sonat.

*Non. p. 40, 12* tintinnire dicitur sonare, unde et tintinnacula sunt appellata. Afranius Vopisco: [*v. 392 Ribb.*[3]]. Nigidius lib. XVIII: itaque — sonat. *haec ab Hertz post Rutgers libris 'de diis' adscribuntur, sed cf. Swoboda p. 15 sq. ceterum opus 'de diis' bis tantum a Nonio libri numero omisso commemoratur.*

ex re] aere *vel* ex aere *vg.* 2 attanus *Swoboda* Albanus *Lipsius* tintinat *Harl.* id e. s. *Nonio dant alii*

*6* [*10*]

*l. XIX.* id quod dico huius modi est: uti facit ποιε⟨ῖ, i⟩ta facitur ποιεῖται est.

*Non. p. 507, 13* facitur pro fit. Nigidius commentariis [commentatione *codd.*] grammaticis lib. XIX: id quod — est. Titinius Quinto [*v. 95 Ribb.*[3]]: 'stultitia † cupidinis petunt consilium bonum gratia parvi ut faciatur [bonum *Prisc.* bona *Non.* bona bonorum *Hermann* parvi ut *Prisc p. 801* ut p. *Non.* parvi *Prisc. p. 789*]'. *Titinii glossa fortasse ex Nigidio fluxit. ceteroqui cf. Prisc. p. 377, 3. 398, 21.*

1 uti *Roth:* tui (cui *Bamb.*) 2 ποιετα facitur tinaetaee (-ta esse): *em. Roth*

*7* [*11*]

*l. XX.* cuius modi genus adverbiorum a verbis motus quod venit, ut expulsim cursim

*Non. p. 104, 28* expulsim dictum a frequenti pulsu —. Nigidius conmentariorum lib. XX: cuius modi — cursim. *cf. CGL V 641, 5.*

1 adverbiorum adverbii motu quae: *em. Mercier* 2 quae veni⟨un⟩t *Lindsay*

*8* [*34*]

*l. XXIII.* legis veteris Atiniae verba sunt [*Font. iur. R. p. 45, 6 Br.*[5]]: 'quod subruptum erit, eius rei aeterna auctoritas esto'. quis aliud putet in hisce verbis quam de tempore tantum futuro legem loqui? sed Q. Scaevola [*fr. 9*] patrem suum [*resp.*] et Brutum [*resp.*] et Manilium [*resp.*] viros adprime doctos quaesisse ait dubitasseque, *utrum ne in post* facta modo furta lex valeret an etiam

in ante facta, quoniam 'subruptum erit' utrumque tempus videretur ostendere tam praeteritum quam futurum. itaque P. Nigidius — super dubitatione hac eorum scripsit in tertio vicesimo grammaticorum commentariorum. atque ipse quoque idem putat incertam esse temporis demonstrationem, sed anguste perquam et obscure disserit, ut signa rerum ponere videas ad subsidium magis memoriae suae quam ad legentium disciplinam. videbatur tamen hoc dicere suum verbum et ⟨'est'⟩ esse et 'erit': quando per sese ponuntur, habent atque retinent tempus suum; cum vero praeterito iunguntur, vim temporis sui amittunt et in praeteritum contendunt. cum enim dico 'in campo est' et 'in comitio est', tempus instans significo; item cum dico 'in campo erit', tempus futurum demonstro; at cum dico 'factum est, scriptum est, subruptum est', quamquam 'est' verbum temporis est praesentis, confunditur tamen cum praeterito et praesens esse desinit. sic igitur inquit etiam istud, quod in lege est: si dividas separesque duo verba haec 'subruptum' et 'erit', ut sic audias 'subruptum ⟨erit⟩' tamquam 'certamen erit' aut 'sacrificium erit', tum videbitur lex in postfuturum loqui; si vero copulate permixteque dictum intellegas, ut 'subruptum erit' non duo, sed unum verbum sit itaque finita patiendi declinatione sit, tum hoc verbo non minus praeteritum tempus ostenditur quam futurum.

*Gell. 17, 7* legis veteris — futurum. *de Nigidio totius capitis auctore cf. Kretzschmer l. c. p. 8.*

2 surruptum  3 alius (-iis *Voss. Lat. F 112*) *codd.: em. vg.*  10 hac *Voss. idem m. 2* h(a)ec *rell.*  11 gramm.] com(m)aticorum  14 videatur *Klein*  16 est *add. Hertz*  18 admittunt *Paris.*  19 concedunt *vg.*  20 significatio *Voss. Lat. F 7*  23 est *post.*] *Paris. om. Voss. Lat. F 7* sit *rell.*  27 erit *add. Hertz*  30 ut] vis *Paris. Voss. Lat. F 7*  31 itaque *Paris.* itque *Voss. idem* idque *rell. vg.* finita *scripsi:* unita

*9 [35]*

*l. XXIV.* deinde voculatio qui poterit servari,

si non sciemus in nominibus, ut Valeri, utrum interrogandi sint an vocandi? nam interrogandi secunda syllaba superiore tonost quam prima, deinde novissima deicitur; at in casu vocandi summo tonost prima, deinde gradatim descendunt.

*Gell. 13, 26, 1* P. Nigidii verba sunt ex commentariorum grammaticorum vicesimo quarto —: deinde inquit voculatio — descendunt. sic quidem Nigidius dici praecipit. sed si quis nunc Valerium appellans in casu vocandi secundum id praeceptum Nigidii acuerit primam, non aberit quin rideatur. summum autem tonum *προσῳδίαν* acutam dicit et, quem accentum nos dicimus, voculationem appellat et casum interrogandi eum dicit, quem nunc nos genetivum dicimus. *cf. Lucil. fr. 10a. Varro infra. Serv. Aen. 1, 451. Prisc. p. 302, 13. Schoell, acta soc. phil. Lips. 6, 58.*

2 valerii   4 super.] si interiore *Voss. Lat. F 112*

## *10* [*36*]

*l. XXIV.* si huius amici vel huius magni scribas, unum i facito extremum; sin vero hi magni, hi amici casu multitudinis recto, tum ⟨i⟩ ante i scribendum erit, atque id ipsum facies in similibus.

*Gell. ibid. 4* id quoque in eodem libro Nigidiano animadvertimus: si huius inquit amici — similibus. *cf. Mar. Vict. p. 17, 21. in genetivo simpliciter per i significando Nigidius Lucilium (fr. 10a. 10b) contra Varronem sequitur, in nominativo plurali Accii geminationis rationem (Acc. fr. 24) dilatat; quominus enim ei pro ī, ut in codd. praeter Parisinum est, scripsisse credatur fr. 18 impedire videtur. ceteroqui cf. Swoboda p. 22 sq. de alia cum Accio similitudine fr. 17.*

2 sui *Paris*   hi *Paris. Magliab. Regin. 597* hii *rell.*   magni *Paris.* magnei *et* amicei *Regin. 597 et 1646 Voss. Lat. F 112*   3 hi *Magliab. Regin. 597* hii *rell.*   causa *Paris.*   ⟨i⟩ *add. Eussner*   4 erit *Paris.* erit e *rell.*

## *11* [*37*]

*l. XXIV.* si huius terrae scribas, i littera sit extrema, si huic terrae, per e scribendum est.

*Gell. ibid.* item: si huius — est. cf. Lucil. fr. 11a. Paul. *Fest. p. 25, 14* ae *syllabam* antiqui Graeca consuetudine per ai

scribebant, ut aulai Musai. *cf. Ter. Scaur. p. 24, 10. Papirian. ap. Cassiod. orth. p. 158, 10.*

1 terr(a)e *codd.* terrai *vg.*

*12* [*38*]

*l. XXIV.* mi qui scribit in casu interrogandi, velut cum dicimus mi studiosus, per i unum scribat, non per e; at cum mei, tum per e et i scribendum est, quia dandi casus est.

*Gell. ibid.* item: mi qui — casus est. *de dativo 'mei' cf. Swoboda p. 23.*

1 *et* 2 mei *vel* miei *codd.: cf. Buecheler, Lat. decl. p. 112*[2] 2 studiosis *Paris. Voss. Lat. F 7* 3 ac *iidem codd., Magliab. Regin. 597 m. 1* miei *Voss. Lat. F 7*

*13* [*40*]

*l. XXV.* nixurit, qui niti vult et in conatu saepius aliqua re perpellitur.

*Non. p. 144, 18* nixurire, niti velle. Nigidius commentariorum grammaticorum XXV: nixurit — perpellitur. *cf. CGL V 644, 58.*

1 nuxust re *Lugd.* in eo natu *Lugd. m. 1* 2 repellitur *Madvig* praepeditur *L Mueller*

*14* [*42*]

*l. XXIX.* avarus non simplex vocabulum sed iunctum copulatumque esse P. Nigidius dicit in commentariorum undetricesimo. avarus enim inquit appellatur qui avidus aeris est. sed in ea copula e littera inquit detrita est.

*Gell. 10, 5, 1* avarus – detrita est. *cf. Gloss. Reiff. 21* (*Rh. Mus. 16, 7*). *Non. p. 442, 9. Isid. or. 10, 9. diff. verb. 4. CGL IV 311, 51.*

2 P.] p *Paris. om. rell.* 3 appellatus *Magliab. Regin. 597*

*15* [*44*]

*l. XXIX.* locupletem dictum ait [*P. Nigidius*] ex conpositis vocibus, qui pleraque loca, hoc est qui multas possessiones teneret.

*Gell. ibid. 2* item locupletem — teneret. *cf. Cic. de re p. 2, 16* (= *Non. p. 42, 22. Isid. or. 10, 156*). Ovid. fast. 5, 281. *Paul.*

*Fest. p. 119, 2. Quint. 5, 10, 55. Plin. n. h. 18, 11. Inc. de diff. CGK VII 525, 4. Isid. diff. verb. 137. 166. schol. Ter. heaut. 2, 3, 17. Anecd. H. p. 277, 19. Gloss. Reiff. 22 (Rh. Mus. 16, 7). CGL IV 110, 27.*

*16* [*53*]

a et o semper principes sunt, i et u semper subditae, e et subit et praeit; ⟨praeit⟩ in Euripo, subit in Aemilio. si quis putat praeire u in his verbis Valerius Vennonius Volusius, aut i in his iampridem iecur iocus iucundum, errabit, quod hae litterae, cum praeeunt, ne vocales quidem sunt.

*Gell. 19, 14* sicuti [*obscura*] sunt quae paulo ante legimus in commentariis eius [*P. Nigidii*], quos grammaticos inscripsit, ex quibus quaedam ad demonstrandum scripturae genus exempli gratia sumpsi. nam cum de natura atque ordine litterarum dissereret, quas grammatici vocales appellant, verba haec scripsit, quae reliquimus inenarrata ad exercendam legentium intentionem: a et o — sunt. *cf. Char. p. 8, 1. Diom. p. 422, 14. 425, 32. Prisc. p. 14, 1. Prob. inst. art. p. 49, 14. de ult. syll. p. 220, 36.*

1 aeto *Voss. Lat. F 112 m. 1* a e i o u *Paris. Voss. Lat. F 7* 2 e] est *iidem codd.* subdit: *em. vg.* praeit *add. Hertz* eumpo subit en *fere codd.* 4 verbis *om. Paris. Voss. Lat. F 7* 5 iocum

*17* [*54*]

inter litteram n et g est alia vis, ut in nomine anguis et angari et ancorae et increpat et incurrit et ingenuus. in omnibus his non verum n sed adulterinum ponitur. nam n non esse lingua indicio est; nam si ea littera esset, lingua palatum tangeret.

*Gell. ibid. 7* item ex eodem libro verba haec sunt: inter litteram — tangeret. *cf. Accius fr. 25. Varro de orig. ling. Lat. I.*

1 *et* 3 n *om. Paris. Voss. Lat. F 7* 2 anc.] angore *iid. codd.* 3 enim *ante* his *codd. praeter Paris. Voss. Lat. F 7* 4 indictio *Magliab. Regin. 597 Voss. Lat. F 112* iuditio *Voss. Lat. F 7*

*18* [*55*]

Graecos *non* tantae inscitiae arcesso, qui ου

ex *o* et *v* scripserunt, ⟨quantae⟩ qui ei ex e et i; illud enim inopia fecerunt, hoc nulla re subacti.

*Gell. ibid. 8* alio deinde in loco ita scriptum: Graecos — subacti. *cf. Accius fr. 24. Lucil. fr. 10.*

1 notat(a)e *Paris. Voss. Lat. F 7* 2 o et *v*] o. ei. (oei) *iidem codd.* quantae *add. vg.* ei] i *Hertz* e et ei *Paris.*

## *19* [*56*]

Nigidius Figulus in commentariis suis nec k posuit nec q nec x.

*Mar. Vict. p. 8, 16* Nigidius — nec x. *idem p. 21, 1* postea quam a Graecis ξ et a nobis x recepta est, abiit et illorum et nostra perplexa ratio et in primis observatio Nigidii, qui in libris suis x littera non est usus antiquitatem sequens. *cf. Accius fr. 26. Varro infra.*

## *20* [*57*]

idem [*Nigidius Figulus*] h non esse litteram, sed notam adspirationis tradidit.

*Mar. Vict. p. 8, 16* idem — tradidit. *cf. Varro infra.*

## *21* [*39*]

quas Graeci προσῳδίας dicunt, eas veteres docti tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum voculationes appellabant; quod nunc autem barbare quem loqui dicimus, id vitium sermonis non barbarum esse, sed rusticum et cum eo vitio loquentes rustice loqui dictitabant. P. Nigidius in commentariis grammaticis: rusticus fit sermo inquit, si adspires perperam.

*Gell. 13, 6* quas Graeci — perperam. *de prosodiarum appellationibus, quas Nigidius respicit, cf. Swoboda p. 76 adn. ista autem ad lib. XXIV pertinere videntur; vd. fr. 9. ceteroqui cf. Cic. orat. 160. Quint. 1, 5, 22. Diom. p. 431, 1. Serv. in Don. p. 426, 7. Pomp. comment. p. 125, 36. Mar. Vict. p. 43, 26. Audax exc. p. 329, 12. Dosith. p. 377, 6. fragm. Bob. p. 539, 17. Mart. Cap. 3, 273. Rhet. Lat. min. 19, 5 H. Isid. or. 1, 18. CGL VI 12. Schoell, acta soc. phil. Lips. 6, 89. Birt, der Hiat. b. Plaut. (Marb. 1901) p. 155.*

*22* [*12*]

sunt etiam adsimulanter dicta haec, canatim suatim bovatim, quae ab animalibus sumuntur.

*Non. p. 40, 21* canatim suatim bovatim, canum et suum et boum genere. Nigidius commentariis grammaticis [conmen *vel* commento grammo *codd.*]: sunt — sumuntur.

1 adsimutanter *Lugd.*

*23* [*41*]

nomina verbaque non positu fortuito sed quadam vi et ratione naturae facta esse P. Nigidius in grammaticis commentariis docet, rem sane in philosophiae discertationibus celebrem. quaeri enim solitum aput philosophos, *φύσει τὰ ὀνόματα* sint *ἢ θέσει.* in eam rem multa argumenta dicit, cur videri possint verba esse naturalia magis quam arbitraria. ex quibus hoc visum est lepidum et festivum: vos inquit cum dicimus, motu quodam oris conveniente cum ipsius verbi demonstratione utimur et labeas sensim primores emovemus ac spiritum atque animam porro versum et ad eos, quibuscum sermocinamur, intendimus. at contra cum dicimus nos, neque profuso intentoque flatu vocis neque proiectis labris pronuntiamus, sed et spiritum et labeas quasi intra nosmet ipsos coercemus. hoc idem fit et in eo, quod dicimus tu ego et tibi et mihi. nam sicuti, cum adnuimus et abnuimus, motus quidam ille vel capitis vel oculorum a natura rei quam significat non abhorret, ita in his vocibus quasi gestus quidam oris et spiritus naturalis est. eadem ratio est in Graecis quoque vocibus, quam esse in nostris animadvertimus.

*Gell. 10, 4* nomina — animadvertimus. *cf. Chrysipp. apud Galen. V p. 216 K. R Schmidt, de Stoic. grammat. p. 34.*

3 diserationibus *Voss. Lat. F 112* disceptationibus *Mercklin, sed cf. Goetz, Arch. f. Lat. Lex. 2, 347* 5 TᏧO nominata sunt (sint *Bern.*) *Bern. Paris. Voss. Lat. F 7* 6 d. cur] dr *Bern. Voss. idem* dnr *Paris.* natura (*ex* natu Paris.) alia iidem

*codd.* 8 inquit] enim *Regin. 1646* 10 *et* 15 labas *Magliab. Regin. 597 et 1646. Voss. Lat. F 112* 11 quibus conserm. (cumserm. *Voss. Lat. F 7*) *Bern. Voss.* 16 tu *om. Voss. Lat. F 7* tum *Paris. Bern.* tu et *Regin. 1646* 20 id iam hi(i)s (iambis *Bern.*) *Bern. Paris. Voss. Lat. F 7* ita iam his *Hertz*

## *24* [*51*]

invenimus in commentario Nigidiano verbum 'autumo' compositum ex 'ab' praepositione et verbo 'aestumo' dictumque intercise autumo quasi abaestumo, quod significaret totum aestumo, tamquam abnumero.

*Gell. 15, 3, 4* invenimus autem in — abnumero. sed, quod sit cum honore multo dictum P. Nigidii hominis eruditissimi, audacius hoc argutiusque esse videtur quam verius. *Macrob. exc. CGK V 600, 19* Nigidius tamen putat verbum autumo ⟨ex⟩ eadem praepositione conponi, quasi abaestimo, sicut abnumero idem est et numero. *id. exc. Bob. ibid. p. 632, 6* Nigidius in commentariis grammaticalibus verbum autumo conpositum ait ex praepositione ab et verbo aestimo, dictumque intercise autumo, tamquam si diceretur abaestimo, quod significaret totum aestimo. *id ibid. p. 637, 27 eadem repetit Nigidio appellato. cf. Cic. orat. 158. Quint. 1, 5, 69. Prisc. p. 18, 14. 39, 3. 46, 16. Macrob. exc. ibid. p. 600, 17. 637, 20. Vel. Long. p. 60, 7. Ann. Corn. ap. Cassiod. orth. p. 161, 22. Anecd. H. p. 295, 24. CGL IV 23, 6.*

2 ab *vg.* eau *Magliab. m. 1* au *Magliab. m. 2 et rell.*

## *25* [*43*]

quia qui parcior est, suo contentus est, quod avarus non facit.

*Serv. Dan. georg. 1, 47* avari, id est quamvis avari. et plus est quam si dixisset parci. Nigidius: quia — facit. *haecine in lib. XXIX erant? (cf. fr. 14); nam de commentario grammatico nulla dubitatio est (cf. etiam eundem Serv. ad fr. 27).*

## *26* [*5*]

bibendi avidum P. Nigidius in commentariis grammaticis bibacem et bibosum dicit.

*Gell. 3, 12, 1* bibendi — dicit. bibacem ego ut edacem [ego vedacem *codd.*] a plerisque aliis dictum lego, bibosum dictum *nondum etiam usquam* repperi, nisi apud Laberium; neque

aliud est quod simili inclinatu dicatur. non enim simile est ut vinosus aut vitiosus ceteraque, quae hoc modo dicuntur, quoniam a vocabulis, non a verbo inclinata sunt. Laberius in mimo, qui Salinator inscriptus est, verbo hoc ita utitur [*v. 80 Ribb.*[3]]: 'non mammosa non annosa non bibosa non procax'. *cf. CGL II 414, 48. Laberiine versus a Nigidio allatus sit dubito (cf. Kretzschmer ibid. p. 55 et contra Roehrig l. c. p. 12). de collocatione huius fr. cf. fr. 4, cui fortasse adiungendum est.*

*27* [*62*]

φορβή ⟨herba⟩. sed antea fibra dicta est, ut nunc etiam rustici dicunt.

*Serv. Dan. georg. 1, 120* 'et amaris intiba fibris' . . . . alii fibras proprie dicunt rei cuiusque extremitates —. alii fibras herbas adserunt, ut Nigidius commentario grammaticali: φορβή — dicunt. *cf. Paul. Fest. p. 84, 4. 90, 3. Isid. or. 11, 1, 126.*

1 herba *add. Commelinus. cf. Salmasius, exercit. Plin. p. 280 D.*

*28* [*50*]

frater est dictus quasi fere alter

*Gell. 13, 10, 4* fratris autem vocabulum P. Nigidius — non minus arguto subtilique ἐτύμῳ [*quam Labeo Ant. fr. 7*] interpretatur; frater inquit est — alter. *Non. p. 35, 32* fratrum proprietatem Nigidius acutissime dixit: frater est inquit dictus — alter. (= *Fest. p. 90, 7. CGL V 650, 47*). *cf. Macrob. 1, 17, 65. Anecd. H. p. 238, 28. Gloss. Reiff. 43 (Rh. Mus. 16, 11). Isid. or. 9, 6, 5.*

*29* [*47*]

infestum est a festinando dictum; nam qui instat alicui eumque properans urget opprimereque eum studet festinatque, aut contra de cuius periculo et exitio festinatur, is uterque infestus dicitur ab instantia atque imminentia fraudis, quam vel facturus cuipiam vel passurus est.

*Gell. 9, 12, 6* nos igitur de origine et ratione verbi quaerebamus atque ita in Nigidianis scriptum invenimus: infestum — instat inquit alicui — passurus est. *Non. p. 51, 16* infesti proprietatem hanc esse Nigidius voluit, quasi nimium festinantis ad scelus *vel ad fraudem. cf. Non. p.* 129, 12. CGL V 650, 54.

*Mercklinio totum fere Gellii caput Nigidio tribuenti recte opinor Swoboda post alios adversatur; vd. p. 6 sq.*

1 est *om. Bern. Magliab. Regin. 1646* 3 at *Magliab. Regin. idem* cuius *Mercier:* alicuius

*30* [*48*]

mature est, quod neque citius est neque serius, sed medium quiddam et temperatum est.

*Gell. 10, 11, 1* mature nunc significat propere et cito contra ipsius verbi sententiam; aliud enim est mature, quam dicitur. propterea P. Nigidius —: mature inquit est — temperatum est. bene atque proprie P. Nigidius; nam et in frugibus et in pomis matura dicuntur, quae neque cruda et inmitia sunt neque caduca et decocta, sed tempore suo adulta maturataque. *Macrob. 6, 8, 8* Nigidius — mature inquit est — temperatum est. bene atque proprie Nigidius; nam — caduca et nimium cocta sed tempore suo temperate adulta. *pariter ex Gellio Serv. Dan. georg. 1, 260* Aulus Gellius: mature veluti celeriter dicimus. Nigidius mature fieri, quod neque cito neque tarde fiat; quod hinc debet intellegi, quia poma, quae neque acerba sint neque putrida, matura dicuntur. *hanc extremam explicationem Nigidii, non Gellii fuisse verisimile est. cf. etiam Char. p. 204, 25. Non. p. 51, 18. Serv. Aen. 1, 137. Cato fr. 10. de commentariis grammaticis hic intellegendis cf. Hertz l. c. p. 46.*

1 est *alt.*] *om. Macrob.*

*31* [*49*]

inter mendacium dicere et mentiri distat. qui mentitur, ipse non fallitur, alterum fallere conatur; qui mendacium dicit, ipse fallitur.

*Gell. 11, 11, 1* verba sunt ipsa haec P. Nigidii —: inter mendacium — fallitur. *Non. p. 441, 11* mentiri et mendacium dicere quem ad modum distent Publius Nigidius — manifestissime separavit: qui mentitur — ipse fallitur. *cf. Isid. or. 10, 176. diff. verb. 220 (= Cato fr. 14). 357. 381. Gloss. Reiff. 29 (Rh. Mus. 16, 8). licet disertum testimonium desit, hoc et fr. 31ᵃ, 31ᵇ ad commentarios grammaticos Rutgers auctore recte sine dubio referuntur; cf. Kretzschmer ibid. p. 56 et supra fr. 1. 3. 4.*

2 non falsus *Nonius*

*31ᵃ* [*49*]

*qui mentitur* fallit, quantum in se est, at

qui mendacium dicit ipse non fallit, quantum in se est.

*Gell. ibid. 2* item hoc addidit: qui m. inquit fallit — in se est.

*31$^b$ [49]*

vir bonus praestare debet ne mentiatur, prudens ne mendacium dicat; alterum incidit in hominem, alterum non.

*Gell. ibid. 3* item hoc quoque super eadem re dicit: vir bonus — alterum non. varie me hercule et lepide Nigidius tot sententias in eandem rem, quasi aliud atque aliud diceret, disparavit. *Non. p. 441, 13* [*post fr. 31*] quantum in se est, vir bonus — alterum non.

1 et ne *Nonius* 2 iudicet in homine *item*

*32 [52]*

'quin' particula, quam grammatici coniunctionem appellant, variis modis sententiisque conectere orationem videtur. aliter enim dici putatur, cum quasi increpantes vel interrogantes vel exhortantes dicimus 'quin venis?' 'quin legis?' 'quin fugis?', aliter cum ita confirmamus 'non dubium est quin M. Tullius omnium sit eloquentissimus', aliter autem, cum sic componimus, quod quasi priori videtur contrarium 'non idcirco causas Isocrates non defendit, quin id utile esse et honestum existumarit'; a quo illa significatio non abhorret, quae est in tertia origine M. Catonis [*fr. 73 P.*]: 'haut eos' inquit 'eo postremum scribo, quin populi et boni et strenui sient'. in secunda quoque origine M. Cato non longe secus hac particula usus est [*fr. 36 P.*]: 'neque satis' inquit 'habuit, quod eum in occulto vitiaverat, quin eius famam prostitueret'. praeterea animadvertimus Quadrigarium in octavo annalium particula ista usum esse obscurissime. verba ipsius posuimus [*fr. 70 P.*]: 'Romam venit; vix superat, quin triumphus decernatur'. item in sexto annali eiusdem verba haec sunt [*fr. 58 P.*]: 'paene factum est, quin castra relinquerent atque cederent hosti'. non me autem praeterit dicere aliquem posse de summo *pectore nil esse in his* verbis negotii; nam quin utrobique

positum pro ut planissimumque esse, si ita dicas: 'Romam venit; vix superat ut triumphus decernatur'; item alio in loco: 'paene factum est ut castra relinquerent atque cederent hosti'. sed utantur sane, qui tam expediti sunt, perfugiis commutationum in verbis, quae non intelleguntur, utantur tamen, ubi id facere poterunt, verecundius. hanc vero particulam, de qua dicimus, nisi si quis didicerit compositam copulatamque esse neque vim tantum coniungendi habere, sed certa quadam significatione factam, numquam profecto rationes ac varietates istius comprehensurus est. quod quia longioris dissertationis est, poterit, cui otium est, reperire hoc in P. Nigidii commentariis, quos grammaticos inscripsit.

*Gell. 17, 13* quin particula — inscripsit. *cf. Prisc. III 100, 16. 467, 34. Donat. Ter. phorm. 3, 2, 1*[3]. *CGL VII 173. Gloss. Reiff. 41 (Rh. Mus. 16, 10). ista hic inter origines explicationesve vocum recepimus, cum Nigidius 'quin' particulae non solum vim coniungendi, sed originem etiam significationemque aperuerit. de toto Gellii capite Nigidio vindicando communis est consensus.*

8 causa (-sam *Paris.*) si socrates *Paris. Voss. Lat. F 7* causam hanc non def. socrates *Gloss. Reiff.* 12 fient *iidem codd.* secundo q. originum m. catonis *Regin. 1646* 15 enim advertimus *Voss. Lat. F 112 et 7* 20 hosti *om. Paris.* 26 hostis educantur (caduc-*Paris.*) *Paris. Voss. Lat. F 7* 27 perfugii: *em. vg.* 29 vero *om. iid. codd.* si *Paris om. rell.* 32 veritates *Paris.*

*33* [*58*]

clamat, quiritatur

*Non. p. 21, 18* quiritare est clamare, tractum ab is qui Quirites invocant. Lucilius saturarum lib. VI [*261 Ma.*]: 'haec, inquam, rudet e rostris atque heiulitabit, / concursans veluti Ancarius, clareque quiritans'. Nigidius commentariis grammaticis: cl. quir. caries est *etc. Lucilii locus apud Nigidium esse potuit.*

quiritatum: *em. Turnebus, Scaliger* ⟨qui⟩ quir. *Swoboda*

*34* [*45*]

ex Apollinari didicimus vanos proprie dici, non ut *vulgus diceret*, desipientis aut hebetes aut ineptos, sed, ut

veterum doctissimi dixissent, mendaces et infidos et levia inaniaque pro gravibus et veris astutissime componentes; stolidos autem vocari non tam stultos et excordes quam taetros et molestos et inlepidos, quos Graeci μοχϑηροὺς καὶ φορτικούς dicerent. etyma quoque harum vocum et origines scriptas esse dicebat in libris Nigidianis.

*Gell. 18, 4, 10* nos autem postea ex Apollinari — Nigidianis. quas requisitas ego et repertas cum primarum significationum exemplis, ut commentariis harum noctium inferrem, notavi et intulisse iam me aliquo in loco commentationibus istis existimo. *Gellius respicit n. a. 8, 14 lemma* atque ibidem a P. Nigidio origines vocabulorum exploratae (*cf. Hertz, op. Gell. p. 131. Swoboda l. c. p. 17*). *cf. Non. p. 416, 27. Serv. Dan. Aen. 1, 392. 11, 715. Serv. ibid. 2, 80. Isid. or. 10, 279. CGL V 559, 8. — Fest. p. 317ᵃ, 12.*

6 castros *Voss. Lat. F 7* stautros *Paris.* taetros *vel* tetros *rell.* austeros *Hertz* 7 *καί*] ET *Voss. Lat. F 7*

### *35* [*59*]

Nigidius celari quaerit, utrum plenum sit an pressum.

*Don. Ter. phorm. 1, 4, 4* Nigidius — pressum. *de Nigidio hinc et ex fr. 36. 37 Terentii interprete falso existimato vd. Ritschl, Parerg. p. 363 sq.*

### *36* [*60*]

'protinus in pedes'. protinam fuit et sic Nigidius legit.

*Donat. ibid. 1, 4, 13* protinus — legit. *cf. Varro de l. L. 7, 107. Paul. Fest. p. 226, 20. Non. p. 375, 31.*

### *37* [*61*]

non pudere. hic Nigidius adnotavit neminem videri pudere ante delictum.

*Donat. ibid. 2, 1, 3* non pudere — delictum.

## EX AUGURII PRIVATI LIBRIS

### *38* [*80*]

*lib. I.* discrepat dextra: sinistrae, praepes inferae.

*Gell. 7, 6, 10* avibus autem praepetibus contrarias aves inferas appellari Nigidius Figulus in libro primo augurii privati ita dicit: discrepat — inferae. ex quo est coniectare praepetes appellatas quae altius sublimiusque volitent, cum differre a praepetibus Nigidius inferas dixerit. *cf. Fest. p. 205ª, 26. 245ᵇ, 22. Prisc. p. 156, 19. Serv. Aen. 3, 361. Lact. Stat. Theb. 9, 122. Hygin. fr. 6.*

1 praepetes

## EX LIBRO DE EXTIS

### *39* [*81*]

P. Nigidius in libro, quem de extis composuit, bidentes appellari ait non oves solas, sed omnes bimas hostias, neque tamen dixit apertius, cur bidentes.

*Gell. 16, 6, 12* P. autem Nigidius — bidentes. *Macrob. 6, 9, 5* Publius autem Nigidius — neque tamen dixit cur ita appellentur.

### *39ª* [*81*]

Nigidius Figulus dicit bidental vocari, quod bimae pecudes inmolentur.

*Non. p. 53, 20* Laberius in Paupertate: [*v. 69 Ribb.*[3]]. et Nigidius — inmol. *cf. Hygin. fr. 3.*

## EX LIBRO DE ANIMALIBUS

### *40* [*114*]

asilus est musca varia, tabanus, bubus maxime nocens. hic apud Graecos prius myops vocabatur, postea ⟨a⟩ magnitudine incommodi oestrum appellarunt.

*Serv. Dan. georg. 3, 146* Nigidius de animalibus: asilus — appellarunt. *Serv. ibid. 3, 148* οἶστρος autem Graecum est, latine asilus, vulgo tabanus vocatur = *Isid. or. 12, 8, 15. cf. Lact. Stat. Theb. 1, 32. Schol. Bern. g. l. c.*

2 myor *Vatic.: em. Ursinus* 3 a *add. Thilo* incommodi incommodi *Vatic m. 1* magnit. incomm. *m. 2*

## INCERTAE SEDIS

### *41* [*64*]

*Gell. 5, 21, 6* = *Ael. Stilo fr.* 48

*42* [*73*]

sunt qui Ianum eundem esse atque Apollinem et Dianam dicant, et in hoc uno utrumque exprimi numen adfirment. et enim, sicut Nigidius quoque refert, apud Graecos Apollo colitur qui *θυραῖος* vocatur, eiusque aras ante fores suas celebrant, ipsum exitus et introitus demonstrantes potentem; idem Apollo apud illos et *ἀγυιεὺς* nuncupatur, quasi viis praepositus urbanis (illi enim vias, quae intra pomeria sunt, *ἀγυιὰς* appellant); Dianae vero ut Triviae viarum omnium tribuunt potestatem. sed apud nos Ianum omnibus praeesse ianuis nomen ostendit, quod est simile *θυραίῳ*. nam et cum clavi ac virga figuratur quasi omnium et portarum custos et rector viarum. pronuntiavit Nigidius Apollinem Ianum esse Dianamque Ianam adposita d littera, quae saepe i litterae causa decoris adponitur, reditur redhibetur redintegratur et similia.

*Macrob. 1, 9, 5* nam sunt qui — et similia. *hoc fragm. cum fr. 43. 44. 45 fortasse ad opus De diis pertinet. cf. Cornif. fr. 2. Gav. Bass. fr. 9.*

4 ΘΙΡΑΙΟC *Paris.* 6 ΑΤΥΙΕΥC *Bamb. m. 1* 7 viis] vis *Bamb. m. 1* 11 est *om. Paris.*

*43* [*72*]

nostris veteribus caesia dicta est, quae a Graecis *γλαυκῶπις*, ut Nigidius ait, de colore caeli, quasi caelia.

*Gell. 2, 26, 19* nostris autem veteribus — caelia. *cf. Cic. de nat. d. 1, 83. CGL II 95, 39. V 275, 65. Schol. Ter. p. 145 Schlee. de collocatione cf. ad fr. 42.*

1 caetia (-cia *Vatic.*) *Paris. Lugd-Bat. Vatic.*

*44* [*71*]

alii dicunt, ex quibus Nigidius, omnes deos indigetes cognominari, quia nullius indigent.

*Schol. Bern. georg. 1, 498* indigetes a Latinis qui a Graecis *ἔμμυχοι* [ennichi: *em. Sintenis*] dicuntur. alii — indigent. alii indigetes proprie interpretantur, quorum propria nomina ignorantur, ut sunt dii Penates, item dii Lares et dii Consentes, quorum singulorum nomina ignorantur. alii: indigetes proprie sunt *dii ex hominibus* facti, quasi in diis agentes, abusive

ut Aeneas et Romulus. *Schol. cod. Leid. Voss. F 29 ad hunc l.* indigetes omnes dii dicuntur, qui nullius egent, Nigidius dicit. *cf. Lucret. 2, 650. Serv. Aen. 12, 794. georg. 1, 498. mythogr. 3, 2, 1. 2. CGL V 27, 19. 553, 9. aliter Paul. Fest. p. 106, 10. Macrob. somn. Scip. 1, 9, 7. Schol. in Lucan. 1, 556. cf. Agroec. orth. p. 125, 1. de collocatione vd. fr. 42.*

*45* [*70*]

possumus, si videtur, summatim aliquid et de Laribus dicere, quos arbitratur vulgus vicorum atque itinerum deos esse ex eo quod Graecia vicos cognominat λαύρας, in diversis Nigidius scriptis modo tectorum domumque custodes, modo Curetas illos, qui occultasse perhibentur Iovis aeribus aliquando vagitum, modo Digitos Samothracios, quos quinque indicant, graece Idaeos Dactylos nuncupari.

*Arnob. 3, 41* possumus — nuncupari. *cf. Strabo 10, 466. Schol. Arat. 33. Paus. 5, 7, 6. Diom. p. 478, 16. Hygin. fab. 139. Lact. Stat. Theb. 4, 784. de collocatione cf. fr. 42.*

3 λαύρας *Sabaeus:* laude 4 domuumque *edd. vett.* 5 occultas: *em. Gelenius* 7 Graeci *Reifferscheid* deus dactulos: *em. Salmasius*

*46* [*103*]

stiva, gubernaculum aratri, ut Nigidius ait.

*Schol. Bern. georg. 1, 174* stiva — ait. *Serv.* (*Dan.*) *ibid.* stivaque manica aratri, qua regitur, id est gubernaculum. *cf. CGL II 593, 58. V 246, 3. 4. ad grammaticos commentarios rettulit Roehrig l. c. p. 45, ad sphaeram barbaricam Swoboda p. 50.*

DUBIA

*47* [*46*]

rudentes ea causa sapientissimi dictos volunt, quod funes, cum vento verberentur, rudere existimentur, atque hunc sonum proprium funium, non asinorum putant.

*Non. p. 51, 13* rudentes — putant. *de Nigidio auctore cf. Hertz, op. Gell. p. 96 sq.*

2 budere *vel* ludere *multi codd.*

*48* [*deest*]

erat qui diceret legisse se in grammaticis commentariis *P. Nigidii, saltem ex eo* dictum, quod esset 'si aliter', id-

que ipsum dici solitum per defectionem, nam plenam esse sententiam 'si aliter non potest'. sed id nos in isdem commentariis P. Nigidii, cum eos non opinor incuriose legissemus, nusquam invenimus.

*Gell. 12, 14, 1* saltem particula quam haberet principem significationem quaeque vocis istius origo esset, quaerebamus. — atque erat qui — invenimus. videntur autem verba ista 'si aliter non potest' a significatione quidem voculae huius, de qua quaerimus, non abhorrere. sed tot verba tamen in paucissimas litteras cludere inprobae cuiusdam subtilitatis est. *de Nigidio auctore est quod dubitemus; cf. Swoboda ibid. p. 19 sq. ceteroqui vd. Serv. Dan. Aen. 4, 327. Donat. Ter. andr. 2, 1, 13. adelph. 2, 2, 41. Anecd. H. p. 263, 22 adn.*

1 se *om. Paris. Voss. Lat. F 112*  4 hi(i)sdem *Bern. Paris. Voss. Lat. F 7 Magliab. Regin. 597 et 1646*

*complura alia Nigidio vindicata sunt* (*cf. Swoboda p. 6 sq.*), *quae, cum nimis incerta sint, hic memorare satis est. en igitur: Non. p. 433, 26* morata; *p. 28, 24* mulierosi; *p. 21, 31* virosae; *p. 76, 11* alternatim; *p. 40, 24* cossim; *p. 98, 26* dubitatim; *p. 104, 21* efflictim; *p. 111, 36* fluctuatim; *p. 111, 39* fortunatim; *p. 112, 3* frustatim; *p. 127, 22* incursim; *p. 127, 32* iuxtim; *p. 139, 27* morsicatim; *p. 147, 24* ossiculatim; *p. 154, 10* populatim; *p. 154, 28* properatim; *p. 166, 28* rusticatim; *p. 176, 6* singulatim; *p. 178, 17* taxim; *p. 178, 23* testatim; *p. 178, 25* tractim; *p. 179, 29* tuatim; *p. 183, 16* vicissatim; *p. 183, 18* visceratim.

*quod autem Usener Nigidio apicis primam usurpationem tribuit* (*Rh. Mus. 24, 107*), *id nullis argumentis ab eo confirmatur et falsum esse videtur* (*cf. fr. 10*).

*aliud etymon ad Nigidium fortasse pertinens vd. apud L. Cinc. test. 1* (Maia a magnitudine).

# M. TERENTIUS VARRO

## A. TESTIMONIA

VITAE

*1. M. Terentius Varro, ita a non nullis nominatus, plerumque ab auctoribus simpliciter* '*Varro*' *vel* 'M. Varro' *appellatur, interdum* '*Terentius Varro*' *vel* '*Terentius*'.

2. *Symm. ep. 1, 2* Terentium, non comicum, sed Reatinum illum *cf. Varro r. r. 2, 8, 3. in errore versatur August. civ. d. 4, 1* (Romae natus).

3. *Suet. rell. p. 94 R. = Hieron. 2 p. 131 Sch.* M. Terentius Varro philosophus et poeta nascitur [*a. 638/116*]. *Suet. rell. p. 94 R. = Hieron. 2 p. 141 Sch.* M. Terentius Varro philosophus prope nonagenarius moritur [*a. 727/27*]. *cf. test. 16.*

4. *Cic. Brut. 205* quam scientiam Varro noster acceptam ab illo [*L. Aelio Stilone*] — explicavit. *Gell. 16, 8, 2* qui [*L. Aelius*] magister Varronis fuit *Cic. acad. post. 1, 12* Aristum Athenis audivit aliquam diu [*Brutus*], cuius tu [*Varro*] fratrem Antiochum.

5. *Gell. 14, 7, 2* Pompeius — M. Varronem familiarem suum rogavit, uti commentarium faceret εἰσαγωγικόν —. *Pompeio, praeter hunc, duos libros dicatos novimus. Cic. ad Att. 2, 25, 1* cum aliquem apud te [*Atticum*] laudaro tuorum familiarium, volam illum scire ex te me id fecisse, ut nuper me scis scripsisse ad te de Varronis erga me officio, te ad me rescripsisse eam rem summae tibi voluptati esse. *cf. Varro r. r. 2, 1, 25. 2, 2, 2. de Cicerone Varronis familiari cf. Roth, Über das Leben d. M. Varro (Basel 1857) p. 8.*

6. *Varro rer. hum. XXI ap. Gell 13, 12, 6* ego triumvirum vocatus a Porcio tribuno plebis non ivi auctoribus principibus et vetus ius tenui. item tribunus cum essem, vocari neminem iussi nec vocatum a conlega parere invitum.

7. *nummi testantur Varronem pro quaestore proconsulis Pompeii fuisse (a. 678/76 in Hispania? cf. Roth, ibid. 12).*

8. *Vitruv. 2, 8, 9* item Lacedaemone e quibusdam parietibus etiam picturae excisae — in comitium ad ornatum aedilitatis Varronis et Murenae fuerunt adlatae. *cf. Plin. n. h. 35, 173.*

9. *Varro r. r. 2 praef. 6* — cum piratico bello inter Delum et Siciliam Graeciae classibus praeessem [*a. 687/67*] *cf. Plin. n. h. 3, 101. Flor. 1, 41, 10. ex hoc bello ei Pompeius Magnus coronam navalem dedit (Plin. n. h. 7, 115. 16, 7).*

10. *Themist. p. 453 Dind.* Βάρων τὴν ἐξαπέλεκυν ἦρχεν ἀρχήν. *cf. Appian. b. c. 4, 47.*

11. *Plin. n. h. 7, 176* Varro quoque auctor est XXviro se agros dividente Capuae quendam qui efferretur foro domum remeasse pedibus [*a. 695/59*]. *cf. Varro r. r. 1, 2, 10.*

12. *Flor. 2, 13, 29* sic citerior Hispania recepta est, nec ulterior moram fecit. quid enim una post quinque legiones? itaque ultro cedente Varrone Gades fretum Oceanus, omnia felicitatem Caesaris sequebantur [*a. 705/49*]. *cf. Caes. b. c. 1, 38. 2, 17—20.*

13. *Suet. Iul. 44* bibliothecas Graecas Latinasque quas

maximas posset publicare, data Marco Varroni cura comparandarum ac digerendarum [*a. 707/47*] *cf. Isid. or. 6, 5, 1.*

*14. Plin. n. h. 7, 115* M. Varronis in bibliotheca, quae prima in orbe ab Asinio Pollione ex manubiis publicata Romae est, unius viventis posita imago est.

*15. Cic. acad. post. 1, 9* [*ad Varronem*] nos in nostra urbe peregrinantis errantisque tamquam hospites tui libri quasi domum reduxerunt, ut possemus aliquando, qui et ubi essemus, agnoscere. tu aetatem patriae, tu discriptiones temporum, tu sacrorum iura, tu sacerdotum, tu domesticam, tu bellicam disciplinam, tu sedem regionum locorum, tu omnium divinarum humanarumque rerum nomina genera officia causas aperuisti plurimumque idem poetis nostris omninoque Latinis et litteris luminis et verbis attulisti atque ipse varium et elegans omni fere numero poëma fecisti philosophiamque multis locis inchoasti, ad impellendum satis, ad edocendum parum. *Cic. Brut. 60* Varro noster diligentissimus investigator antiquitatis *Cic. ad Att. 13, 18, 2* ipse [*Varro*] homo πολυγραφώτατος

*16. Val. Max. 8, 7, 3* Terentius autem Varro humanae vitae expleto spatio non annis, quibus saeculi tempus aequavit, quam stilo vivacior fuit; in eodem enim lectulo et spiritus eius et egregiorum operum cursus extinctus est.

*17. Quint. 10, 1, 95* alterum illud etiam prius saturae genus sed non sola carminum varietate mixtum condidit Terentius Varro, vir Romanorum eruditissimus. plurimos hic libros et doctissimos composuit, peritissimus linguae Latinae et omnis antiquitatis et rerum Graecarum nostrarumque, plus tamen scientiae collaturus quam eloquentiae. *id. 12, 11, 24* quam multa, paene omnia, tradidit Varro!

*18. Apul. apol. 42* Varronem philosophum virum accuratissime doctum atque eruditum

*19. Auson. comm. prof. Burd. XX 9 p. 66 P.*

omnis doctrinae ratio tibi cognita, quantam
condit sescentis Varro voluminibus.

*20. August. civ. d. 6, 2* qui [*M. Varro*] tam etsi minus est suavis eloquio, doctrina tamen atque sententiis ita refertus est, ut in omni eruditione, quam nos saecularem, illi autem liberalem vocant, studiosum rerum tantum iste doceat, quantum studiosum verborum Cicero delectat. — iste igitur vir tam insignis excellentisque peritiae et, quod de illo etiam Terentianus elegantissimo versiculo breviter ait [*metr. 2846*],

vir doctissimus undecumque Varro,

qui tam multa legit, ut aliquid ei scribere vacuisse miremur, tam multa scripsit, quam multa vix quemquam legere potuisse credamus. *cf. id. ibid. passim.*

*21. Plut. Rom. 12* Βάρρωνα τὸν φιλόσοφον —, ἄνδρα Ῥωμαίων ἐν ἱστορίᾳ βιβλιακώτατον

*22. Dionys. H. 2, 21* Τερέντιος Οὐάρρων — ἀνὴρ τῶν κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν ἀκμασάντων πολυπειρότατος. *cf. passim infra in fragmentis.*

SCRIPTORUM

*23. Hieron. index [editus a Ritschl, Rh. Mus. 12. 1857 p. 150]* Marcum Terentium Varronem miratur antiquitas, quod apud Latinos innumerabiles libros scripserit. — scripsit igitur Varro: XLV libros antiquitatum. IIII de vita populi Romani. imaginum XV. λογιστορικῶν LXXVI. de lingua Latina XXV. disciplinarum VIIII. de sermone Latino V. quaestionum Plautinarum V. annalium III. de origine linguae Latinae III. de poematis III. de originibus scaenicis III. de scaenicis actionibus III. de actis scaenicis III. de descriptionibus III. de proprietate scriptorum III. de bibliothecis III. de lectionibus III. de similitudine verborum III. legationum III. suasionum III. de Pompeio III. singulares X. de personis III. de iure civili XV. ἐπιτομὴν antiquitatum ex libris XLII libros VIIII. ἐπιτομὴν ex imaginum libris XV libros IIII. ἐπιτομὴν de lingua Latina ex libris XV libros VIIII. de principiis numerorum libros VIIII. rerum rusticarum libros III. de valetudine tuenda librum I. de sua vita libros III. de forma philosophiae libros III. rerum urbanarum libros III. saturarum Menippearum libros CL. poematum libros X. orationum libros XXII. pseudotragoediarum libros VI. saturarum libros IIII et alia plurima, quae enumerare longum est. vix medium descripsi indicem et legentibus fastidium est.

5 *αοτιος Τοπικον* 9 scaenicis *pr.*] saeculi *vel* scli 19 suavitate 24 invicem

*24. Anecd. Paris. CGK VII 533, 3 = Ael. Stilo test. 21. etiam si Varronis nomen recte traditum est, librorum ab eo recognitorum vestigia desiderantur. cf. Leo, Pl. F. p. 33 sq.*

*25. complura alia opera, quae in indice Hieronymi desunt, infra passim memorata invenis.*

DOCTRINAE

*26. Gell. 4, 16, 1* M. Varronem et P. Nigidium viros Romani generis doctissimos comperimus non aliter elocutos esse et scripsisse quam senatuis et domuis et fluctuis, qui est patrius casus ab eo, quod est senatus domus ⟨fluctus⟩; huic senatui *⟨domui⟩* fluctui ceteraque iis consimilia pariter dixisse. *cf. Detlefsen, symb. phil. Bonn. p. 712 sq.*

# B. FRAGMENTA

## I. LIBRORUM GRAMMATICORUM

*reliquias colleg. et illustr. Wilmanns, de M. Ter. Varr. libr. gramm. (Berol. 1864), cuius numeri in cancellis inclusi nostris adiecti sunt. cf. praeterea Ritschl opusc. 3 passim. Usener, Rh. Mus. 24, 94 sq. Sitzb. d. Bayer. Akad. hist-phil. Cl. 1892 p. 582 sq.*

## DE ANTIQUITATE LITTERARUM

## AD L. ACCIUM

*hoc opus, cuius libri quot fuerint ignoramus, ad Accium poetam missum esse pro certo haberi potest (Ritschl l. c. p. 469. Wilmanns l. c. p. 117 sq.). inde qua Varro aetate illud confecerit efficitur, si quidem Accius anno fere 84 a. Ch. n. decessit (cf. Accius test. 3). inscriptio a solo Prisciano servata est (fr. 1); materies autem ex duobus frustulis quae certa extant clare perspicitur. agebatur enim de invento, de numero, de ordine, de nominibus litterarum. fortasse ex istis libris fr. 240. 241 petita sunt, praesertim cum haec rursus Prisciani et interpretis cuiusdam Donati beneficio tradita habeamus.*

### *1 [103 Wilmanns]*

*lib. II.* sunt indeclinabilia tam apud Graecos elementorum nomina quam apud Latinos, sive quod a barbaris inventa dicuntur, quod esse ostendit Varro in II de antiquitate litterarum, docens lingua Chaldaeorum singularum nomina litterarum ad earum formas esse facta et ex hoc certum fieri, eos esse primos auctores litterarum, sive quod simplicia haec et stabilia esse debent quasi fundamentum omnis doctrinae immobile, sive quod nec aliter apud Latinos poterant esse, cum a suis vocibus vocales nominentur, semivocales vero in se desinant, mutae a se incipientes vocali terminentur, quas si flectas, significatio quoque nominum una evanescit.

*Prisc. p. 7, 26* accidit igitur litterae nomen figura potestas: nomen, velut a b. et sunt indeclinabilia — una evanescit. *de litterarum indeclinabili natura etiam Probus* p. 48, 36 (fr. 243), *qui utrum hoc an alio ex libro Varronis sua duxerit, dubium est.*

*de origine litterarum cf. Mar. Vict. p. 23, 14 (supra p. 2). Audax exc. p. 325, 1. Plin. n. h. 7, 192. Tac. ann. 11, 14. Serv. in Don. p. 421, 1. explan. in Don. p. 519, 2. Pomp. comment. p. 98, 10. Cledon. p. 26, 32. Isid. or. 1, 3 et 4. Wilmanns ibid. p. 119 sq.*

3—6 *verba* quod esse — auctores litt. *om. plerique codd. cf. Ritschl op. 3, 401. 469*

*2* [*104*]

litterae apud maiores nostros non fuerunt XXIII, sed XVI. postea additae sunt aliae. ita etiam tractaturus est [*Donatus*], ut doceat olim XVI fuisse, postea ex superfluo additas alias litteras et factas XXIII. habemus hoc in libris ad Accium apud Varronem, et cur tot sint et quare eo ordine positae et quare isdem nominibus vocentur.

*Pomp. comment. p. 98, 20* istae litterae — vocentur. *Pomp. comment. p. 108, 10* Varro docet in aliis libris, quos ad Accium [actium *codd.*] scripsit, litteras XVI fuisse, postea tamen crevisse et factas esse XXIII. tamen primae quae inventae sunt fuerunt XI [*cf. Caesar fr. 4*], postea quae inventae sunt fuerunt XVI; postea autem XXIII factae sunt. illic commemoratur, qui illam litteram fecit, qui illam. *Prisc. p. 11, 1* apud antiquissimos Graecorum non plus sedecim erant litterae, quibus ab illis acceptis Latini antiquitatem servaverunt perpetuam. *cf. Mar. Vict. p. 23, 14 (supra p. 2).*

5 attium *vel* actium *codd.*

## DE ORIGINE LINGUAE LATINAE

## LIBRORUM III

*hi libri, quorum in indice Hieronymi (test. 23) et apud Priscianum (fr. 3) certa notitia extat, rerum cognatione quadam cum superioribus De antiquitate litterarum sine dubio coniuncti erant; Varro enim de origine linguae Latinae agens sonos litterasque eius omittere non poterat. horum etiam aetatem prorsus dissimilem non fuisse putare licet, praesertim si huc pertineat prooemium τῶν πρὸς Πομπήιον αὐτῷ (Varroni) γεγραμμένων, de quo Lydus loquitur (fr. 295); nam neque illud operi De lingua Latina auctore Ritschl (op. 3, 470 sq.) reddi potest, ut non nulli voluerunt, neque eius reconditum grammaticum argumentum ceteris libris, quos ad Pompeium* scriptos esse accepimus, accom-

*modatum est. idem tamen inferius collocavi, cum omnia Varronis opera nota non sint. incertior etiam de altero Lydi loco coniectura est (fr. 296).*

*3* [*107*]

*lib. I.* ut Ion scribit, quinta vicesima est littera, quam vocant agma, cuius forma nulla est et vox communis est Graecis et Latinis, ut his verbis aggulus aggens agguilla iggerunt. in eiusmodi Graeci et Accius noster bina g scribunt, alii n et g, quod in hoc veritatem videre facile non est. similiter agceps agcora.

*Prisc. p. 30, 12* sequente g vel c, pro ea [*n*] g scribunt Graeci et quidam tamen vetustissimi auctores Romanorum euphoniae causa bene hoc facientes, ut Agchises agceps aggulus aggens, quod ostendit Varro in primo de origine linguae Latinae his verbis: ut Ion — agcora. *cf. Accius fr. 25. Nigidius fr. 17. de Ione cf. Schneidewin Rh. Mus. 7, 463.*

1—4 ut Ion — his verbis *om. Paris. 7496 Bamb. Halb.* 2 ἄγγμα *Wilm. Brinkium secutus* 4 aggula *Sang.* aggilla *Carol.* agguila *Lugd.* huiuscem. *Sang. Lugd.* huiusm. *Carol.* 6 ver. f. vid. ⟨est, in illo⟩ n. e. *Ritschl* non fac. *Lugd.*

## DE SIMILITUDINE VERBORUM LIBRORUM III

*quid inter hos libros, ab Hieronymo in indice Charisioque traditos, et eos qui proxime secuntur De utilitate sermonis intersit, Varronis ipsius verbis explicatur, de l. L. 8, 23. 9, 48. 10, 3 al.; fuerunt enim illi de analogia, hi de anomalia. de horum temporibus nihil proditum est; sed cum in iisdem argumentis versati sint, in quibus libri VIII—XIII De lingua Latina, illos ab his aliquo temporis spatio segregatos esse horumque velut praeparationem fuisse crediderim. non solum enim hoc Varronis scribendi mori ac rationi optime accommodatum est, sed Varronem extrema iam aetate opus De l. Latina confectum simul in his libris dilatavisse et in Epitome Disciplinarumque primo contraxisse longius a verisimilitudine recedit.*

*4* [*109*]

*lib. II.* pix singulariter dicitur.

*Char. p. 91, 26* pix — dicitur, ut ait Varro de similitudine *verborum II, quamvis Vergilius* dixerit [*g.* 3, 450]: 'idaeasque

pices et pingues unguine ceras'. *inc. de dub. nom. CGK V 587, 13* pix generis feminini, ut Varro 'Idaeasque pices'. *cf. Prob. cath. p. 31, 30. Pomp. comment. p. 108, 14. Isid. or. 17, 7, 72. CGL II 408, 13. V 382, 43.*

*huc addendum fortasse fr. 256. cf. praef. ad Disc. I p. 206.*

## DE UTILITATE SERMONIS

*solius Charisii auctoritate intercedentibus Romano et Plinio notitiam huius operis adepti sumus, cuius libri quattuor vel quinque fortasse fuerunt. de rebus temporibusque supra p. 185.*

### *5 [110]*

*lib. IV.* aenigmatis Varro de utilitate sermonis IIII. ait enim Plinius [*dub. serm. p. 20, 12 B.*], quamquam ab hoc poemate his poematibus facere debeat, tamen consuetudini et suavitati aurium censet summam esse tribuendam — et quia Graeca nomina non debent Latinis ⟨regulis⟩ alligari.

*Char. p. 123, 3* aenigmatis — tribuendam, ut in Aceste et Anchise Maroni diximus placitum [*cf. p. 67, 15*], et quia — alligari. *Consent. p. 357, 18* item Graeca neutra quae e littera correpta terminantur, ut ab hoc schemate. haec enim liberum est nobis et ad nostram regulam declinare, ut horum schematum his et ab his schematibus, et in contrarium ducere, quia nostra non sunt, ut schematorum schematis declinemus, sicut plerumque et in Cicerone et in Varrone legimus. *cf. fr. 14. 65. aliter alibi docuit Varro (cf. fr. 256).*

5 regulis *add. Fabricius*

## DE LINGUA LATINA

## LIBRORUM XXV

*teste Hieronymo (supra p. 182) libri huius operis XXV fuerunt, qui usque ad quartum vicesimum allati reperiuntur. de horum consilio cf. Wilmanns p. 12 sq., qui Varronis ipsius testimoniis infra relatis et libello Augustini De dialectica nixus est. ei adde Reitzenstein, qui in tripartita Varronis rerum divisione quadruplicem aliam in libris V—X, qui extant, latere vidit (cf. Usener, Sitzb. d. Bayer. Akad. hist-phil. Cl. 1892 p. 632. 641), et qua ratione Varro in rebus in artem redigendis utatur ostendit (M. Ter. Varr. und Ioh. Maurop. v. Euch. Lpz. 1901). quod tamen idem addit, Augustini opusculum ex pro-*

*oemio operis nostri totum derivatum esse, hoc mihi omnino non persuasit* (*cf. Goetz, Berl. Phil. Wochschr. 21 Jahrg. 1891 p. 1033*); *quamquam qui Augustini excerpendi rationem novit ne cum Wilmannsio quidem consentiet, eum illud ex diversis horum librorum partibus consarcinavisse. quid igitur si admittimus ex libro de dialectica Disciplinarum haec fluxisse? nos enim, qui grammaticam officinam in omnibus Varronis libris deprehendimus, longa disputatio de etymologiis huius modi in libro minus quam Wilmannsium* (*p. 19*) *offenderit, aeque ac singularis consensus, quem Augustini libellus cum libris De l. Latina praebet, si quidem quam saepe Varro in infinita studiorum agitatione eadem exposuerit, inter omnes constat. illud enim nobis gravius videtur, quod Augustini libellus, 'de dialectica' sicut Disciplinarum liber quidam inscriptus, in extremis capitibus VII—X proprie philosophicam disputationem continet, quae cum item a Varrone repetenda esse videatur, a libro grammatico aliquid abhorret, atque compluries cum tractatione Martiani Capellae* (*l. 4*) *congruit, qui Disciplinarum libris usus est. sed cum haec ipse Wilmanns sibi obiecerit neque tamen Augustini libellum ex parte huc referre dubitaverit, graviora addenda sunt. nam Augustinus nullum nobis fragmentum vel operis De l. L. vel ceterorum grammaticorum librorum servavit, praeter unum quod Wilmanns recte, ut videtur, libro primo Disciplinarum adscripsit. idem e contrario Disciplinis Varronis uberius usus est* (*Wilm. p. 18*). *debuit sane Varro propter cognationem grammaticae et dialecticae eadem in libris De l. L. pertractare; sed quomodo quatenusque id fecerit, nescimus. etiam de reliquis fragmentis, quae sine certis testimoniis Wilmanns libris XI—XIII fere omnia vindicavit, a tribus aliis libris similibus* (*De sim. verb., De util. serm., Περὶ χαρακτ.*) *res lubrica fit, praesertim cum horum apud solum Charisium memoria extet, cuius ipsius beneficio pleraque superiora accepimus. omitto enim primum librum Disciplinarum, ubi haec rursus strictim exposita sunt. alteram partem, XIV—XXV, de ea quae vocatur syntaxis fuisse Wilmannsio adsentior* (*p. 19 sq.*); *eoque libentius quod magister Varronis, Aelius Stilo, qui opus De proloquiis confecit, quantam vim in eius doctrinam habuerit iam melius didicimus* (*cf. Reitzenstein, ibid. p. 31—43*). *isto enim in genere neque Muelleri coniectura digna est quae memoretur* (*Wilm. p. 37 sq.*), *neque meliora Riese excogitavit* (*Philol. 27. 1868 p. 295 sq.*). *quid? si librorum inconcinna divisio, VI + VI et XII, dubium movet, nonne libri XXV rerum hum. in Antiquitatibus et XVI divin. opponuntur?*

*magis intricata de libris ad Septimium et Ciceronem scriptis quaestio est; quae alteram controversiam de anno, quo* hoc opus *editum sit, amplectitur. ac primum libri* II—IV ad Septimium *certo missi sunt* (*de l. L. 5, 1. 7, 109*); indeque concludendum

*est eos prius quam ceteros in lucem prodiisse; id quod aliis de causis Usener quoque statuit (ibid. p. 632). hinc etiam sequitur primum librum ab his alienum esse; qui potuit enim Varro multo uberiore prooemio praefari, quam cui opus responderet? missum enim facio disertum scriptoris testimonium. Varro igitur in libris ad Ciceronem, ut videtur, nihil aliud, nisi opusculum Septimio dicatum retractavit atque dilatavit. at de his ipsis libris ambigitur. Cicero enim in Academicis post. 1, 1, 2 et in epist. ad Att. 13, 12, 3 generatim, codex Florentinus ineuntibus libris quinto et decimo plurimique grammatici nominatim omnes libros V—XXV ad Ciceronem missos esse testantur. quod si Servius (Aen. 12, 139) Philargyrius (buc. 2, 63) Diomedes sive Valerius Probus (p. 377, 12) tertium quoque librum tamquam ad Ciceronem scriptum laudant, hoc longe abest ut vim testimoniorum grammaticorum debilitet, id quod Riese contendit (Philol. 27, 297): atque etiam nobis eo graviori indicio est, quod hinc intellegitur fama Ciceronis, maximam operis partem illustrans, Septimii nomen prorsus obscurasse: hoc saltem nusquam apud auctores apparet. e contrario Varro tribus locis (de l. L. 5, 1. 6, 97. 7, 109) Ciceronem alloquitur, ut ad eum* tres *libros scribat, quod in sequentibus VIII—X iam non facit: unde Riese effici vult (ibid. p. 297) re vera ad Ciceronem libros tantum V—VII missos esse, de ceteris autem Varroni solam voluntatem fuisse, quae ob repentinam Ciceronis mortem inrita fuerit. at si paulo studiosius Varronis verba legimus, is totius operis tres solos libros Ciceroni se dicavisse non dicit, sed tres eorum librorum, ubi 'quem ad modum rebus Latina nomina sint imposita' disputavit. quod qua de causa fecerit, diversa dicatione in duabus operis partibus eiusdem argumenti explicatur. ceteroquin si, quam arguta ac benigna comitate Cicero in Academicis post. Varronem alloquatur, ut promissum munus roget, non flagitet, considero, Varronem Ciceroni pari voluntate in prooemio rescribere debuisse mihi persuadeo; nam quod Varro initio quinti libri simpliciter breviterque 'ad te scribam' ait, nomine ipso Ciceronis omisso, hoc in homine urbano vix satisfacit. cum igitur superiora grammaticorum codicisque Flor. testimonia cum testimonio Varronis aliquo modo conciliari possint, atque in libris V—VII Cicero vivus memoretur, ante eius mortem [711/43] libros De l. L., qui iam inde ab a. 707/47 promissi erant (Cic. ad Att. 13, 12, 3) absolutos atque editos esse constituerim. cf. L Spengel, Abh. d. Bayer. Akad. 7 B. 2 Abt. 1854 p. 443. Wilmanns p. 37 sq. Reitzenstein ibid. p. 31 sq. et praesertim p. 80.*

## INDICIA

*1. Varro d. l. L. 7, 110* omnis operis de lingua Latina *tris feci partis, primo* quem ad modum vocabula imposita essent

rebus [*II—VII*], secundo quem ad modum ea in casus declinarentur [*VIII—XIII*], tertio quem ad modum coniungerentur [*XIV—XXV*]. *id. ibid. 8, 1* quom oratio [ratio *Flor.*] natura tripertita esset, ut superioribus libris ostendi, cuius prima pars quem ad modum vocabula rebus essent imposita [*II—VII*], secunda quo pacto de his declinatu discrimina fierent [*VIII—XIII*], tertia ut ea inter se ratione coniuncta sententiam efferrent [*XIV—XXV*], prima parte exposita de secunda incipiam hinc.

*2. id. ibid. 5, 1* quem ad modum vocabula essent imposita rebus in lingua Latina, sex libris exponere institui. de his tris ante hunc feci quos Septumio misi, in quibus est de disciplina, quam vocant ἐτυμολογικήν [*II—IV*]; quae contra eam dicerentur, volumine primo; quae pro ea, secundo; quae de ea, tertio. in his ad te [*Ciceronem*] scribam.

*3. id. ibid. 7, 109* quare institutis sex libris [*II—VII*], quem ad modum rebus Latina nomina essent imposita ad usum nostrum, e quis tris scripsi P. Septumio qui mihi fuit quaestor, tris tibi [*Ciceroni*], quorum hic est tertius, priores de disciplina verborum originis, posteriores de verborum originibus, in illis qui ante sunt [*II—IV*], in primo volumine est quae dicantur, cur ἐτυμολογικὴ neque ars sit neque ea utilis sit, in secundo quae sint, cur et ars ea sit et utilis [et illis *Flor.*] sit, in tertio quae forma etymologiae, in secundis tribus [*V—VII*] quos ad te [*Ciceronem*] misi item generatim discretis, primum in quo sunt origines verborum locorum et earum rerum quae in locis esse solent, secundum quibus vocabulis tempora sint notata et eae res quae in temporibus fiunt, tertius hic, in quo a poetis item sumpta ut illa quae dixi in duobus libris soluta oratione.

*4. id. ibid. 5, 6* reperiet enim esse commutata [*verba*], ut in superioribus libris [*II—IV*] ostendi, maxime propter bis quaternas causas. litterarum enim fit demptione aut additione et propter earum tralationem [tractationem *Flor.: em. LSp. coll. Rhet. ad Her. 4, 29*] aut commutationem, item syllabarum [productione]; quae quoniam in superioribus libris cuius modi essent exemplis satis demonstravi, hic ammonendum esse modo putavi. *cf. Leo, Hermes 24, 289 adn. 5. Usener l. c. p. 625 sq.*

*5. id. ibid. 8, 24* de quibus utriusque generis [*ἀναλογίας et ἀνωμαλίας*] declinationibus libros faciam bis ternos, prioris tris —, posterioris [*XI—XIII*] de eius disciplinae propaginibus.

*6. id. ibid. 8, 2* de huiusce multiplici natura discriminum orae sunt hae, cur et quo et quem ad modum in loquendo declinata sunt verba. de quibus duo prima duabus causis percurram breviter, quod et tum, cum de copia verborum scribam, erit retractandum *et quod* de tribus tertium quod est habet suas *permultas ac magnas* partes.

7. *id. ibid. 8, 20* in verborum genere quae tempora adsignificant, quod ea erant tria, praeteritum praesens futurum, declinatio facienda fuit triplex, ut ab saluto salutabam salutabo; cum item personarum natura triplex esset, qui loqueretur, ⟨ad quem⟩, de quo, haec ab eodem verbo declinata, quae in copia verborum explicabuntur. *hoc et superiore loco libros XI—XIII denotari recte O Mueller (praef. Varr. De l. L. p. L) vidit; neque aliter de loco proxime sequenti iudicari potest.*

8. *id. ibid. 10, 33* huius generis verborum cuius species exposui [*a copulis infecti et perfecti, a semel et saepius, faciendi et patiendi, singularis et multitudinis*] quam late quidque pateat et cuius modi efficiat figuras, in libris qui de formulis verborum erunt [*XI—XIII*] diligentius expedietur.

### *6 [4]*

*lib. III.* ita respondeant cur dicant deos, cum ⟨de⟩ omnibus antiqui dixerint divos.

*Serv. Dan. Aen. 12, 139* deus autem vel dea generale nomen est omnibus; nam quod graece δέος, latine timor vocatur, inde deus dictus est, quod omnis religio sit timoris. Varro ad Ciceronem tertio: ita — divos. *cf. Serv. Aen. 5, 45 ap. At. Phil. fr. 12. 8, 275. Isid. diff. verb. 168.*

1 deus *Paris. 7929* 2 de *add. Thilo* omnis *Commelinus* -es *Masvicius et Wilmanns*

### *7 [5]*

*l. III.* fixum

*Diom. p. 377, 12* figor ambigue declinatur apud veteres tempore perfecto; reperimus enim fictus et fixus. Scaurus de vita sua 'sagittis' inquit 'confictus', Varro ad Ciceronem tertio fixum.

### *8 [6]*

*l. III.* sicut nocent panthera et lea

*Philarg. buc. 2, 63* hoc nomen [*leaena*] licet veteres Latinum negent, auctoritate tamen valet. dicebant enim leonem masculum et feminam, ut Plautus in Vidularia [*XVIII L.*]: 'nam audivi feminam ego leonem semel parire'. Cicero de gloria libro . . . [*IV² p. 332 CFW Mueller*] sic ait: 'statuerunt simulacrum leaenae'. leam vero Varro ad Ciceronem dicit libro III [IIII *Paris. 7960*]: sicut — lea. *Non. p. 134, 7. Isid. or. 12, 2, 3. CGL II 121, 56.*

*nocē Laur. plut. XLV Paris. 7960* no cest *Paris. 11308 hoc est coni. Buecheler* docet *Roth*

9 [7]

*l. IV.* prolubium et [pro] lubidinem dici ab eo quod lubeat; unde etiam lucus Veneris Lubentinae dicatur.

*Non. p. 64, 15* Varro de lingua Latina lib. IV [V *Lugd.*]: prolubium — dicatur. *Varro de l. L. 6, 47* lubere ab labendo dictum, quod lubrica mens ac prolabitur, ut dicebant olim. ab lubendo libido, libidinosus ac Venus Libentina et Libitina, sic alia. *cf. Isid. or. 10, 162. diff. verb. 331. CGL V 554, 12.*

1 proluviem: *em. Guietus* proluvidine *Lugd. m. 1* 2 lubentina (lib-*Lugd. m. 1*)

LIBRI V—X SERVATI SUNT IN CODICE FLORENTINO LI 10

***sunt tamen in eo lacunae, quae fr. 10. 11. 12 partim supplentur.***

10 [*deest*]

*l. VII.* ratis dicta navis longa propter remos, quod hi super aquam sublati dextra et sinistra duas rates efficere videntur. ratis enim, unde hoc translatum, ubi plures mali aut asseres iuncti aqua ducuntur: hinc naviculae cum remis ratiariae dicuntur.

*Serv. Dan. Aen. 1, 43* Varro ad Ciceronem: ratis — dicuntur. *cf. Isid. or. 19, 1, 9. haec ex parte in cod. Flor. de l. L. 7, 23 exciderunt:* ratis dicta navis longa propter remos, quod hi, cum per aquam sublati sunt dextra et sinistra, duas rates efficere videntur. ratis enim, unde hoc tralatum, illi ubi plures mali aut asseres ....

1 rates *et* naves *Fuld. cf. Neue, Formenl. d. lat. Spr.* 1[3] *p. 184* 2 super *scripsi:* supra 3 rates *alt. loco Paris.* unde hoc transl. *om Paris.* 4 asseres *Varro:* trabes *codd.* vel tr. sunt iuncti *Paris.* 5 ratiamae (*i. e.* ratiariae) *Fuld. Paris. cf. Rh. Mus. 59, 321*

11 [*deest*]

*l. VIII.* sicuti cum dicimus lupus lupi, probus probi et lepus leporis, item paro paravi et lavo lavi, pungo pupugi, tundo tutudi et pingo pinxi. cumque a ceno et prandeo et poto et cenatus sum

et pransus sum et potus sum dicamus, a destringor tamen et extergeor et lavor destrinxi et extersi et lavi dicimus. item cum dicamus ab Osco Tusco Graeco osce tusce graece, a Gallo tamen et Mauro gallice et maurice dicimus; item a probus probe, a doctus docte, sed a rarus non dicitur rare, sed alii raro dicunt, alii rarenter.

*Gell. 2, 25, 5* M. Varronis liber ad Ciceronem de lingua Latina octavus nullam esse observationem similium docet inque omnibus paene verbis consuetudinem dominari ostendit: sicuti c. d. inquit lupus — cumque inquit a ceno — rarenter. *cf. Varro de l. L. 8, 68. 9, 106. haec erant in extremo libro octavo, ubi disputatio περὶ ῥήματος amissa est, non secus atque ea quae secuntur in fr. 12.*

6 labor 10 a *bis codd. dett.: om. rell.*

*12 [deest]*

*l. VIII.* sentior nemo dicit et id per se nihil est, adsentior tamen fere omnes dicunt. Sisenna unus adsentio in senatu dicebat et eum postea multi secuti, neque tamen vincere consuetudinem potuerunt.

*Gell. ibid. 9* inde M. Varro in eodem libro: sentior inquit nemo — potuerunt. *cf. Sisenna test. 2. Diom. p. 381, 23. Prisc. p. 399, 12. 435, 10. 436, 3. Donat. ars gr. p. 383, 19. Pomp. comment. p. 233, 34. Consent. p. 369, 14. Caper orth. p. 107, 9.*

*13 [19]*

*l. XI.* rure ordinatum arbustum

*Char. p. 142, 18* rure Terentius in Eunucho [*971*]: 'ex meo propinquo rure hoc capio commodi'. itaque et Varro ad Ciceronem XXII: [*fr. 20*]. quem Plinius [*dub. serm. p. 15, 11 B.*] ad eundem XI rure — arbustum dixisse laudat, sed et Terentium in Adelphis [*542*] 'filium negat esse rure', sed et Titinium in Hortensio [*v. 60 Ribb.*[3]] 'in foro aut in curia / posita potius quam rure apud te in clausa', cum nemo dubitet. *cf. Brambach, Neugest. d. Lat. Orth. p. 167.*

ambustum *Neap.*

*14 [21]*

*l. XI.* Varro — dicit — ad Ciceronem XI horum *poematorum et his* poematis oportere dici.

*Char. p. 141, 29* poematorum et in II et in III idem Varro adsidue dicit et his poematis, tam quam nominativo hoc poematum sit et non hoc poema. nam et ad Ciceronem — dici. *id. p. 140, 5* poematis, quamvis ratio poematibus faciat. nam sic inscribit Varro libro suo 'de poematis'. *cf. Accius fr. 8. Lael. Arch. test. 5. Varro fr. 5. 65. aliter fr. 256.*

*15* [*23*]

*l. XI.* git. Varro ad Ciceronem XI per omnes casus id nomen ire debere conmeminit.

*Char. p. 131, 7* git. — conmeminit; vulgo autem hoc gitti dicunt. itaque ut Plinius sermonis dubii libro VI* [*p. 28, 25 B.*] *cf. Char. p. 34, 27. 35, 28. 102, 7. exc. gramm. p. 546, 36. 551, 17. Beda orth. p. 274, 7. Anecd. H. p. 123, 31.*

*16* [*25*]

*l. XI.* catinuli

*Char. p. 79, 23* catinus — deminutive catillus fit, ut Asinius contra maledicta Antonii 'volitantque urbe tota catilli'. sed Varro ad Ciceronem XI catinuli dixit, non catilli. *cf. Varro de l. L. 9, 74. Diom. p. 326, 7.*

*praeterea ad librum XI fortasse pertinent fragmenta 245 sq. cf. Wilmanns ibid. p. 26. 35. 151 sq. (vd. tamen etiam praef. p. 186 sq.)*

*17* [*30*]

*l. XIII.* palpetras

*Char. p. 105, 14* (= *Plin. dub. serm. p. 73, 9 B.*) palpetras per t Varro ad Ciceronem XIII dixit; sed Fabianus de animalibus primo palpebras per b. alii dicunt palpetras genas, palpebras autem ipsos pilos. *cf. Cic. de nat. d. 2, 143. Caper de verb. dub. p. 110, 19. Lact. de opif. d. 10, 1 ad fr. 447. Isid. or. 11, 1, 39. diff. rer. 54. S Brandt, Wien. Stud. 13 (1891) p. 260 sq.*

*18* [*31*]

*l. XIII.* olivo et oxo putat fieri.

*Char. p. 139, 15* oxo. Varro ad Ciceronem XIII: olivo — fieri, inquit Plinius sermonis dubii libro VI [*p. 42, 4 B.*].

*19* [*33*]

*l. XVIII.* quibus nos in hoc libro, proinde ut nihil *intersit*, *utemur* indiscriminatim promisce.

*Non. p. 127, 24* indiscriminatim, indifferenter. Varro de lingua Latina lib. XVIII: quibus — promisce.

*20 [34]*

*l. XXII.* rure veni

*Char. p. 142, 18 (= Plin. dub. serm. p. 15, 10 B.)* rure —. Varro ad Ciceronem XXII: rure veni. *cf. fr. 13.*

*21 [35]*

*l. XXIII.* ingluvies tori sunt circa gulam, qui propter pinguedinem fiunt atque interiectas habent rugas.

*Serv. Dan. g. 3, 431* Varro ad Ciceronem in libro XXIII: ingluvies tori inquit sunt — rugas. sed nunc pro gula positum. *Schol. Bern. g. ibid.* ingluviem, gulam. ingluvies est spatium gulae, unde et glutum et gluttire dicimus per ingluviem aliquid demittere; nam et gluttinatus est quasi gulae ictus. *Paul. Fest. p. 112, 2. Caper de verb. dub. p. 110, 4. Isid. or. 10, 138. app. XXIII de prop. serm. 112. Beda orth. p. 276, 12. Agroec. orth. p. 121, 5. CGL V 29, 4.*

*22 [36]*

*l. XXIV.* M. Varro alias profata, alias proloquia appellat [ἀξιώματα]. — M. Varro in libro de lingua Latina ad Ciceronem quarto vicesimo expeditissime ita finit: 'proloquium est sententia, in qua nihil desideratur'. erit autem planius, quid istud sit, si exemplum eius dixerimus. ἀξίωμα igitur, sive id proloquium dicere placet, huiusce modi est: 'Hannibal Poenus fuit'; 'Scipio Numantiam delevit'; 'Milo caedis damnatus est'; 'neque bonum est voluptas neque malum'; et omnino, quicquid ita dicitur plena atque perfecta verborum sententia, ut id necesse sit aut verum aut falsum esse, id a dialecticis ἀξίωμα appellatum est, a M. Varrone, sicuti dixi, proloquium. — sed quod Graeci συνημμένον ἀξίωμα dicunt, id alii nostrorum adiunctum, alii conexum dixerunt. id conexum tale est: 'si Plato ambulat, Plato movetur'; 'si dies est, sol super terras est'. item quod illi συμπεπλεγμένον, nos vel con- *iunctum vel copulatum* dicimus, quod est eiusdem modi:

'P. Scipio Pauli filius et bis consul fuit et triumphavit et censura functus est et collega in censura L. Mummii fuit'. in omni autem coniuncto si unum est mendacium, etiamsi cetera vera sunt, totum esse mendacium dicitur. nam si ad ea omnia, quae de Scipione illo vera dixi, addidero 'et Hannibalem in Africa superavit', quod est falsum, universa quoque illa, quae coniuncte dicta sunt, propter hoc unum, quod falsum accesserit, quia simul dicentur, vera non erunt. est item aliud, quod Graeci *διεζευγμένον ἀξίωμα*, nos disiunctum dicimus. id huiusce modi est: 'aut malum est voluptas aut bonum aut neque bonum neque malum est'. omnia autem quae disiunguntur, pugnantia esse inter sese oportet, eorumque opposita, quae *ἀντικείμενα* Graeci dicunt, ea quoque ipsa inter se adversa esse. ex omnibus, quae disiunguntur, unum esse verum debet, falsa cetera. quod si aut nihil omnium verum aut omnia plurave, quam unum, vera erunt aut quae disiuncta sunt, non pugnabunt aut quae opposita eorum sunt, contraria inter sese non erunt, tum id disiunctum mendacium est et appellatur *παραδιεζευγμένον*, sicuti hoc est, in quo, quae opposita, non sunt contraria: 'aut curris aut ambulas aut stas'. nam ipsa quidem inter se adversa sunt, sed opposita eorum non pugnant; 'non ambulare' enim et 'non stare' et 'non currere' contraria inter sese non sunt, quoniam contraria ea dicuntur, quae simul vera esse non queunt; possis enim simul eodemque tempore neque ambulare neque stare neque currere.

*Gell. 16, 8* cum in disciplinas dialecticas induci atque imbui vellemus, necessus fuit adire atque cognoscere, quas vocant dialectici *εἰσαγωγάς*. tum, quia in primo *περὶ ἀξιωμάτων* discendum, quae M. Varro — appellat, commentarium de proloquiis L. Aelii docti hominis, qui magister Varronis fuit, studiose quaesivimus —. redimus igitur necessario ad Graecos libros. ex quibus accepimus *ἀξίωμα* esse his verbis: *λεκτὸν αὐτοτελὲς ἀπόφαντον ὅσον ἐφ' αὑτῷ*. hoc ego supersedi vertere, quia novis et inconditis vocibus utendum fuit, quas pati aures per insolentiam vix possent. sed M. Varro — dixi, proloquium, a M. autem Cicerone [*tusc. 1, 14*] pronuntiatum, quo ille tamen vocabulo *tantisper uti se adtestatus* est, 'quoad melius' inquit 'in-

venero'. sed quod Graeci — neque currere. *Ps-Apul. dogm. Plat. 3,265 Oud.* est una inter has ad propositum potissima, quae pronuntiabilis appellatur, absolutam sententiam comprehendens, sola ex omnibus veritati aut falsitati obnoxia, quam vocat Sergius effatum, Varro proloquium, Cicero enuntiatum, Graeci πρότασιν, tum ἀξίωμα. *cf. Chrysipp. ap. Varr. de l. L. 6, 56 et Diog. L. 7, 65. Mart. Cap. 4, 390. Rhet. Lat. min. 246, 2 H. Isid. or. 2, 31, 1. CGL II 442, 55. 446, 20.*

2 in l. *om. Paris. Voss. Lat. F 7* 17 eiuscemodi *IF Gronovius* 32 adiunguntur *Regin. 597* 35 adiuncta *Regin. id. Voss. Lat. F 112* 42 contrarie dic. *Paris. Voss. Lat. F 7* 43 posses *Regin. id.*

*23* [*37*]

*l. XXIV.* cum indidem haurierint

*Prisc. p. 540, 3* invenitur tamen etiam haurivi vel haurii. Varro in XXIIII [XXIII *Sang. Lugd.*] ad Ciceronem: cum — haurierint.

haurier(i)unt *Paris. 7496* -runt *Lugd.*

*24* [*deest*]

potestatis nostrae est illis rebus dare genera, quae ex natura genus non habent. secundum qualitatem locutionis similis quaerenda est oratio et sicut placitum nobis manet, dicitur uni cuique nomen.

*Anecd. H. p. CCVI* [*cod. Bern. 207*] auctoritas maiorum defuerit: quid faciendum est? scribsit Varro ad Ciceronem: potestatis — nomen. *verba* sec. — nomen *Varronis esse non possunt. Iulian. exc. CGK V 318, 32* scripsit Varro ad Ciceronem: potestatis — non habent. *cf. Pomp. comment. fr. 245. Cledon. fr. 246. Serv. in Don. p. 407, 39. 492, 37. Prisc. p. 141, 4. Consent. p. 343, 7. Isid. or. 1, 6, 33. Jeep ibid. p. 127. fr. 24—27 ad l. XI referenda esse videntur.*

2 a nat. *Iulianus* 3 qualitatis

*25* [*13*]

hic naevus

*De dub. nom. CGK V 584, 27* (= *Plin. dub. serm. p. 71, 32 B.*) naevus generis neutri, sed Varro ad Ciceronem hic naevus.

*neuus Monac. Vindob.*

*26* [*14*]

Varro de lingua Latina ait talia ex Graeco sumpta ex masculino in femininum transire et a littera finiri: ὁ κοχλίας haec cochlea, ὁ χάρτης haec charta, ὁ γαυσάπης haec gausapa.

*Prisc. p. 333, 9* antiquissimi — et hic gausapes et haec gausapa et hoc gausape et plurale neutri haec gausapa quasi a nominativo hoc gausapum protulisse inveniuntur, unde Cassius ad Maecenatem: 'gausapo purpureo salutatus'. Varro vero de lingua — haec gausapa. *Char. p. 104, 9* (= *Plin. dub. serm. p. 67, 21 B.*) gausapa Ovidius neutraliter dixit [*ars am. 2, 300*] 'gausapa si sumpsit, gausapa sumpta', et Cassius Severus ad Maecenatem 'gausapo purpureo salutatus'. sed Augustus in testamento: 'gausapes, lodices purpureas et colorias meas'. Varro autem ait vocabula ex Graeco sumpta, si suum genus non retineant, ex masculino in femininum latine transire et a littera terminari, velut κοχλίας cochlea, Ἑρμῆς herma, χάρτης charta, ergo γαυσάπης gausapa. *cf. Char. p. 108, 4. Schol. in Pers. 4, 37. 6, 46. CGL III 93, 1.*

1 sumta *Lugd-Bat.* ex] et *Paris. 7496* = *R* 2 a litt. *Char.* aliterea *R* et ea littera *in mg. r* aliterea *Carol.* aliter ea *Bamb. Bern. Halb. Sang. Lugd-Bat.* ΚΟΧΛΕΑϹ *Lugd-Bat.* ΚΟΧΛΗΑϹ *Carol.* ΚΟΚΑΙΑϹ *Rr* ΚΟΚΙΑΙϹ *Halb.* 3 coclea *R Bamb. Halb.* coclia *Bern. Sang. Lugd-Bat.* ΧΑΡΤΕϹ *R* cartha *R* ΓΑΥϹΑΠΕϹ *Bamb. Halb. Sang. Carol.*

*27* [*16*]

vas terminata et sis faciunt genetivo et dis: hoc vas huius vasis, hic vas huius vadis. utrumque Varro ait de lingua Latina.

*Prob. cath. p. 30, 27* vas terminata — Latina. Cicero [*pro Sest. 19*]: 'vultu tamquam vade'. *Prob. cath. p. 19, 16* vas terminata tertiae sunt declinationis, sis vel dis faciunt genetivo: vas vasis Terentius [*ht. tim. 141*] 'nec vas nec vestimentum'; vas vadis Cicero [*p. Sest. 19*] 'tamquam vade' et si qua talia. *eadem Mar. Plot. Sac. p. 482, 7. cf. Beda orth. p. 293, 31. Albin. p. 312, 21.*

1 hoc vas h. v.; utrumque V. a. de l. L.: hic vas h. v. *Vindob.*: *em. Spengel*

*28* [*24*]

secundum Varronem senior et iunior comparativi sunt *per inminutionem.*

*Serv. Aen. 5, 409* 'senior' secundum — inminutionem. hinc est [*6, 304*] 'iam senior, sed cruda deo viridisque senectus'; additum enim hoc est ad exprimendum, quid sit senior; item Ovidius [*met. 12, 464*] 'inter iuvenemque senemque'. et re vera non convenit hunc satis senem accipi, qui et vincere potest et uno ictu taurum necare. ergo senior non satis senex, sicut iunior non satis iuvenis, intra iuvenem, sicut pauperior intra pauperem. dicit autem hoc Varro in libris ad Ciceronem. *id. Aen. 6, 304* 'iam senior' aut pro positivo posuit, id est senex, aut, ut diximus, senior est virens senex, ut iunior intra iuvenem est: quam rem a Varrone tractatam confirmat et Plinius [*serm. dub. p. 41, 12 B.*]. *cf. Isid. or. 11, 2, 25. diff. verb. 531. Don. Ter. eun. prol. 4*[3]. *hec. prol. alt. 3. phorm. 2, 3, 15. Prisc. p. 90, 1. 92, 6.*

iuvenior et senior *Laurent. Hamb., quod probavit Wilmanns*

*29* [*40*]

de fenestella quiritatur.

*Diom. p. 381, 21* solent in verbis etiam peritiores errare, incerti utrum cum r an sine r debeant proferri. quirito, Livius in attico [activo *cod. Scioppii et Putschius* octavo *O Mueller ad Varr. de l. L. p. 268*] quirit. Varro ad Ciceronem: de fenest. quir. est autem quiritare Quirites ciere. *utrum verba Varronis exciderint et Fenestella agnoscendus sit* (*cf. Diom. p. 365, 7*), *an 'de fenestella q.' sit scribendum* (*ita Mercklin, Philol. 3, 151. Poeth, de Fenest. diss. Bonn. 1849 p. 6, quos Wilmanns sequitur; cf. Peter FHR*[2] *p. CXIII adn. 4*), *certum non est. de v. 'quiritare' cf. Varro de l. L. 6, 68* quiritare dicitur is qui Quiritum fidem clamans inplorat. *cf. Nigid. fr. 33. Non. 21, 18.*

*30* [*38*]

datum illi [*capiti*] hoc nomen est, ut quidem Varro ad Ciceronem scribit, quod hinc capiant initium sensus ac nervi.

*Lact. de opif. d. 5, 6* in summo vero constructionis eius, quam similem navali carinae diximus [4], caput conlocavit, in quo esset regimen totius animantis, datumque illi — nervi. *Lactantium excripsit Isidorus or. 11, 1, 25. diff. rer. 50. cf. S Brandt, Wien. Stud. 13* (*1891*) *p. 260.*

*31* [*39*]

non nulli proprie calamos lupinorum alas dici putant, *ut Aelius* [*fr. 5*] 'alae ex lupino, s⟨urculi sine fo⟩liis',

Cato in originibus [*fr. 122 P.*] 'alae ex lup⟨ino⟩ leg⟨umine'. Varro⟩ de lingua Latina: alam culmum fabae dic * *.

*Serv. Dan. g. 1, 75* non nulli — dic * *

*post* dic *septem fere litterae exciderunt.* dicere *Daniel* dici docet *coni. Thilo*

*32 [deest]*

proceres qui processerunt ante alios; unde et proceres tigna quae alia tigna porro excesserunt.

*Verg. cod. Ambros. ad Aen. 3, 58 [cf. RSabbadini, Berl. Phil. Wochschr. 1906 p. 607]* proceres Varro ad Ciceronem dixit: proceres — excesserunt. *Serv. Aen. 1, 740* proceres autem ideo secundum Varronem principes civitatis dicuntur, quia eminent in ea, sicut in aedificiis mutuli quidam, hoc est capita trabium, quae proceres nominantur. *item CGL V 235, 42 (Varrone appellato). cf. ibid. 236, 1. Isid. or. 9, 4, 17. Ihm, Rh. Mus. 62, 156.*

*Varronem summarium novem librorum operis De l. L. confecisse apud Hieronymum scriptum videmus (supra p. 182); quorum praeter primum singuli ternos operis plenioris amplexi esse videntur. cf. Ritschl op. 3, 466. Wilmanns ibid. p. 46. aliter Riese, Philol. 27, 298 adn. 9.*

## DE SERMONE LATINO AD MARCELLUM

## LIBRORUM V

*qui numerus librorum huius operis in indice Hieronymi est, eum tenendum esse censeo, etiam si bis apud Rufinum VII liber traditus est; aut enim VII pro UII inrepsit (OJahn, Ber. d. Sächs. Ges. d. Wiss. 2. 1850 p. 114. vd. infra idem mendum ad fr. 83), aut grammaticus ipse erravit. de temporibus, quibus hoc opus scriptum est (sine dubio post a. 707/46) cf. Wilmanns p. 97 et Usener ibid. p. 635. Marcellus quis fuerit incompertum est. de argumento contra operis nulla est dubitatio; agebatur enim de verborum recta appellatione ac scriptura, de sonis, de numeris, de virtutibus. nam de primis duabus rebus ex Velio praesertim Scauroque (fr. 271 sq.), nec non ex aliis orthographiae scriptoribus certa fere quaedam argui possunt (cf. Wilmanns p. 84 sq. 88 sq.); de accentibus testatus est Gellius (fr. 45), de numeris Rufinus (fr. 38. 39. 46),* de virtutibus vitiis*que sermonis Charisius et Donatus (fr.* 40. 43). sed si de rerum

*dispositione quaerimus, de argumento quinti libri, et si de testimonio Rufini recte iudicavimus, quarti solum modo constat; in reliquis enim libris firma testimonia desiderantur. quod si Wilmanns (ibid. p. 88. 93) 'Varronem in tertio de adspiratione egisse' adfirmat, proinde ac si hoc a Gellio (fr. 45) proditum sit, id mendum est, quod ne Riese quidem vidisse miror (Philol. 27, 300). h sane litteram ex Varronis praeceptis ad accentus pertinere verisimile est, cum is illam aspirationis, non litterae notam esse existimet (fr. 240. 279 sq.); at id quod Ps-Acro de accentibus testatur, in libri numero quam lubricum sit ne Wilmannsium quidem fugit (p. 62 sq.); cf. ad fr. 44. restant duo primi libri, quorum Wilmanns locos quosdam Diomedis pro fundamento posuit (p. 81. 83), qui sunt fr. 238. 243, ubi inscriptio ipsa operis deest. ego quidem in his non solum de libri numero, sed de opere etiam dubitaverim; argumenta enim ad librum Disciplinarum quoque primum quadrant, ex quo fonte altero sane auctore intercedente in eundem Diomedis librum secundum fragmentum de grammaticae officiis (236) fluxisse Wilmanns constituit; neque iniuria Usener reliquias Varronis, quae in secundo Diomedis libro extant, primo Disciplinarum adscripsit (ibid. p. 624 adn. 1. 642 adn. 2. Rh. Mus. 24. 1869 p. 102). libris De serm. Lat. certa fere ratione tribuenda sunt fr. 239. 266—94. 322.*

### *33* [*48*]

*lib. I.* 'Cretenses' Ennius [*ann. 604 V.*[2]]

*Char. p. 124, 12 (= Plin. dub. serm. p. 57, 26 B.)* 'Cretum' Cicero Tusculanarum libro II [*34*] 'Cretum legis', 'Cretenses' Ennius, ut Varro libro I de sermone Latino scribit.

### *34* [*53*]

*l. II.* M. Varro in libro secundo ad Marcellum de Latino sermone aeditumum dici oportere censet magis quam aedituum, quod alterum sit recenti novitate fictum, alterum antiqua origine incorruptum.

*Gell. 12, 10* aeditimus verbum Latinum est et vetus ea forma dictum, qua finitimus et legitimus. sed pro eo a plerisque nunc aedituus dicitur nova et commenticia usurpatione quasi a tuendis aedibus appellatus. satis hoc esse potuit admonendi gratia dixisse * * propter agrestes quosdam et indomitos certatores, qui nisi auctoritatibus adhibitis non comprimuntur. M. Varro — incorruptum. *cf. Varro de l. L. 7, 12. 8, 61. r. r. 1, 2, 1. Cic. top. 36. Paul. Fest. p. 13, 6. Char. p. 75, 18. Anecd. H. p. 214, 17. dig. 26, 1, 1, 1. CGL V 497, 52. VI 31.*

35 [54]

*l. II.* quae Graeci dicunt aenigmata, hoc genus quidam ex nostris veteribus scirpos appellaverunt. quale est —:

semel minusne an bis minus sit, non sat scio, :
an utrumque eorum; ut quondam audivi dicier,
ipsi Iovi regi noluit concedere.

hoc qui nolet diutius aput sese quaerere, inveniet quid sit in M. Varronis de sermone Latino ad Marcellum libro secundo.

*Gell. 12, 6* quae Graeci — quale est, quod nuper invenimus per hercle anticum, perquam lepidum, tribus versibus senariis compositum aenigma, quod reliquimus inenarratum, ut legentium coniecturas in requirendo acueremus. versus tres hi sunt: semel — libro secundo. *'Terminus' intellegitur (Buecheler, Rh. Mus. 46, 159).*

4 non sit sed (sat *Regin. uterque Voss. Lat. F 112 Magliab.*) scio: *em. Buecheler* sit nescio *Freinsheim* 5 at *Herz* ipsi dicier iovi: *transp. Buech.* 7 noluit *Bern. Paris. Voss. Lat. F 7* nolit *Hertz*

36 [62]

*l. III.* faenerator, sicuti M. Varro in libro tertio de sermone Latino scripsit, a faenore est nominatus; faenus autem dictum ait a fetu et quasi a fetura quadam pecuniae parientis atque increscentis. idcirco et M. Catonem [*supra test. 2 p. 10*] et ceteros aetatis eius feneratorem sine a littera pronuntiasse tradit, sicuti fetus ipse et fecunditas appellata.

*Gell. 16, 12, 7* faenerator enim sicuti — appellata. *cf. Cloat. Ver. fr. 1. Non. p. 53, 28* faenus ab eo dictum est, quod pecuniam pariat increscentem [-enti *codd.*] tempore, quasi fetus aut fetura; nam et graece τόκος dicitur ἀπὸ τοῦ τίκτειν, quod est parere. Varro lib. III de Latino sermone: 'fenus autem dictum a fetu et quasi fetura quadam pecuniae'. nam et Catonem et ceteros antiquiores sine a littera faenus pronuntiasse contendit, ut fetus et fecunditas. *similiter Non. p. 439, 15. cf. O Froehde, de Non. Marc. et Verr. Fl. (Berol. 1890) p. 21. adde Varro de l. L. 7, 96. Paul. Fest. p. 86, 1* fenus et feneratores et lex de credita pecunia fenebris a fetu dicta, quod crediti nummi alios pariant, ut apud Graecos eadem res τόκος dicitur. item 94, 1. *Isid. or. 10, 97.*

*37* [*63*]

*l. III.* utrumque mulieres, et epicrocum viri quoque habitarunt.

*Non. p. 318, 26* habitare, uti. Varro sermone Latino lib. III: utrumque — habitarunt.

*38* [*67*]

*l. IV.* clausulas quoque primum appellatas dicunt, quod clauderent sententiam, ut apud Accium [*v. 665 Ribb.*[3]]: 'an haec iam obliti sunt Phryges?' non numquam ab his initium fit, ut apud Caecilium [*v. 280 Ribb.*[3]]: 'dei boni! quid hoc?' apud Terentium [*adelph. 610*]: 'discrucior animi'.

*Rufin. p. 556, 7* Varro in IIII [in septimo *Paris. 7496* UII *Paris. 7501* in *omisso,* in UII *Regin. 1709 cf. praef.*]: clausulas — animi. *cf. Paul. Fest. p. 56, 8. Mar. Vict. p. 60, 27* nunc de metrorum, prout versus processerit, praescripto et legitimo fine clausulaque dicemus. nam metrica lege in fine versuum quadripertita conclusio est, per quam exitus metri statusque dinoscitur, utrum pede seu semipede vel dipodia sit terminatum. hanc Graeci κατάληξιν vocant, id est cum legitimum metrum in syzygia simplicem pedem, in monopodia vero, id est in simplici pede, syllabam perdit. *cf. id. p. 79, 1* (*Rufin. p. 557, 13*). *Diom. p. 300, 23. Isid. or. 1, 39, 24.*

3 haec iam haec *del. altero* haec *Paris. 7496* 4 Bruges *Ritschl* 5 dei b. *Paris. 7496 Regin. 733* de . . *Paris. 7501*

*39* [*73*]

*l. IV.* at in extremum senarium totidem semipedibus adiectis fiet comicus quadratus, ut hic [*Ter. eun. 539*]: 'heri aliquot adulescentuli coimus in Piraeo'.

*Rufin. p. 556, 14* idem Varro in eodem IIII [septimo *Paris. 7496* UII *Paris. 7501 Regin. 733* libro *add. vg.*] de lingua Latina ad Marcellum sic dicit: at in extremum — in Piraeo. *Diom. p. 515, 3* septenarium versum Varro fieri dicit hoc modo, cum ad iambicum trisyllabus pes additur et fit tale: 'quid inmerentibus noces, quid invides amicis?' similis in Terentio *versus est [hec. 349]:* 'nam si remittent quippiam Philumenae

dolores'. et in Plauto saepius tales reperiuntur. *item Char. utrumque ad litteram transcripsit Rufin. p. 555, 5. 16.*

1 aut *Paris. 7501 et Regin. 733* (?) 2 fiat: *em. Wilmanns*

*libro quarto addendum est fr. 46, et ut videtur fr. 284—94. cf. tamen satur. cynodid. fr. 100.*

*40* [*81*]

*l. V.* ἤϑη — nullis aliis servare convenit, quam Titinio Terentio Attae; πάϑη vero Trabea Atilius Caecilius facile moverunt. [*Ter. eun. 65*] 'egone illam? quae illum? quae me? quae non? sine modo, / mori me malim; sentiet qui vir siem'. praecise — [gener]ad animi passionem. quod novi generis cum non sit interiectio sed ademptio, tamen interiecti animi causa vocitamus. [*Ter. adelph. 111*] 'tu me homo adigis ad insaniam'. irascentis et haec oratio est, licet nulla sit interiecta particula. [*Ter. adelph. 127*] 'tun consulis quicquam?' et haec irascentis oratio est. [*Ter. eun. 84*] 'tremo horreoque, postquam aspexi hanc'; adfectus ob amorem. [*SRP I p. 274 Ribb.*[3]] 'heus heus pater, heus Hector'; a dolore mentis adfectae. [*SRP I p. 284 Ribb.*[3]] 'mane mane, porro ut audias!' cupiditatis adfectus est.

*Char. p. 241, 27* ἤϑη, ut ait Varro de Latino sermone libro V, nullis — convenit inquit quam — Trabea inquit Atilius — praecise inquit Varro [gener]at — adfectus est. *Don. Ter. eun. 1, 1, 20*[1]. *5, 8, 20*[1—2]. *andr. 1, 5, 36* (*cf. 1, 5, 50*[1]). *Schol. Ter. p. 92, 22 Schlee. Serv. Aen. 1, 135. Macrob. 4, 6, 20. Prisc. III p. 111, 4. 328, 13 K.*

1 ali: *em. Ritschl* 2 atte pathe 4 illamq: 6 p̄cisę generat: *em. Buecheler secundum Revensium* 15 adolere

*41* [*83*]

*l. V.* later lutum iugmenta

*Char. p. 135, 17* (= *Plin. dub. serm. p. 51, 20 B.*) later an lateris? et huic nominativum singularem ablativus restituet singularis, si e litteram deponat. Varro de sermone Latino V: later — iugmenta. *cf. Char. exc. p. 552, 11.* Pomp. comment. p. 138, 3.

*187, 1. Prisc. p. 228, 18. III 145, 6. Anecd. H. p. 244, 12. Buecheler, Rh. Mus. 60, 317.*

*42* [*87*]

*l. V.* domi suae

*Char. p. 126, 22* (= *Plin. dub. serm. p. 6, 24 B.*) domi suae Varro de sermone Latino libro V; nec enim potest adverbium dici cui suae pronomen adest.

*43* [*88*]

*l. V.* mutuo, ut Varro de sermone Latino libro V loquitur, in consuetudine est; mutue vero ut docte sic puta[n]t.

*Char. p. 205, 15* mutuo, ut — puta[n]t, nec non et illi qui de differentiis scribunt.

2 cons.] cognōē sic] dicendum *coni. Keil* putant *cod. vg.*

*44* [*60^A*]

Varro ait — ad Marcellum de lingua Latina quattuor foraminum fuisse tibias apud antiquos; nam et se ipsum ait in Marsyae templo vidisse tibias quattuor foraminum.

*Ps-Acro in Hor. AP 202* Varro autem ait in tertio disciplinarum et ad Marcellum — foraminum. quaterna enim foramina antiquae tibiae habuerunt; alii dicunt non plus quam tria. *comm. Cruq. ibid.* Varro in tertio disciplinarum et ad Marcellum de lingua Latina quattuor foraminum fuisse tibias apud antiquos ait, et se ipsum in Marsyae templo eas vidisse refert. *cf. fr. 283. istis locis etiam si librum tertium recte traditum sive alio mutandum esse concedimus, restat dubitatio isne liber ad alteram quoque inscriptionem referendus sit. perverse certe Wilmanns statuit* (*p. 62 sq.*) *numerum ab illo loco alienum postponendum esse; quid enim de genetivo 'disciplinarum'? fortasse potius III ex 'lib.' corruptum est.*

*45* [*61*]

in priore verbo graves prosodiae, quae fuerunt, manent, reliquae mutant.

*Gell. 18, 12, 8* Varro libris quos ad Marcellum de lingua Latina fecit: in priore — mutant; ⟨mutant⟩ inquit elegantissime *pro mutantur. cf. Schoell, acta* soc. ph. Lips. 6, 129.

46 [47]

quare in huiusce modi locis poni oportet notam I transversam inter syllabas, frequentius ad extremum versum senarium et similes, si pro longa brevem habebunt extremam, ut in hoc [*Ter. Phorm. 35*]: 'amicus summus meus et popularis Geta'.

*Rufin. in metr. Terent. p. 555, 11* Varro de lingua Latina ad Marcellum sic: quare — Geta. *de collocatione cf. adn. post fr. 39.*

47 [82]

id praesente legatis omnibus exercitu pronuntiat.

*Don. Ter. eun. 4, 3, 7*[1 2] 'nescio quid profecto absente nobis turbatum est domi' aut subdistinguendum et subaudiendum me, aut ἀρχαισμός est figura absente nobis pro absentibus nobis. Pomponius in Ergastulo [sine ergo istuc: *em. Ribb. SRP* I[3] *v. 47*] 'praesente amicis inter cenam d. o.'; Varro in Marcello [ad Marcellum *Wilmanns; logistoricorum librum significari putat Schoell, sed cf. Ritschl op. 3, 407*]: id — pronuntiat. absente nobis cum dicit, pro praepositione ponit absente ut si diceret 'coram amicis'. *Non. p. 76, 15* absente nobis et praesente nobis, pro absentibus nobis et praesentibus nobis. Plautus Amphitryone [*400 ut vidit I Schroeder*]: 'nec nobis praesentest [aliquis] quisquam, nisi ego, servus Sosia'. Afranius Auctione [*v. 6 Ribb.*[3]]: 'adeste, si hic absente nobis venierit puer'. *Schol. Ter. p. 106, 19 Schlee. CGL V 531, 23. 638, 32. cf. Birt, Rh. Mus. 51, 248.*

exercitui *Wilmanns, sed cf. Prisc. p. 363, 6*

48 [85]

iterum ex gallo gallinaceo castrato fit capus.

*Char. p. 103, 26 (= Plin. dub. serm. p. 56, 10 B.)* capo dicitur nunc, sed Varro de sermone Latino: iterum ait ex gallo — capus. *Beda orth. p. 266, 28* capo nunc, sed Varro de sermone Latino ait: ex gallo — capus. *cf. Varro r. r. 2, 7, 15.*

## DISCIPLINARUM I DE GRAMMATICA

*primum locum grammaticam in Disciplinarum libris obtinuisse, certum est (Ritschl op. 3, 353 sq.), neque dubitari potest quin in hoc libro Varro totam grammaticam artem, quantum in*

*operibus interioris eruditionis antea investigaverat adumbraverit. ex qua ipsa re quam difficile sit, quae reliquiae huc, quae alio pertineant, distinguere, intellegitur, cum praesertim ex Disciplinarum primo unum solum fragmentum diserte traditum sit. rerum tamen quandam dispositionem Wilmanns (p. 98 sq.) excogitavit, quem quatenus sequi possimus, in singulis fragmentis videbimus. hic unum contra eum dicemus. qua enim ratione fr. 256 huc referendum sit (Wilmanns p. 34. 110), non perspicimus, cum analogiam declinationum Varro in libro quoque De similitud. verb. persecutus sit, praeceptumque illi superiori prorsus contrarium in contrario libro De util. serm. (fr. 5) legatur, neque Charisius, qui ea prodidit, ex alius scriptoris memoria acceperit nisi Plinii, ex quo notitia quoque libri De similitud. verb. in Charisium fluxisse videtur (Beck, C. Plin. Sec. dub. serm. rell. p. XXIII. cf. A Schottmueller, de C. Plin. Sec. libr. gramm. p. 19 sq. Morawski, Hermes 11. 1876 p. 339 sq.); ne dicam Charisium Disciplinarum librorum nonum tantum modo memorare. totius operis in fr. 237 adumbratam imaginem habemus, si re vera illud huc pertinet (cf. Usener, ibid. p. 642 adn. 3). de temporibus vd. infra ad libr. Discipl. huc fortasse pertinent fr. 234—37. 243. 244.*

*49* [*95*]

litterarum partim sunt et dicuntur, ut a et b; partim dicuntur neque sunt, ut h et x; quaedam neque sunt neque dicuntur, ut φ et ψ.

*Ann. Cornut. ap. Cassiod. orth. p. 153, 1* praeterea in libro qui est de grammatica Varro cum de litteris dissereret, item [ita *codd.*] h inter litteras non esse disputavit [disputat *codd.*], quod multo minus mirum, quam quod x quoque litteram esse negat. in quo quid voluerit [viderit *codd.*], nondum deprehendi; ipsius verba subiciam: litterarum — ut φ et ψ. *cf. fr. 2. 279. Mar. Vict. p. 5, 26. 6, 2. Donat. ars gr. p. 368, 7. Ieep ibid. p. 113.*

1 ut A et B et h et x partim sunt quae neque dicuntur quaedam n. s. n. d. ut phi y *Bern. 330 Paris.* ut a et b h et x (a b et h et x *Colon.*) partim sunt neque dicuntur ut phi Ψ *Bruxell. Colon.: em. Carrio aliique*

*ΠΕΡΙ ΧΑΡΑΚΤΗΡΩΝ*

*hoc opus de formulis verborum fuisse neque dissimile libris XI—XIII De l. Lat. libroque De similitud. verb. contra Ritschelium (op. 3, 459) Usener recte statuit (Fleck. Jahrbb. 95. 1867 p. 247 sq.). cf. etiam Tryphonis Alexandrini* περὶ ὀνομάτων

*χαρακτήρων apud Susemihl, Griech. Litt. d. Alex. 2, 213. Graecis autem nominibus χαρακτὴρ τύπος ὑπόδειγμα latine figuram formulam formam respondere ex CGL (s. his vocibus) perspicitur. de numero librorum non constat, sed tres fuisse suspicari licet. de temporibus nihil compertum est.*

### 50 [*deest*]

*lib. III.* propius proxime

*Char. p. 189, 25* Varro sic ait in III περὶ χαρακτήρων propius pr.

## QUAESTIONUM PLAUTINARUM LIBRORUM V

*quoad ex paucis parvisque reliquiis, quae ad nos pervenerunt, iudicare possumus, hoc in libro Plauti grammaticae quaestiones erant, ut in libro De comoediis Plautinis fabularum Plautinarum controversiae. neque est cur Ritschl secuti (op. 3, 455) numerum librorum ab Hieronymo traditum (test. 23) in dubium revocemus.*

### 51 [*deest*]

*lib. II.* amussis est aequamen levamentum, id est aput fabros tabula quaedam, qua utuntur ad saxa coagmentata.

*Non. p. 9, 3* examussim dicitur examinate ad regulam vel coagmentum; est enim amussis regula fabrorum, quam architecti, cum opus probant, rubrica inlinunt. — idem [*Varro*] quaestionum Plautinarum lib. II: amussis — coagmentata. *cf. Paul. Fest. p. 6, 9. CGL V 8, 2. 265, 33. 439, 43. 649, 6.*

3 coagmentanda *Iunius*

### 52 [*deest*]

*l. II.* satura est uva passa et polenta et nuclei pini ex mulso consparsi. ad haec alii addunt et de malo Punico grana.

*Diom. p. 485, 30* satura dicitur carmen apud Romanos, nunc quidem maledicum et ad carpenda hominum vitia archaeae comoediae charactere conpositum, quale scripserunt Lucilius et Horatius et Persius; set olim [et olim *codd.*] carmen quod ex variis poematibus constabat satura vocabatur, quale scripserunt *Pacuvius et Ennius.* satura autem dicta sive a saturis,

quod similiter in hoc carmine ridiculae res pudendaeque dicuntur velut quae a saturis proferuntur et fiunt; sive satura a lance, quae referta variis multisque primitiis in sacro apud priscos dis inferebatur et a copia ac saturitate rei satura vocabatur —; sive a quodam genere farciminis, quod multis rebus refertum saturam dicit Varro vocitatum. est autem hoc positum in II libro Plautinarum quaestionum: satura — grana. alii autem dictam putant a lege satura, quae uno rogatu multa simul conprehendat, quod scilicet et satura carmine multa simul poemata conprehenduntur; cuius saturae legis Lucilius meminit in primo [*48 Ma.*] 'per saturam aedilem factum qui legibus solvat' et Sallustius in Iugurtha [*29, 5*] 'deinde quasi per saturam sententiis exquisitis in deditionem accipitur'. *cf. Fest. p. 314*[b]*, 25* (*Paul. p. 315, 7*). *Quint. 10, 1, 93. Euanth. de fab. 2, 5. Ps-Acro serm. 1 praef. Isid. or. 8, 7, 8.* *omnes Diomedis etymologias Leo Varroni vindicat* (*Hermes 24. 1889 p. 69 sq. 39. 1904 p. 76*)*; aliter iudicat Marx* (*Lucil. carm. rell. 1 p. X sq.*).

1 satyra 2 pinei *scripsit et* ex *secl. Leo* (*CGF Kaibel p. 56*)

## II. LIBRORUM AD HISTORIAM LITTERARUM PERTINENTIUM

### DE BIBLIOTHECIS LIBRORUM III

*cf. supra ind. Hieronymi p. 182. hoc opus conicias fuisse de historia bibliothecarum Graecis prorsus non omissis, de ratione bibliothecas ordinandi, de variis generibus librorum scribendique instrumentis. idem anno 706/47 fere confectum est, si, ut Ritschl suspicatur* (*op. 3, 452*)*, negotium bibliothecarum digerendarum Varroni a Caesare datum* (*test. 13*) *causa ei scribendi fuit. huc quadrat fr. 297.*

*53*

*lib. II.* vectigaliorum

*Char. p. 146, 32* (= *Plin. dub. serm. p. 22, 15 B.*) Varro de bibliothecis II vectigaliorum.

*54*

glutine et citro reficit

*Char. p. 87, 22* (= *Plin. dub. serm. p. 54, 11 B.*) gluten — qua declinatione usus est et Varro de bibliothecis dicens: glutine — reficit. *est* enim gluten ut stamen subtemen et facit ab hoc glutine ⟨*ut*⟩ *stamine subtemine*. sed et glutinum in Scauro [*fr. 80*]. *id.*

*p. 131, 23* (= *Plin. dub. serm. p. 68, 5 B.*) glutine Varro de bibliothecis glutine inquit et — refecit. *cf. Beda orth. p. 274, 5.*

refecit *Char. p. 131, 24*

*hic memorare liceat libros III De lectionibus, quamvis horum nulla extent vestigia, de quibus cf. supra ind. Hieronymi p. 182. in iis, si quantum ponderis arti praelegendi sive recitandi antiqui tribuerint consideramus, qui ipsum anagnostae munus creaverunt atque lectionem seu ἀναγνωστικὸν μέρος fundamentum omnis scientiae grammaticae esse statuerunt (cf. Usener ibid. p. 583), Varronem credere possumus a vetere consuetudine in circulo complurium hominum legendi profectum (Ritschl op. 3, 461. 497 adn. 16), quae ratio esset recitandi, qui libri in lectionibus praeferendi essent docuisse. cf. Iuvenal. 11, 180.*

## DE POETIS

*operis testimonium apud Gellium et Priscianum habemus, qui primum librum commemorant. ibi Graecos poetas Varronem complexum non esse, ex argumento primi libri efficitur. tempora fortasse eadem sunt quae operis De poematis. cf. fr. 66. ceteroqui huc adde fr. 300—302.*

### 55

*lib. I.* annis postea paulo pluribus quam viginti pace cum Poenis facta consulibus ⟨C.⟩ Claudio Centhone Appii Caeci filio et M. Sempronio Tuditano primus omnium L. Livius poeta fabulas docere Romae coepit post Sophoclis et Euripidis mortem annis plus fere centum et sexaginta, post Menandri annis circiter quinquaginta duobus [*a. 514/240*].

*Gell. 17, 21, 42* annis deinde postea — duobus. *brevi auctor Varro primo de poetis libro adfertur. ceteroqui cf. Ruske, de A. Gell. N. A. font. quaestt. sel. p. 26. Cic. Brut. 72* atqui hic Livius primus fabulam C. Claudio Caeci filio et M. Tuditano consulibus docuit anno ipso ante quam natus est Ennius, post Romam conditam autem quartodecumo et quingentensimo. *Cic. tusc. 1, 3* serius poeticam nos accepimus; sero igitur a nostris poetae vel cogniti vel recepti. *cf. Leo, Hermes 39 (1904) p. 64. Cassiod. a. 515/239 (Chron. min. 2, 128 Ms.)* his cons. ludis Romanis primum tragoedia et comoedia a Lucio Livio ad scaenam data. *aliter Accius fr. 18 et Hieron.* ol. 148, 2 [a. 567|197] *Livius tragoediarum* scribtor clarus habetur, qui ob ingenii

meritum a Livio Salinatore, cuius liberos erudiebat, libertate donatus est. *de Accii errore cf. Reiff. Suet. rell. p. 23 ad fr. 5 et infra fr. 58.*

2 C. *add. Hosius*

*56*

*l. I.* anno post Romam conditam quingentesimo undevicesimo Sp. Carvilius Ruga primus Romae de amicorum sententia divortium cum uxore fecit, quod sterila esset iurassetque apud censores uxorem se liberum quaerundorum causa habere, eodemque anno Cn. Naevius poeta fabulas apud populum dedit, quem M. Varro in libro de poetis primo stipendia fecisse ait bello Poenico primo idque ipsum Naevium [*FPR 2 B.*] dicere in eo carmine, quod de eodem bello scripsit. Porcius autem Licinus serius poeticam Romae coepisse dicit in his versibus [*fr. 1*]:

Poenico bello secundo Musa pinnato gradu
intulit se bellicosam in Romuli gentem feram.

*Gell. 17, 21, 44* anno deinde post — feram. *de loco Licini cf. Leo, Pl. F. p. 58 sq.*

1 undev.] vicesimo tertio *Gell. 4, 3, 2* 3 sterilis *Paris.* 4 quaerundum *Gell. ibid.* 5 Cn.] .g. *Paris.* c. *Regin. 597 et 1646 Voss. Lat. F 112 Magliab.* centum *Voss. Lat. F 7* 6 ⟨primum⟩ *ante* dedit *Teuffel* 9 quo *Regin. 597 Voss. Lat. F 7* Porcium — licinium servius: *em. Torrentius et Carrio* Porcium — dicere *Ritschl et Schanz (Rh. Mus. 54, 19)*

*57*

*l. I.* inmortales mortales si foret fas flere,
flerent divae Camenae Naevium poetam.
itaque postquam est Orcho traditus thesauro,
obliti sunt Romae loquier lingua Latina.

*Gell. 1, 24* trium poetarum inlustrium epigrammata, Cn. Naevii Plauti M. Pacuvii, quae ipsi fecerunt et incidenda sepulcro suo reliquerunt —. epigramma Naevii plenum superbiae Campanae, quod testimonium esse iustum potuisset, nisi ab ipso dictum esset [*FPR p. 296, 3 B.*]: inmortales — Latina. *Varronis De poetis liber primus brevi ad Plautum (fr. 59) fons laudatur. cf. Kretzschmer, de A. Gell. font. p.* 52. *Ruske ibid.* 26. Merck-

*lin, Fleck. Jahrbb. 83 (1861) p. 719 (Ribbeck, röm. Dicht. 1, 26. Bormann, Arch. ep. Mitth. aus Oest. 17, 232).*

2 Casmenae *L Mueller*

*58*

*l. I.* annis fere post quindecim bellum adversum Poenos sumptum est, atque non nimium longe M. Cato orator in civitate et Plautus poeta in scaena floruerunt; isdemque temporibus Diogenes Stoicus et Carneades Academicus et Critolaus Peripateticus ab Atheniensibus ad senatum populi Romani negotii publici gratia legati sunt.

*Gell. 17, 21, 46* ac deinde annis — sunt. *auctor Varro in eodem libro I De poetis proxime supra memoratur (cf. fr. 66). cf. Kretzschmer ibid. 52. Ruske ibid. 25. 26. 33. Hieron. ol. 145, 1 = Suet. rell. p. 24 R.* Plautus ex Umbria Sarsinas Romae moritur [*a. 554/200;* moratur *Hertz* clarus habetur *Reiff. collato Gellio l. c.*], qui propter annonae difficultatem ad molas manuarias pistori se locaverat, ibi quotiens ab opere vacaret scribere fabulas solitus ac vendere. *de hac fabella cf. Varro ap. Gell. 3, 3, 14 fr. 88. tempora cum iis non congruunt, quae Cicero Brut. 60 tradidit [a. 570/184]; quae certo ex Varronis annalibus Attico intercedente in Ciceronem transierunt. cf. Ritschl, Parerg. 47 sq. Suetonium in falso mortis anno Accium poetam secutum esse Kießling opinatur (Coniect. spicil. III ind. schol. Greifsw. 1886 p. V); sed cum ea quae apud Suetonium post mortis tempora de Plauto leguntur Varronis auctoritati teste Gellio tribuenda sint, cur in ceteris ille eodem fundamento nixus non sit, haud liquet. in Livio quidem poeta (fr. 55) Suetonius in eundem rursus errorem, quo Accius, lapsus esse videtur (Kießling ibid. p. IV); sed mihi coniectura Reifferscheidii magis probatur, Accii narrationem a Suetonio relatam narrationemque ipsius Suetonii Hieronymum permiscuisse. quod eo magis credo, quod Suetonius in vita Naevii finienda a Varrone contra veteres commentarios stetit (fr. 299).*

2 longe ⟨post⟩ *ut in § 35 suspicatur Hosius*

*59*

*l. I.* postquam est mortem aptus Plautus, Comoedia luget,
scaena *est* deserta, dein Risus Ludus Iocusque
*et Numeri* innumeri simul omnes conlacrimarunt.

*Gell. 1, 24, 3* epigramma Plauti, quod dubitassemus an Plauti foret, nisi a M. Varrone positum esset in libro de poetis primo [*FPR p. 296, 4 B.*]: postquam — conlacrimarunt.

*60*

*l. I.* deinde ad Siculos se adplicavit.

*Prisc. p. 469, 9* Varro de poetis libro I: deinde — adplicavit. *Ennium significari, qui Epicharmum scripsit, constat.*

*61*

*l. I.* Claudium et Tuditanum consules secuntur Q. Valerius et C. Mamilius [*a. 515/239*] quibus natum esse Q. Ennium poetam M. Varro in primo de poetis libro scripsit eumque, cum septimum et sexagesimum annum haberet, duodecimum annalem scripsisse idque ipsum Ennium in eodem libro [*p. 67 V.*[2]] dicere.

*Gell. 17, 21, 43* Claudium — dicere. *Cic. Brut. 72* Livius primus fabulam — docuit anno ipso ante quam natus est Ennius, post Romam conditam autem quartodecumo et quingentensimo. *Hieron. ol. 135, 2 = Suet. rell. p. 24 R.* Quintus Ennius poeta Tarenti nascitur [*a. 515/239*]. *hinc fortasse manaverunt quae Gellius (12, 4, 4) Aelium Stilonem de Ennio dixisse narrat (Ael. Stil. fr. 51). cf. Kretzschmer ibid. p. 52.*

2 C.] consul *Paris.* manlius *Regin. 1646* manibus *Voss. Lat. F 112* manilius *rell. codd.: em. Columna* 5 ageret *Magliab. Regin. 597 Voss. Lat. F 112*

*62*

*l. I.* adulescens, tam etsi properas, hoc te saxulum
rogat ut se aspicias, deinde quod scriptum est legas.
hic sunt poetae Pacuvi Marci sita
ossa. hoc volebam, nescius ne esses. vale.

*Gell. 1,24,4* epigramma Pacuvii verecundissimum et purissimum dignumque eius elegantissima gravitate [*FPR p. 296, 5 B.*]: adulescens — vale. *de Varrone auctore cf. ad fr. 59. de titulo Buecheler, carm. ep. 848. Rh. Mus. 37 (1882) p. 521.*

1 tam *floril. codd. Paris. 4952 Vatic. 3307* tamen *rell. codd.* *te saxulum Buecheler* te saxum *Paris. Vatic.* thesaurum *Lugd-Bat.* 3 pacuuii marcii *Vatic.*

## DE POEMATIS LIBRORUM III

*de forma 'poematis' cf. Char. p. 53, 13. 140, 5 praeter Hieronymi indicem (supra p. 182), ubi numerus quoque librorum proditus est. Varro sine dubio origine Latinae poeseos explicata ad varia poematum genera pertractanda transiit (cf. Ritschl op. 3, 454). ii post opus De l. Lat. scripti sunt; cf. ad fr. 66. huc quadrant fr. 303—306 (cf. tamen praef. De scaen. orig.).*

*63*

*lib. II.* lentim

*Char. p. 126, 6 (= Plin. dub. serm. p. 7, 28 B.)* Varro de poematis [poematon *Neap.*] II lentim.

*64*

*l. II.* nunc vides in conviviis ita poni sal et mel.

*Char. p. 106, 18 (= Plin. dub. serm. p. 76 adn. B.)* sal — et Varro de poematis II: nunc — mel. quod genus etiam Verrio placuit. *cf. Non. p. 223, 11.*

*65*

*l. II et III.* poematorum et in II et in III idem Varro adsidue dicit et his poematis.

*Char. p. 141, 29 (= Plin. dub. serm. p. 22, 20 B.)* poematorum — poematis, tam quam nominativo hoc poematum sit et non hoc poema. *cf. fr. 5. 14.*

*66*

antiquos poetas vates appellabant a versibus viendis.

*Varr. d. l. L. 7, 36* antiquos — viendis, ut ⟨de⟩ poematis cum scribam ostendam. *id. ibid. 6, 52* dicti idem [*fatidici*] vaticinari, quod vesana mente faciunt; sed de hoc post erit usurpandum, quom de poetis dicemus. *significaturne hic opus De poetis, an locus superior libri septimi, ubi Varro verba a poetis sumpta enodat? nam quod L Mueller (Q. Enn. p. 27 adn. 1) loco 6, 52 fretus supra 7, 36 'poetis' pro 'poematis' scribere vult, id profecto reiciendum est. meo quidem iudicio posterior praestat sententia; in mira enim rerum repugnantia, potius quam eam miremur, aliud Varronis inconstantiae documentum videbimus. de re cf. Varro ibid. 5, 62* et Fest. 375ᵃ, 21, *quibus in locis idem Ennii versus adfertur*: ibant malaci viere Vene-

riam corollam. *praeterea Suet. rell. p. 4 R. Isid. or. 8, 7, 3* vates a vi mentis appellatos Varro auctor est, vel a viendis carminibus id est flectendis, hoc est modulandis, et proinde poetae latine vates olim et scripta eorum vaticinia dicebantur, quod vi quadam et quasi vesania in scribendo commoverentur, vel quod modis verba conecterentur, viere enim antiqui pro vincire ponebant. *Schol. Bern. app. II buc. 9, 34* vates dicuntur, sicut Varro ait, a vi mentis id est ab instinctu mentis, sive a viendis et modulandis carminibus, si quidem viere significat vincire conectere, unde vimen et viminea vasa dicuntur. *Serv. Dan. Aen. 3, 443* vates a vi mentis appellatos Varro auctor est. *cf. Isid. or. 7, 12, 15. Anecd. H. p. 223, 6.*

antiqui *L Spengel*

*67*

Olympiam non accessit

*Char. p. 99, 16 (= Plin. dub. serm. p. 72, 35 B.)* Olympia Varro ait — de poematis: Ol. non acc.

EX HEBDOMADON VEL IMAGINUM LIBRIS XV

*quae de indole et ordine huius operis sagacitate praesertim Ritschelii et Brunnii cognita sunt (Ritschl op. 3, 508 sq.), in Philologo 13, 742 sq. a Mercklin contracta strictiusque apud Schanz exposita (Gesch. d. Röm. Lit.[2] 1, 368) invenis. fragmenta coll. Ch Chappuis, fragm. d. ouvrag. de M. Ter. Varr. intitulés Logistorici, Hebdomades vel De imagin., de forma philos. (Paris 1868 p. 87 sq.). apud Plinium luculentum extat testimonium, n. h. 35, 11:* imaginum amorem flagrasse quondam testes sunt Atticus ille Ciceronis edito de iis volumine, M. autem Varro benignissimo invento insertis voluminum suorum fecunditati septingentorum illustrium aliquo modo hominum imaginibus, non passus intercidere figuras aut vetustatem aevi contra homines valere; inventor muneris etiam dis invidiosi, quando immortalium non solum dedit, verum etiam in omnis terras misit, ut praesentes esse ubique ceu di possent. *cf. Suet. rell. p. 3 R. temporis Varro ipse apud Gellium (3, 10, 17) in libro Hebdomadum primo auctor est:* tum ibi addit se quoque iam duodecimam annorum hebdomadam ingressum esse. *cum enim anno 638/116 natus sit, sequitur ut anno fere 715/39 librum istum conscripserit. huc pertinere videtur fr. 298.*

*68* [*3 Chappuis*]

*lib. I.* *M.* Varro in primo de imaginibus, uter [*Home-*

*rusne an Hesiodus*] prior sit natus, parum constare dicit, sed non esse dubium, quin aliquo tempore eodem vixerint, idque ex epigrammate [*AP 7, 53*] ostendi, quod in tripode scriptum est, qui in monte Helicone ab Hesiodo positus traditur.

*Gell. 3, 11* super aetate Homeri atque Hesiodi non consentitur. alii Homerum quam Hesiodum maiorem natu fuisse scripserunt, in quis Philochorus [*FHG 1, 393*] et Xenophanes [*fr. 13 Die.*], alii minorem, in quis L. Accius poeta [*fr. 1*] et Ephorus historiae scriptor [*FHG 1, 277 M.*]. M. autem Varro — traditur. *cf. Gell. 17, 21, 3. FHG 1, 392 sq. M. Suid. s. v.* Ὅμηρος *Clem. Alex. strom. 1, 21. Hieron. ad a. Abr. 1104.*

4 ex] et *Ritschl*

*69* [*4*]

*l. I.* capella Homeri candida haec tumulum indicat,
quod hac Ietae mortuo faciunt sacra.

*Gell. 3, 11, 6 sq.* de patria quoque Homeri multo maxime dissensum est. alii Colophonium, alii Smyrnaeum, sunt qui Atheniensem, sunt etiam qui Aegyptium fuisse dicant, Aristoteles [*fr. 66 Acad. Berol.*] tradidit ex insula Io. M. Varro in libro de imaginibus primo Homeri imagini epigramma hoc apposuit: capella — sacra.

1 tumultum *codd. opt.: em. codd. deter.* 2 Quod aciete (acietem h *ante* a *ss. Lugd-Bat.*): *em. Salmasius*

## DE SCAENICIS ORIGINIBUS LIBRORUM III

*contra Hieronymi testimonium (supra ind. p. 182) nos De scaen. orig., non De orig. scaen. scripsimus Nonium Censorinum Charisium (ter sic, semel contra fr. 73) secuti; de quorum idoneis auctoribus cf. Cichorius, Comment. phil. ad hon. O Ribb. (Lipsiae 1888) p. 426 sq. numerus autem librorum ab Hieronymo traditus a scriptoribus confirmatur. naturam operis Cichorius definire conatus est (ibid. p. 417 sq. et praesertim 426); qui si non nulla Varroniana a Plinio servata eidem tribuit, quanta prudentia ista in re opus sit Muenzer recte monuit (Quellenkr. d. Ng. d. Plin. p. 145 sq.). itaque ea ad incertae sedis fragmenta relegavimus (fr. 309—318) omissis Plinii n. h. 17, 6. 36, 204 (cf. 34, 36. 36, 5. 50, 114), quae vehementer dubitari potest num Varronis sint (Muenzer ibid. p. 146. 328. 332). ea quoque quae de comoedia, de tragoedia, de theatro sunt* (fr. 302 sq.), *etsi*

*ab hoc opere aliena non sunt (cf. Leo, Hermes 39. 1904 p. 75 sq.), tamen etiam in aliis libris esse potuerunt (cf. praef. ad De poemat.). certius huc fr. 308 referre possis.*

*70*

*lib. I.* cum multa portenta fierent et murus ac turris, quae sunt inter portam Collinam et Esquilinam, de caelo tacta essent et ideo libros Sibyllinos XV viri adissent, renuntiarunt uti Diti patri et Proserpinae ludi Tarentini in campo Martio fierent tribus noctibus et hostiae furvae immolarentur, utique ludi centesimo quoque anno fierent.

*Censor. d. n. 17, 8* Varro de scaenicis originibus libro primo ita scriptum reliquit: cum multa — fierent. *cf. Cichorius ibid. p. 420 sq.*

1 muros *Vatic. 4929* 3 tracta *Vatic. id.* 4. XV. *Colon.* XII. *Vatic. id. et Iesuit.* duodecim *Vatic. 4498* X *Mommsen*

*71*

*l. I.* matres familiae

*Char. p. 107, 23 (= Plin. dub. serm. p. 3, 16 B.)* et ideo etiam matres f. Varro dixit de scaenicis originibus primo.

*72*

*l. I.* sub Ruminali ficu

*Char. p. 127, 29 (= Plin. dub. serm. p. 17, 13 B.)* ficus — Varro quoque de scaenicis originibus libro I sub R. f. *cf. Char. p. 95, 27.*

*73*

*l. II.* a Claudio Pulchro aedile [*a. 665/99*]

*Char. p. 120, 17 (= Plin. dub. serm. p. 8, 6 B.)* aedile — Varro de originibus scaenicis II a Cl. P. aed. *Val. Max. 2, 4, 6* Cl. Pulcher scaenam varietate colorum adumbravit, vacuis ante pictura tabulis extentam. *de Claudio cf. Ritschl, Parerg. p. 320 adn. et contra Cichor. ibid. p. 422 sq. Muenzer ibid. p. 145 adn. 1.*

*74*

*l. III.* matres familiae

*Char. p. 107, 23* et ideo m. f. Varro dixit de scaenicis originibus — tertio. *cf. fr. 71.*

75

*l. III.* ubi compitus erat aliquis

*Non. p. 196, 5* compita — masculino Varro de scaenicis originibus lib. III: ubi — aliquis.

76

hunc calamistrum

*Char. p. 80, 11 (= Plin. dub. serm. p. 60, 17 B.)* calamistros Cicero in Oratore [*78.* oratione *cod.: em. Fabricius*] masculine dixit et Varro de scaenicis originibus h. a. *de calamistro ad apparatum scaenicum pertinenti cf. Norden, Rh. Mus. 48, 540.*

77

Triptolemum

*Serv. Dan. g. 1, 19* Varro de scaenicis originibus vel in Scauro [*fr. 78*] Triptolemum dicit. *Servius quis monstrator aratri fuerit disputat. de duobus libris hoc loco distinctis, ubi 'vel' particula pro 'et' usurpata est, cf. Norden, Rh. Mus. 48, 529 sq. (Usener, Sitzb. d. Bayer. Akad. hist-phil. Cl. 1892 p. 604). ceteroquin isto in genere nullum dubium esse potest, si animadvertimus Scaurum alteri inscriptioni postpositum esse, cum in logistoricis nomen hominis rerum appellationi semper anteeat, sicut Catus de liberis educandis Curio de deorum cultu Orestes de insania etc.*

## SCAURUS

*hunc logistoricum libro De scaen. orig. similem esse Norden demonstravit (Rh. Mus. 48, 529 sq.). eiusdem fragm. collegerunt Riese et Chappuis ibid.*

*78 [256 I Riese]*

Triptolemum

*Serv. Dan. g. 1, 19 = fr. 77*

*79 [256 II]*

Varro in Scauro baltea dixit et Tuscum vocabulum ait esse

*Char. p. 77, 5* (= *Plin. dub. serm. p. 59, 28 B.*) balteus — Varro — esse. item humanarum XVIII [*fr. 116*].

*80 [256 III]*

glutinum Daedalum invenisse

*Char. p. 88, 2* (= *Plin. dub. serm. p. 54, 15 B.*) glutinum in Scauro: glutinum — invenisse. *cf. fr. 54.*

*81 [256 IV]*

palumbi

*Char. p. 106, 24* (= *Plin. dub. serm. p. 55, 23 B.*) palumbes — Varro autem in Scauro palumbi dicit, quod consuetudo quoque usurpavit. *item Beda orth. p. 285, 25.*

## DE ACTIONIBUS SCAENICIS LIBRORUM III

*de numero librorum duo contraria testimonia extant; cum enim eos Hieronymus (ind. supra p. 182) tres fuisse prodat, Charisius quintum librum memorat (fr. 83) a Ritschl defensus, qui in indice Hieronymi libros actionum scaenicarum cum Quaestionibus Plautinis permutatos esse censet. verum tamen huius coniecturae firmum fundamentum deest, atque verisimilius in codicibus U pro II inrepsisse statuas (cf. de hoc mendo supra praef. ad De serm. Lat. et ad fr. 70). opus historia actionum erat. cf. Ritschl, Parerg. p. 180. 321. op. 3, 455. F Schoell, Rh. Mus. 31, 471. huc fortasse pertinet fr. 307.*

*82*

*lib. II.* haec galearia

*Char. p. 80, 9* (= *Plin. dub. serm. p. 67, 15 B.*) Varro de actione scaenica II h. g.

*83*

*l. II.* inberbi iuvenes

*Char. p. 95, 18* (= *Plin. dub. serm. p. 51, 7 B.*) inberbi autem dicuntur, non inberbes. sic enim et Varro de actionibus scaenicis II [V *cod.; cf. supra*] inb. iuv.

*84*

*l. III.* vetere vino

*Char. p. 147, 6* (= *Plin. dub. serm. p. 16, 23 B.*) vetere. v. v. Varro de actionibus scaenicis III, non veteri. *cf. Ritschl, Parerg. p. 321.*

*85*

*l. III.* multifariam in patellis coquere caepe

*Prisc. p. 204, 1* hoc caepe — Varro de actionibus scaenicis III: multifariam — caepe.

*86*

scabillum

*De dub. nom. CGK V 590, 4* (= *Plin. dub. serm. p. 77, 27 B.*) scabillum generis neutri, sicut scamnum, ut Varro in actionibus scaenicis [scinis *codd.: em. Haupt*].

*eiusdem fere generis aliorum Varronis operum memoria extat, quae hic memorare placet. ac primum* De actis scaenicis libr. III (*Hieron. ind. supra p. 182*), *quos Ritschl, ipse quidem non sine aliqua dubitatione,* De actibus scaen. *emendare sibi visus est* (*op. 3, 457*); *sed cf. FSchoell, Rh. Mus. 31, 469 sq. qui opus* περὶ διδασκαλιῶν *fuisse optimo iure constituit. secuntur* De personis libri III, *de quorum natura cf. Ritschl op. 3, 458. ii cum Aristophaneis* περὶ προσώπων *comparari possunt* (*Nauck, Aristoph. Byz. fragm. p. 275 sq.*), *quos Varro certo noverat* (*cf. Norden, Rh. Mus. 48, 536 sq.*). *accedant* De descriptionibus libri III, *quos locus Ciceronis illustrat, top. 83:* descriptio, qualis sit avarus, qualis adsentator ceteraque eiusdem generis, in quibus et natura et vita describitur. *cf. Ritschl op. 3, 459.*

## DE PROPRIETATE SCRIPTORUM LIBRORUM III

*cf. ind. Hieron. supra p. 182. opus libro quinto De serm. Lat. simile fuisse Ritschl recte iudicare videtur, nisi quod errat cum ab eo non diversum esse modo librum* περὶ χαρακτήρων, *modo De descriptionibus censet* (*op. 3, 365 adn. 459. 463*).

*87*

quod aes aut quid aliud eius generis fervefactum conliquisset et informe esset infusum

*Non. p. 334, 25* liquidum rursum significat molle et fluxum — idem [*Varro*] de proprietate scriptorum: quod aes — infusum.

1 *quod est aut* (quod ētanti aut *Lugd.*): em. Lipsius

## DE COMOEDIIS PLAUTINIS

*in hoc libro ex Alexandrinorum religiosa ratione agebatur de germanis adulterinisque Plauti comoediis, ut in libris Plautinarum quaestionum de rebus grammaticis. cf. Ritschl, Parerg. p. 73—245. Leo, Pl. F. p. 17sq., 33sq. Paoli, Plautina (Estratto degli Annali della Scuola Normale superiore di Pisa 1891).*

### *88*

*lib. I.* verum esse comperior — non indicibus Aelii nec Sedigiti nec Claudii nec Aurelii nec Accii nec Manilii super his fabulis, quae dicuntur ambiguae, crediturum, sed ipsi Plauto moribusque ingeni atque linguae eius. hac enim iudicii norma Varronem quoque usum videmus. nam praeter illas unam et viginti, quae Varronianae vocantur, quas idcirco a ceteris segregavit, quoniam dubiosae non erant, set consensu omnium Plauti esse censebantur, quasdam item alias probavit adductus filo atque facetia sermonis Plauto congruentis easque iam nominibus aliorum occupatas Plauto vindicavit, sicuti istam quam nuperrime legebamus, cui est nomen Boeotia. nam cum in illis una et viginti non sit et esse Aquili dicatur, nihil tamen Varro dubitavit, quin Plauti foret —. M. Varro in libro de comoediis Plautinis primo Accii verba haec ponit [*fr. 19*]: 'nam nec Geminei lenones nec Condalium, nec Plauti Anus nec Bis compressa nec Boeotia umquam fuit, neque adeo Agroecus neque Commorientes Macci Titi'.

in eodem libro Varronis id quoque scriptum et Plautium fuisse quempiam poetam comoediarum. quoniam fabulae ⟨eae⟩ Plauti inscriptae forent, acceptas esse quasi Plautinas, cum essent non a Plauto Plautinae, sed a Plautio Plautianae.

feruntur autem sub Plauti nomine comoediae circiter centum atque triginta; sed homo eruditissimus L. Aelius [*fr. 4*] quinque et viginti eius esse solas existimavit. neque tamen dubium est, quin istaec, quae scriptae a Plauto non videntur et nomini eius addicuntur, veterum poetarum fuerint et ab eo retractatae ⟨et⟩ expolitae sint ac propterea *resipiant stilum* Plautinum. sed enim Saturionem et Ad-

dictum et tertiam quandam, cuius nunc mihi nomen non subpetit, in pistrino eum scripsisse Varro et plerique alii memoriae tradiderunt, cum pecunia omni, quam in operis artificum scaenicorum pepererat, in mercatibus perdita inops Romam redisset et ob quaerendum victum ad circumagendas molas, quae trusatiles appellantur, operam pistori locasset.

sicuti de Naevio quoque accepimus fabulas eum in carcere duas scripsisse, Hariolum et Leontem, cum ob assiduam maledicentiam et probra in principes civitatis de Graecorum poetarum more dicta in vincula Romae a triumviris coniectus esset. unde post a tribunis plebis exemptus est, cum in his quas supra dixi fabulis delicta sua et petulantias dictorum, quibus multos ante laeserat, diluisset.

*Gell. 3, 3* verum esse comperior, quod quosdam bene litteratos homines dicere audivi, qui plerasque Plauti comoedias curiose atque contente lectitarunt, non indicibus — Plauti foret, neque alius quisquam non infrequens Plauti lector dubitaverit, si vel hos solos ex ea fabula versus cognoverit, qui quoniam sunt, ut de illius Plauti more dicam, Plautinissimi, propterea et meminimus eos et ascripsimus. parasitus ibi esuriens haec dicit [*Plauti Boeot. fr. 1 L. Aquil. v. 1sq. Ribb.*[3]]: 'ut illum di perdant, primus qui horas repperit, / quique adeo primus statuit hic solarium; / qui mihi comminuit misero articulatim diem. / nam ⟨unum⟩ me puero venter erat solarium / multo omnium istorum optimum et verissimum. / ubivis [ubi iste *codd.*] monebat esse, nisi cum nihil erat. / nunc etiam quod est, non estur, nisi soli libet; / itaque adeo iam oppletum est oppidum solariis, / maior pars populi aridi reptant fame'. Favorinus quoque noster, cum Nervulariam Plauti legerem, quae inter incertas habita est, et audisset ex ea comoedia versum hunc [*fr. 7 L.*] 'scrattae, scrupedae, strittivillae sordidae', delectatus faceta verborum antiquitate meretricum vitia atque deformitates significantium: 'vel unus hercle' inquit 'hic versus Plauti esse hanc fabulam satis potest fidei fecisse'. nos quoque ipsi nuperrime, cum legeremus Fretum (nomen est id comoediae, quam Plauti esse quidam non putant), haut quicquam dubitavimus, quin ea Plauti foret et omnium quidem maxime genuina. ex qua duo hos versus excripsimus, ut historiam quaereremus oraculi Arretini [*fr. 1 L.*]: 'nunc illud est, quod responsum Arreti [Arretini *r. codd.*] ludis magnis dicitur: / peribo, si non *fecero, si faxo, vapulabo*'. M. tamen Varro in libro — diluisset.

*totum caput Varroni tribuunt Ritschl, Parerg. p. 73 sq. Mercklin, Fleck. Jahrbb. suppl. 3 (1860) p. 643 et 83 (1861) p. 721. Kretzschmer, de A. Gell. font. p. 6. 18. 40 sq. 53. cf. Leo, Pl. F. 61. de poeticis locis dissentit O Froehde, Festschrift für I Vahlen (Berlin 1900) p. 531; quos ego in re incerta in ipsam Varronis orationem non recepi. ceteroqui ad v. 5 sq. cf. Macrob. 2, 1, 11. v. 23 sq. Serv. vit. Verg. p. 4 Th.* Plautum alii dicunt unam et viginti fabulas scripsisse, alii quadraginta, alii centum.

2 sedigitii (-cii *Paris. Vatic.*) 3 creditorum: *em. IF Gronovius* 9 probabit 13 Atilii *Popma* 14 Marcus 16 leones 18 m̃. accii (actii *Vatic.*) titi 20 ⟨cuius⟩ quoniam *vg.* 21 eae *add. Hertz* 24 l[a]elius 26 istae *Paris.* ista h' (ec *ss.*) *Lugd-Bat.* 28 et *add. Carrio*

## DE COMPOSITIONE SATURARUM

*argumentum huius libri a κυνοδιδασκαλικῶν satura non discrepare Buechelero videtur (Petron. sat. Berol.*[4] *p. 188 n. 230 adn.)*

*89*

pareutactae adsunt, mulier quae mulier, Venus caput

*Non. p. 67, 12* pareutactoi Varro de compositione saturarum: pareutactae — caput.

1 praeutactae *Lugd.* pareutacte *Harl. m. 1 cf. Buech., Rh. Mus. 48, 631* 2 caput *secl. Lindsay, Philol. 55, 167, sed. cf. Buech. ibid. adn. 1*

## III. EX LIBRIS VARIAE NATURAE

## EX SATURIS MENIPPEIS

*saturarum Menippearum libri CL in extremo indice Hieronymi commemorantur. fragmenta collegerunt Riese, M. Ter. Varr. satur. Menipp. rell. (Lipsiae 1865). Buecheler, Petron. saturae et liber Priapeorum (Berol. 1904).*

*90 [32 Buecheler]*

*in reliquo* corpore ab hoc fonte diffusast anima, *hinc animus* ad intellegentiam tributus.

*Non. p. 426, 26* animus et anima hoc distant: animus est quo sapimus, anima qua vivimus. Accius Epigone [*fr. 15*].Varro Andabatis: in reliquo — tributus.

*91 [420]*

appellatur a caelatura caelum, graece ab ornatu κόσμος, latine a puritia mundus.

*Prob. Verg. buc. 6, 31* caelum — quem eundem mundum et κόσμον dictum probat Varro in Cynicis, quam inscripsit Dolium aut Seria, sic: Mundus — acceptat. Postumi cui seplasia fetet [Postume cur *Buech.*, post vinum *Riese*]: appellatur — mundus. *cf. Varro de l. L. 6, 3. Ael. Stilo fr. 7. Plin. n. h. 2, 3.*

*92 [33]*

idque alterum appellamus a calendo calorem, alterum a fervore febrim.

*Non. p. 46, 19* febris proprietatem a fervitate [feritate *nonnulli codd.* ferviditate *Havet, Arch. f. Lat. Lex. 1, 318*] morbi vel mali, ut a calendo calorem vel caldorem Varro Andabatis aperiendam putat: idque — febrim. *Isid. or. 4, 6, 2* febris a fervore dicta est.

1 ideoque *Roth*

*93 [323]*

grallatores qui gradiuntur, perticae sunt ligna

*Non. p. 115, 19* grallatores — Varro Mutuum muli scabunt graece περὶ χωρισμοῦ: 'ut grallatores — ligna φύσει ἀκίνητα, sed ab [lignaefynareinolet *codd.*] homine eo qui in is stat agitantur, sic illi animi nostri sunt grallae, crura ac pedes nostri, φύσει ἀκίνητοι, sed ab animo moventur'. *Varro de l. L. 7, 69* gralator a gradu magno dictus. *cf. Paul. Fest. p. 97, 12.*

*94 [100]*

habes qui et cuius rei causa fecerim hecatomben: in quo ego ut puto, quoniam est luere solvere, lutavi.

*Non. p. 131, 16* lutavi pro lui. Varro ἑκατόμβη περὶ θυσιῶν: *habes — lutavi.*

*95* [*384*]

nasturcium non vides ideo dici quod nasum torqueat, ut vestispicam quod vestem spiciat?

*Non. p. 12, 12* vestispici appellabantur vestium custodes servi, quod frequenti diligentia vestis inspiciant. Plautus — Varro Pappo aut indige [indigena *Oehler*]: nasturcium — spiciat? *Varro d. l. L. 7, 12* sic dicta vestispica, quae vestem spiceret, id est videret vestum ac tueretur.

1 nasturcium indige non invides in eo: *em. Oehler* 2 ut *deest in plerisque libris*

*96* [*398*]

poema est lexis enrythmos, id est verba plura modice in quandam coniecta formam, itaque etiam distichon epigrammation vocant poema. poesis est perpetuum argumentum e rythmis, ut Ilias Homeri et annalis Enni. poetice est ars earum rerum.

*Non. p. 428, 5* poesis et poema hanc habent distantiam: poesis est textus scriptorum [scripturorum *nonnulli codd.*], poema inventio parva, quae paucis verbis expeditur. Lucilius [*fr. 4 et 5*]. Varro Parmenone: poema — rerum. *cf. Isid. or. 1, 38, 21* poesis dicitur Graeco nomine opus multorum librorum, poema unius.

4 et rythmis, *deinde interpositis alienis* min ut ilias *codd.*

*97* [*179*]

quid? tu non vides in vineis, quod tria pala habeant, tripales dici?

*Non. p. 219, 19* pali genere masculino. neutro Varro Flaxtabulis περὶ ἐπαρχιῶν: quid? — dici?

*98* [*61*]

ideo fuga hostium graece vocatur τροπή. hinc spolia capta fixa in stipitibus appellantur tropaea.

*Non. p. 55, 8* tropaei significantiam propriam Varro Bimarco ostendit: ideo — tropaea *cf. Serv. Aen. 10, 775. Isid. or. 18, 2, 3*

*99* [*399*]

in quibus partibus in argumentis Caecilius poscit palmam, in ethesin Terentius, in sermonibus Plautus.

*Non. p. 374, 5* poscere, accipere. Varro Parmenone: i quibus — Plautus. *cf. fr. 40 et Volc. Sedig. fr. 1.*

*100* [*230*]

Varro in cynodidascalico Phalaecion metrum ionicum trimetrum appellat.

*Caes. Bass. de metr. p. 261, 13* quinta divisio est hendecasyllabi hoc exemplo: 'castae Pierides novem sorores'. nam secundum primum spondeum insertus huic hendecasyllabo anapaestus ionicum sotadeum facit sic: 'castae dociles Pierides novem sorores'. ex quo non est mirandum quod Varro — appellat, quidam ionicum minorem. *Terent. Maur. v. 2833 sq.* et quintam breviter tomen loquemur. / spondeum si quidem inter et secundum / quem scis dactylon hic solere poni, / si trudas anapaeston inserasque, / iungas cetera, iam videbis ipsum / consueto pede Sodaten locutum: / 'carmen Pierides dabunt sorores'. / si dicam 'lepidae', palam est profecto, / quod sit pes anapaestus: insero ergo / spondeo medium atque consequenti / hoc nomen 'lepidae', fit omne tale: 'carmen lepidae Pierides dabunt sorores'. / idcirco genus hoc Phalaeciorum / vir doctissimus undecumque Varro / ad legem redigens ionicorum / hinc natos ait esse, sed minores. *id. v. 2882 sq.* nec mirum puto, quando Varro versus / hos, ut diximus, ex Ione natos / distinguat numero pedum minores. *cf. Lachmann, Terent. Maur. praef. p. XV. Weil, Fleck. Jahrbb. 95 (1867) p. 132. Wilamowitz, Mélanges Weil 1898 p. 453.*

## EX *ΛΟΓΙΣΤΟΡΙΚΩΝ* LIBRIS LXXVI

*de natura horum librorum cf. Ritschl op. 3, 403 sq. L Merklin, Philol. 13, 729 sq. fragmenta collegerunt Riese et Chappuis ibid. logistoricum Scaurum supra collocavimus p. 217.*

*101* [*255 II Riese*]

est natio hominum iuxta agrum Praenestinum qui Carsitani vocantur ἀπὸ τῶν καρύων, cuius rei meminit Varro in *logistorico qui inscribitur* Marius de fortuna.

*Macrob.* 3, 18, 5 est autem natio — de fortuna; inde scilicet Praenestinae nuces.

*102* [*248 VII*]

hisce manibus lacte fit, non vino; Cuninae propter cunas, Ruminae propter rumam id est prisco vocabulo mammam, a quo subrumi etiam nunc dicuntur agni.

*Non. p. 167, 24* rumam veteres mammam dixerunt. Varro Cato vel de liberis educandis: hisce — agni. *cf. Varro r. r. 2, 11, 5 et infra fr. 137. 150. Fest. p. 306*[b], *32.*

1 his Semonibus *Lipsius* hisce numinibus *Preller* cunina: *em. Iunius*

*103* [*255*]

antiquos agrestes venandi peritos, cum plurimum in silvis agerent, quod veluti Diana duce ad investigandas feras solas et devias silvas peterent, Devianam appellasse deam, mox Dianam, quod intellegerent eandem esse, quae diem nascentibus daret.

*Prob. Verg. buc. 6, 31* Varro etiam in logistorico quem inscripsit Messalla de valetudine ait: antiquos — daret. *cf. Cic. de nat. d. 2, 69. Varro d. l. L. 5, 68. Isid. or. 8, 11, 56.*

*104* [*248 V*]

educit enim obstetrix, educat nutrix, instituit paedagogus, docet magister.

*Non. p. 447, 34* educere et educare hanc habent distantiam: educere est extrahere, educare enutrire et provehere. Varro Cato vel de liberis educandis: educit — magister.

*105* [*249 X*]

cum primo cibo et potione initiarent pueros, sacrificabantur ab edulibus Edusae, a potione Potinae nutrici.

*Non. p. 108, 15* Edusam et Potinam deas praesides vult haberi puerorum Varro Cato vel de liberis educandis: cum primo — nutrici. *Don. Ter. phorm.* 1, 1, 15[3] legitur apud Varro-

nem initiari pueros Eduliae et Poticae et Cubae divis edendi et potandi et cubandi, ubi primum a lacte et a cunis transierint.

3 nutricis (-es) *Riese*

*106* [*249 XIII*]

alii Statano et Statilino, quorum nomina habent scripta pontifices. sic cum primo fari incipiebant, sacrificabant divo Fabulino.

*Non. p. 532, 18* Statilinum et Statanum et Fabulinum puerilitatis praesides deos Varro Cato vel de liberis educandis affirmat: alii — Fabulino.

1 ali] ab *Harl. m. 2* uti *coni. Riese*

*107* [*248 VI*]

ut qui contra celeriter erant nati fere Numerios praenominabant, quod qui cito facturum quid se ostendere volebat, dicebat numero id fore; quod etiam in partu precabantur Numeriae, quam deam solent indigitare etiam pontifices.

*Non. p. 352, 10* numero significat cito —. Varro Cato vel de liberis educandis: ut qui — pontifices. *cf. Fest. p. 170*[a]*, 18. Varro r. r. 3, 16, 7.*

1 numerias: *em. Lugd. m. 1* 2 praemo(-mu-)niebant quid se *Iunius:* quis sine 3 quo *Lindsay* 4 numeri et *codd.* Numeriam *Turnebus*

*108* [*258*]

salve et vale secundum Varronem in logistoricis synonyma sunt.

*Serv. Aen. 5, 80* salve — sunt; unde his et in salutatione utimur et in exsecrationibus, ut [*Ter. andr. 696*] 'valeant qui inter nos discidium volunt'; unde etiam haec mortuis dicimus, non quo eis optemus salutem, in quibus nulla esse potest, sed ut significemus nos sic digredi, ut ostendamus eos numquam in nostram communionem esse venturos. *Serv. Aen. 11, 97* Varro in libris logistoricis dicit ideo mortuis salve et vale dici, non quod aut valere aut salvi esse possunt, sed quod ab his recedimus, eos numquam visuri. *cf. id. Aen.* 3, 493. Don. Ter. andr. *4, 2, 13*[3].

*109* [*257 II*]

Varro interpretatur vitellum appellatum, quia generet vitalia.

*Prob. Verg. buc. 6, 31* Varro mundo ovum comparavit in logistorico qui inscribitur Tubero de origine humana —. in eodem etiam libro Varro interpretatur — vitalia.

## EX ANTIQUITATUM LIBRIS XLI

*testimonium operis eiusque partitionis luculentissimum extat apud Augustinum civ. d. 6, 3 (cf. Varro ap. Non. p. 92, 11. d. l. L. 5, 12). fragmenta rer. humanarum coll. Mirsch, de M. Ter. Varr. antiq. rer. hum. lib. XXV (Lipsiae 1882); rer. divinarum Merkel, praef. ad Ovid. fast. p. CVI sq., praeterea Agahd librorum I XIV—XVI in Fleck. Jahrbb. suppl. 24 (1898) p. 5 sq. aliique. cf. Gruppe, Phil. Wochschr. 1883 p. 464 sq.; F Hoffmann, de Festi de verb. sign. libris (Koenisberg 1886) p. 28; Reitzenstein, Hermes 20, 515 adn. 1. de rerum dispositione recentiore aetate potissimum scripserunt: Kettner, Krit. Bemerk. zu Varro und lat. gloss. (Halle 1868) p. 14 sq.; Gruppe, Hermes 10, 54 sq.; Reitzenstein ibid. p. 532 sq. (cf. Detlefsen, Hermes 21, 240 sq.). huc pertinere videntur fr. 323—69. cf. 370 sq.*

## EX RERUM HUMANARUM LIBRIS XXV

*110* [*6 Mirsch*]

*lib. III.* Salentini dicti, quod in salo amicitiam fecerint.

*Prob. Verg. buc. 6, 31* Varro — in tertio rerum humanarum refert: — Salentini — fecerint. *cf. Fest. p. 329ᵃ, 32.*

*111* [*5*]

*l. VI.* 'pro censu classis iuniorum' Ser. Tullius cum dixit in discriptione centuriarum, accipi debet in censu.

*Fest. p. 246ᵇ, 30* pro censu — in censu, ut ait M. Varro in l. VI rerum humanarum, sicuti pro aede Castoris pro tribunali pro testimonio. *Paul. Fest. p. 228, 13* pro significat in, ut pro rostris pro aede pro tribunali. *cf. Fest. p. 229ᵇ, 4. 21. Paul. Fest. p. 226, 3. Gell. 11,* 3, 2 (cf. Hosius, *praef. ad*

*A. Gell. Noct. Att. p. XLII). GLK I 234, 31. 414, 23. III 49, 5. VII 283, 6. 307, 18. 417, 5. 501, 28.*

*112* [*6*]

*l. VI.* Praerogativae centuriae dicuntur, ut docet Varro rerum humanarum l. VI, quo rustici Romani, qui ignorarent petitores, facilius eos animadvertere possent.

*Fest. p. 249*[a]*, 7* Praerogativae — possent.

1 centurięs 2 quę rus . . .: *em. Ursinus*

*113* [*2*]

*l. VII.* suffragato⟨res dicebantur apud⟩ maiores hi qui vulgo in usu ⟨erant candidatis. nam quo meli⟩us apparerent iuncta suffra⟨gia, suffragator,⟩ quem quisque fieri vellet, notabat ⟨apposito punc⟩to scribtis candidatorum hominu⟨m nominibus⟩.

*Fest. p. 347*[b]*, 28* suffragato⟨res⟩ — ⟨nominibus⟩. Varro in l. VII rerum humanarum ⟨haec tradidit⟩.

1 *sq. lacunas suppl. Ursinus*

*114* [*deest*]

*l. VII.* libros XII fuisse ipse Varro humanarum antiquitatum VII, Antias secundo [*HRF 8 P.*] libros fuisse XII pontificales Latinos, totidem Graecos praecepta philosophiae continentes; idem tertio [*15 P.*] et SC. ponit quo comburi eos placuerit.

*Plin. n. h. 13, 87* [*de libris Numae*] libros — placuerit.

2 VII *cod. Monei et Ricc.* VI *Vatic. Lat. 3861 edd. ante Gelen.* V *Gelen.* sexto *Paris. Lat. 6795 et 6797* 4 et SC. *Urlichs* & S.C. *Ricc.* et se *cod. Monei*

*115* [*4*]

*l. VIII.* Oppius appellatus est — ab Opitre Oppio Tusculano, qui cum praesidio Tusculanorum missus ad Romam tuendam, dum Tullus Hostilius Veios oppugnaret, consederat in Carinis et ibi castra habuerat. similiter *Cispium a Laevo Cispio* Anagnino, qui eiusdem rei causa

eam partem Esquiliarum, quae iacet ad vicum Patricium versus, in qua regione est aedis Mefitis, tuitus est.

*Fest. p. 348*[b], *29* Oppius autem appellatus est, ut ait Varro rerum humanarum l. VIII, ab — tuitus est.

1 Opita: *em. Aug. Urs.* 3 ve ius 5 Cispium] Cisitum

*116* [*1*]

*l. XVIII. Char. p. 77, 10 = fr. 79*

*117* [*10*]

*l. XX.* ut consules ac praetores qui secuntur in castra, accensi dicti, quod ad necessarias res saepius acciantur, velut accensiti

*Non. p. 59*, *1* accensi genus militiae est administrantibus proximum. Varro rerum humanarum [rhetoricorum *codd.: em. Scal.*] lib. XX: ut consules — accensiti; quos nunc dicimus deputati. *cf. Varro de l. L. 7, 58. CGL V 649, 24* accensi depotati, ab acciendo dicti.

*118* [*11*]

*l. XX.* quod verbum censeo et arbitror idem poterat ac valebat.

*Non. p. 519, 21* censere et arbitrari veteres cognatione quadam socia ac similia verba esse voluerunt. Varro rerum humanarum [de re rustica *codd.: em. Popma*] lib. XX: quod — valebat. *cf. fr. 207. Paul. Fest. p. 54, 11. Isid. or. 9, 4, 13.*

*119* [*1*]

*l. XXI.* vocabulum multae idem M. Varro in uno vicesimo rerum humanarum non Latinum, sed Sabinum esse dicit, idque ad suam memoriam mansisse ait in lingua Samnitium, qui sunt a Sabinis orti.

*Gell. 11, 1, 5* vocabulum autem ipsum multae — orti. sed turba grammaticorum novicia κατὰ ἀντίφρασιν, ut quaedam alia, hoc quoque dici tradiderunt. *cf. Varro de l. L. 5, 177. 7, 29. Merkel, prol. ad Ovid. fast. p. XCIX.*

*fortasse hoc ex libro Verrius hausit simillimas glossas: Paul. p. 24, 12* aestimata poena; *Fest. p.* 213[a], 18 peculatus.

*120* [*4*]

*l. XXV.* ego *σπάρτα* apud Homerum non plus spartum significare puto quam *σπάρτους*, qui dicuntur in agro Thebano nati. in Graecia sparti copia modo coepit esse ex Hispania. neque ea ipsa facultate usi Liburni; set hi plerasque naves loris suebant, Graeci magis cannabo et stuppa ceterisque sativis rebus, a quibus *σπάρτα* appellabant.

*Gell. 17, 3, 4* liber ab eo prolatus — M. Varronis vicesimus quintus humanarum, in quo de isto Homeri verbo [*σπάρτα Il. 2, 135*: *καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν καὶ σπάρτα λέλυνται*] a Varrone ita scriptum est: ego *σπάρτα* — appellabant. *cf. Plin. n. h. 19, 25. 24, 65. Schoell, acta soc. phil. Lips. 6, 129.*

*121* [*IX 1*]

Numerius Equitius Cuppes et C. Manius Macellus singulari latrocinio multa loca habuerunt infesta. his in exsilium actis bona publicata sunt, aedes ubi habitabant dirutae eque ea pecunia scalae deum penatium aedificatae sunt. ubi habitabant locus, ubi venirent ea, quae vescendi causa in urbem erant allata. itaque ab altero macellum, ab altero forum cuppedinis appellatum.

*Don. Ter. eun. 2, 2, 25*[2] Varro humanarum rerum: Numerius Eq. Cuppes inquit et — appellatum. *Paul. Fest. p. 48, 15* cuppes et cupedia antiqui lautiores cibos nominabant; inde et macellum forum cupedinis appellabant. cupedia autem a cupiditate sunt dicta, vel, sicut Varro ait, quod ibi fuerit Cuppedinis equitis domus, qui fuerat ob latrocinium damnatus. *cf. Varro de l. L. 5, 146. 147. Paul. Fest. p. 125, 7. Don. Ter. eun. 2, 2, 26*[2]. *Schol. Ter. eun. 2, 2, 24. 25. Non. p. 85, 9. Anecd. H. p. 215, 3.*

1 c̊ manius *Vatic. Lat. 2905* romanius *Oxon.* romanus *Vatic. Regin. Lat. 1595 et 1496* Manius *Reitzenstein* C. Romanius *Sabbadini* 5 ubi hab. *repetitum, scribendum* publicatus *coni. Buecheler*

*122* [*XXII 1*]

equites apud veteres flexuntae vocabantur.

*Serv. Dan. Aen. 9, 603* flectere autem verbo antiquo usus

est; nam equites — vocabantur, sicut ait Varro rerum humanarum. *cf. Plin. n. h. 33, 35. CGL V 22, 34. hoc fragmento aliisque causis fretus Muenzer (ibid. p. 164 sq.) Gracchani quoque fr. 2 per Varronem in Plinium fluxisse contendit.*

flexuntes *Plinius*

*123* [*XI 10*]

hilum Varro rerum humanarum intestinum dicit tenuissimum.

*Char. p. 102, 15* (= *Plin. dub. serm. p. 72, 15 B.*) cuius nominis [*nihili*] origo haec est: hilum — tenuissimum, quod alii hillum appellaverunt, ut intellegeretur intestinum propter similitudinem generis. unde antiqui creberrime dempta littera hilum quoque dixerunt; unde intellegimus nihil sine adspiratione vitiose dici. *Isid. or. 10, 186* nihili compositum est ex ne et hilo. hilum autem [enim *Gu. 1*] Varro ait significare medullam eius ferulae quam Graeci ἀσφόδελον vocant, et sic dici apud nos nihilum, quomodo apud Graecos οὐδὲ γρῦ. *cf. Varro de l. L. 5, 111. 9, 54. Paul. Fest. p. 101, 8. Non. p. 121, 3. Prisc. p. 215, 6. CGL V 25, 12. 74, 6. 109, 26. 570, 6.*

*124* [*XXII 1*]

indutiae sunt pax castrensis paucorum dierum.

*Gell. 1, 25, 1* duobus modis M. Varro in libro humanarum, qui est de bello et pace, indutiae quid sint definit. indutiae sunt inquit pax — dierum. *cf. Suet. rell. p. 276 R. Don. Ter. eun. 1, 1, 15. dig. 49, 15, 19, 1. Isid. or. 18, 1, 11. CGL VI 567.*

*124*[a] [*XXII 2*]

indutiae sunt belli feriae.

*Gell. ibid.* item alio in loco: indutiae s. inquit b. feriae. *locus Aurelii Opilli, qui in Gellii extremo capite legitur (Aur. Op. fr. 2) a Gruppe (Comment. Momms. p. 546) Varroni adsignatur, sed res incerta est. cf. Mercklin, Fleck. Jahrbb. suppl. 3 (1860) p. 702 et Kretzschmer ibid. p. 41. 45. liber 'de bello et pace' XXII rerum hum. fuisse videtur.*

*125* [*X 1*]

Timaeus in historiis, quas oratione Graeca de rebus populi Romani composuit [*FHG 1, 195 M.*], et M. Varro *in antiquitatibus* rerum humanarum terram Italiam d

Graeco vocabulo appellatam scripserunt, quoniam boves Graeca vetere lingua ἰταλοὶ vocitati sunt, quorum in Italia magna copia fuerit, bucetaque in ea terra gigni pascique solita sint complurima.

*Gell.* *11, 1, 1* Timaeus — complurima. *cf. Varro r. r. 2, 1, 9. 5, 3. de l. L. 5, 96. Paul. Fest. p. 106, 7. Colum. 6 pr. 7. Serv. Aen. 1, 533. Isid. or. 14, 4, 18. 5, 18. haec ex libro XXI derivata esse videntur; cf. Mercklin, Fleck. Jahrbb. suppl. 3 (1860) p. 649 sq. Kretzschmer, de A. Gell. font. p. 38. 45. aliter Mirsch ibid. p. 60 (cf. Hosius, Gell. praef. XLII sq.).*

5 italoe    sint *Lion*

## *126 [XIII 16]*

οὕτω [Πεσσινοῦς] δὲ τὸ χωρίον ὀνομασθῆναι συμβέβηκεν ἐκ τοῦ πεσεῖν ἀπείρους ἐκεῖ, Γαλατῶν τῶν περὶ Ῥυδανὸν ἐπιπεσόντων τῇ χώρᾳ Βρέννου ἡγησαμένου καὶ τὴν ὁμώνυμον αὐτοῖς χώραν ἐκδικεῖν βιαζομένων, ὡς Φενεστέλλας [*8 P.*] καὶ Σισένας [*133 P.*] οἱ Ῥωμαῖοί φασιν, ὧν τὰς χρήσεις ὁ Βάῤῥων ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀνήγαγεν.

*Lyd. de mag. 3, 74* πρὸς Πεσσινοῦντι πόλει τῆς Γαλατίας — οὕτω — ἀνήγαγεν.

## EX RERUM DIVINARUM LIBRIS XVI AD CAESAREM

## *127 [1 Merkel]*

*lib. I.* Varro primo rerum divinarum Victoriam ait [*Vacunam esse*], quod ea maxime hi gaudent, qui sapientiae vacent.

*Ps-Acro Hor. ep. 1, 10, 49* Vacunam alii Cererem, alii deam vacationis dicunt, alii Victoriam, qua favente curis vacamus. Vacunam apud Sabinos plurimum cultam quidam Minervam, alii Dianam putaverunt; non nulli etiam Venerem esse dixerunt; sed Varro — vacent.

2 hii *nonnulli codd.*    3 vacant *Monac. Lat. 14865*

## *128 [3]*

*l. V.* aras primum asas dictas, quod esset necessa-*rium a sacrificantibus* eas teneri, ansis autem teneri solere

rem quis dubitet? commutatione ergo litterarum aras dici coeptas, ut Valesios et Fusios dictos prius, nunc Valerios et Furios dici.

*Macrob.* 3, 2, 8 Varro divinarum libro quinto dicit aras — dici. *Serv. Dan. Aen.* 4, 219 veteres aras asas dicebant; postea immutata littera s in r aras dixerunt, sicut Valesios Valerios, Fusios Furios, quod Varro rerum divinarum in libro quinto plenius narrat; necesse enim erat aras a sacrificantibus teneri; quod nisi fieret, diis sacrificatio grata non esset. *cf. Ovid. trist.* 5, 2, 44. *Ter. Scaur. p.* 13, 13. 23, 16. *Serv. Aen.* 2, 515. *Isid. or.* 15, 4, 13.

4 et Fusios — Valerios *om. Paris.*

## *129 [deest]*

*l. XIII.* Varro divinarum XIII ita [*amoletum*] dixit, sive a molliendo id est infringendo vim mali, sive ab aemulatione.

*Char. p.* 105, 9 (= *Plin. dub. serm. p.* 42, 27 *B.*) φυλακτήριον quod Graeci appellant, amoletum [amolitum *cod.*] latine dicimus. nam et Varro — aemulatione.

2 a molendo id est inserendo *exc. Paris.* 7530

## *130 [99 Agahd]*

*l. XIV.* in quo L. Aelius noster, litteris ornatissimus memoria nostra, erravit aliquotiens. nam aliquot verborum Graecorum antiquiorum, proinde atque essent propria nostra, reddidit causas falsas. non leporem dicimus, ut ait, quod est levipes, sed quod est vocabulum anticum Graecum. multa vetera illorum ignorantur, quod pro his aliis nunc vocabulis utuntur; et illorum esse plerique ignorent Graecum, quod nunc nominant Ἕλληνα, puteum, quod vocant φρέαρ, leporem, quod λαγωὸν dicunt. in quo non modo L. Aelii ingenium non reprehendo, sed industriam laudo; successum enim ⟨fert⟩ fortuna, experientiam laus sequitur.

*Gell.* 1, 18, 1 in XIV rerum divinarum libro M. Varro doctissimum tunc civitatis hominem L. Aelium errasse ostendit, quod vocabulum Graecum vetus traductum in linguam Romanam, *proinde atque* si primitus latine fictum esset, resolverit

in voces Latinas ratione etymologica falsa. verba ipsa super ea re Varronis posuimus: in quo — sequitur. *cf. Varro r. r. 3, 12, 6. Quint. 1, 6, 33. Isid. or. 12, 1, 23. — Varro de l. L. 5, 25. 6, 84. Fest. p. 217*[b]*, 7. CGL VII 163. — Varro r. r. 3, 12, 6. de l. L. 5, 101. Isid. or. 12, 1, 23. 7, 53. 17, 5, 16. CGL VI 637.*

1 lelius 3 antiquatorum *Lugd-Bat.* 7 hiis 8 ut — ignorant *IF Gronovius* 11 lelii 12 illustriam (il- *Lugd-Bat.*) *Paris. Lugd-Bat.* 13 fert. *add. Hirschfeld* dat *Mommsen* fundat *Hertz* (*ex Amm. 17, 5, 8*)

*131* [*100*]

*l. XIV.* Varro — furem dicit ex eo dictum, quod veteres Romani furvum atrum appellaverint et fures per noctem, quae atra sit, facilius furentur.

*Gell. 1, 18, 3* Varro — in posteriore eiusdem libri [*XIV*] parte furem — furentur. nonne sic videtur Varro de fure, tamquam L. Aelius de lepore [*Ael. Stilo 12*]? nam quod a Graecis nunc κλέπτης dicitur, antiquiore Graeca lingua φὼρ dictum est. hinc per adfinitatem litterarum, qui φὼρ graece, est latine fur. *Non. p. 50, 12* Varro rerum divinarum lib. XIV: 'furem ex eo dictum, quod furvum atrum appellaverint et fures per obscuras noctes atque atras facilius furentur.' *cf. Paul. Fest. p. 84, 6. 93, 13. Serv. Dan. Aen. 2, 18. 9, 348. g. 3, 407. Schol. Bern. g. ibid. Porphyr. et Ps-Acro Hor. c. 2, 13, 21. Isid. or. 5, 26, 19. 10, 107. 12, 2, 39. diff. verb. 340. CGL V 650, 49.*

*132* [*12*]

*l. XIV.* nam Parca inmutata una littera a partu nominata, item Nona et Decima a partus tempestivi tempore.

*Gell. 3, 16, 9* antiquos autem Romanos Varro [*in libro XIV rerum divinarum, qui proxime supra adfertur*] dicit non recepisse huiusce modi quasi monstruosas raritates, sed nono mense aut decimo neque praeter hos alio [alios *codd.*: *em. Buecheler*] partionem mulieris secundum naturam fieri existimasse, idcircoque eos nomina Fatis tribus fecisse a pariendo et a nono atque decimo mense. nam Parca inquit inmutata — tempore. *cf. Tert. de an. 37. Serv. buc. 4, 47. g. 1, 278. Aen. 1, 22. Mart. Cap. 4, 360. Isid. or. 8, 11, 93. Hieron. Bonos. ep. 100. Philarg. buc. 4, 47. CGL V 129, 10.*

1 *parga*

*133* [*108*]

*l. XIV.* petorritum est non ex Graecia dimidiatum, sed totum Transalpibus; nam est vox Gallica. id scriptum est in libro M. Varronis quarto decimo rerum divinarum, quo in loco Varro cum de petorrito dixisset, esse id verbum Gallicum, lanceam quoque dixit non Latinum, set Hispanicum verbum esse.

*Gell. 15, 30, 6* petorritum enim est — esse. *cf. Quint. 1, 5, 57. Fest. p. 206*ᵇ*, 30. Isid. or. 20, 12, 4.*

2 t. ⟨ortum⟩ trans A. *Hertz* t. transalpinum *I Gronovius* (*cf. Thielmann, Arch. f. Lat. Lex. 4, 252*) inscriptum

*134* [*106*]

*l. XIV.* *Βάρρων ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῶν θείων πραγμάτων φησὶν αὐτὸν* [*Ianum*] *παρὰ Θούσκοις οὐρανὸν λέγεσθαι — καὶ Ποπάνωνα διὰ τὸ ἐν ταῖς καλένδαις ἀναφέρεσθαι πόπανα.*

*Lyd. de mens. 4, 2* ὁ δὲ Βάρρων — πόπανα.

3 *ποπάωνα Paris. Graec. 3084*

*135* [*2*]

*l. XV.* Varro in libro quinto decimo rerum divinarum ita refert quod pontifex in sacris quibusdam vitulari soleat, quod Graeci *παιανίζειν* vocant.

*Macrob. 3, 2, 11* de cuius verbi [*vitulari*] significatu Titius [*fr. 3*]. Varro etiam in libro — vocant.

*136* [*29*]

*l. XVI.* quid est Genius? deus qui praepositus est ac vim habet omnium rerum gignendarum.

*August. civ. d. 7, 13* quid — deus inquit [*Varro*] qui — gignendarum. *cf. August. fr. 2. de hoc fragmento et sequentibus de diis selectis huic libro tribuendis cf. August. ibid. 7, 2. 23.*

*137* [*18*]

*l. XVI.* dixerunt eum [*Iovem*] Victorem Invictum *Opitulum Inpulsorem* Statorem Centumpedam Supinalem

Tigillum Almum Ruminum —: quod omnia vinceret, quod a nemine vinceretur, quod opem indigentibus ferret, quod haberet inpellendi statuendi stabiliendi resupinandi potestatem, quod tamquam tigillus mundum contineret ac sustineret, quod aleret omnia, quod ruma id est mamma aleret animalia.

*August. ibid. 7, 11* dixerunt — Ruminum et alia quae persequi longum est. haec autem cognomina inposuerunt uni deo propter causas potestatesque diversas, non tamen propter tot res etiam tot deos eum esse coegerunt: quod omnia — animalia.

*138 [31]*

*l. XVI.* ideo Mercurius quasi medius currens dicitur appellatus, quod sermo currat inter homines medius; ideo Ἑρμῆς graece, quod sermo vel interpretatio, quae ad sermonem utique pertinet, ἑρμηνεία dicitur; ideo et mercibus praeesse, quia inter vendentes et ementes sermo fit medius.

*August. ibid. 7, 14* nam ideo — medius. *cf. id. 4, 11. Paul. Fest. p. 124, 3. Arnob. 3, 32. Serv. Dan. Aen. 4, 242. 8, 138. Isid. or. 8, 11, 45—49. myth. Vat. 1, 119. 2, 42. Macrob. 1, 17, 5. 19, 9.*

*139 [20]*

*l. XVI.* quid est — Saturnus? unus de principibus deus, penes quem sationum omnium dominatus est.

*August. ibid. 7, 13* quid est enim et Saturnus — unus inquit [*Varro*] de — est. *cf. id. 7, 19. 6, 8. Varro de l. L. 5, 64. Tert. ad nat. 2, 12. Macrob. 1, 10, 20. Arnob. 4, 9. Serv. g. 1, 21.*

*140 [46^a]*

*l. XVI.* Tellurem putant esse Opem quod opere fiat melior, Matrem quod plurima pariat, Magnam quod cibum pariat, Proserpinam quod ex ea proserpant fruges, Vestam quod vestiatur herbis.

*August. ibid. 7, 24* Tellurem inquit [*Varro*] putant — herbis. *cf. id. 4, 10. 7, 20. 23. Varro de* l. L. 5, 64. 68. 74. *Serv. Dan. Aen. 2, 296. Isid. or.* 8, 11, 61.

141 [37]

*l. XVI.* Venilia unda est quae ad litus venit, Salacia quae in salum redit.

*August. ibid. 7, 22* Venilia inquit [*Varro*] unda — redit. *Varro de l. L. 5, 72* Salacia Neptuni ab salo, Venelia a veniendo ac vento. *cf. Fest. p. 326*, 16. Serv. Aen. 1, 144. id. Dan. 10, 76.*

142 [XIV 51]

Afferenda est ab afferendis dotibus.

*Tert. ad nat. 2, 11* Aff. — dotibus. *de fonte Tertulliani cf. praesertim ibid. 2, 1.*

143 [37ᵃ sq.]

vocaverunt deam Agenoriam quae ad agendum excitaret, deam Stimulam quae ad agendum ultra modum stimularet, deam Murciam quae praeter modum non moveret ac faceret hominem, ut ait Pomponius [*v. 195 Ribb.*[3]], murcidum id est nimis desidiosum et inactuosum, deam Streniam quae faceret strenuum, — Quietem vero appellantes quae faceret quietum.

*August. civ. d. 4, 16* vocaverunt — quietum. *cf. ibid. 4, 11. Tert. ad nat. 2, 11. Serv. Dan. Aen. 8, 636. Arnob. 4, 9. Non. p. 16, 32. de Varrone Augustini auctore in fragmentis quae secuntur cf. civ. d. 4, 1. 27. 6, 3. 4. 6. 9. 7, 1. 2. 3. 5. 13. 17. 23 etc.*

144 [20ᵇ. 103]

nam sicut Aius deus appellatus araque ei statuta est, quae est infima nova via, quod eo in loco divinitus vox edita erat, ita Vaticanus deus nominatus, penes quem essent vocis humanae initia, quoniam pueri, simul atque parti sunt, eam primam vocem edunt, quae prima in Vaticano syllabast; idcircoque vagire dicitur exprimente verbo sonum vocis recentis.

*Gell. 16, 17* et agrum Vaticanum et eiusdem agri deum praesidem appellatum acceperamus a vaticiniis, quae vi atque *instinctu eius dei* in eo agro fieri solita essent. sed praeter *hanc causam M. Varro* in libris divinarum aliam esse tradit

istius nominis rationem: nam sicut Aius inquit deus — recentis. *cf. August. civ. d. 4, 8. 11. 21. CGL V 427, 32. Elter, Rh. Mus. 46, 129.*

1 arius: *em. Beroaldus* 7 dicit: *em. vg.* 8 sono *Paris. Voss. Lat. F. 7*

*145 [17]*

quorum in nascendo non caput, sed pedes primi extiterant, qui partus difficillimus aegerrimusque habetur, Agrippae appellati vocabulo ab aegritudine et pedibus conficto. esse autem pueros in utero Varro dicit capite infimo nixos, sursum pedibus elatis, non ut hominis natura est, sed ut arboris. nam pedes cruraque arboris ramos appellat, caput stirpem atque caudicem. quando igitur inquit contra naturam forte conversi in pedes brachiis plerumque diductis retineri solent aegriusque tunc mulieres enituntur, huius periculi deprecandi gratia arae statutae sunt Romae duabus Carmentibus, quarum altera Postverta cognominatast, Prorsa altera a recti perversique partus et potestate et nomine.

*Gell. 16, 16* quorum — nomine. *de collocatione cf. Kretzschmer ibid. p. 46. de re August. civ. d. 4, 11. Tert. ad nat. 2, 11.*

3 confixo *Paris. Voss. Lat. F 7* confixos *rell.: em. Carrio* 4 in imo nixo *Meurs* 13 prosa *Magliab. Regin. 597 Voss. Lat. F. 112*

*146 [10. 12b. 14]*

superstitio Romana deam finxit Alemonam alendi in utero fetus et Nonam et Decimam a sollicitioribus mensibus et Partulam quae partum gubernet et Lucinam quae producat in lucem.

*Tert. de an. 37* superstitio — lucem. *Varro de l. L. 5, 69* ficta ab iuvando et luce Iuno Lucina. *cf. August. civ. d. 4, 11.*

*147 [102]*

taceo Ascensum ⟨a scansione⟩ et Clivicolam a clivis.

*Tert. ad nat. 2, 15* taceo — clivis.

*a scans. add. Oehler* Clivic. *Rigaltius*: levico iam

*148* [*16*]

cum pri⟨mum pariebant⟩, et Candelifera, quoniam ad candelae lumina pariebant, et quae ⟨aliae deae sunt, ab officiis part⟩us dictae.

*Tert. ad nat. 2, 11* cum — dictae.

1 *sq. lacunas expl. Gothofredus et Oehler*

*149* [*17*[b]]

quae [*deae*] fata nascentibus canunt et vocantur Carmentes.

*August. civ. d. 4, 11* quae — Carmentes. *Tert. ad nat. 2, 11* perverse nato ⟨partu Postvertae, recte ve⟩ro Prosae Carmentis esse provin⟨ciam voluerunt⟩. *cf. Plut. Rom. 21. quaest. R. 56. Dion. H. 1, 31. Serv. Dan. Aen. 8, 336.*

*150*

[*45. 19. 20*[a]. *23*[a]. *26*[a]. *27. 29. 30*[a]. *50. 90. 98*]

quid opus erat deo Catio patre, qui catos id est acutos faceret? — quid necesse erat Opi deae commendare nascentes, deo Vaticano vagientes, deae Cuninae iacentes, deae Ruminae sugentes, deo Statilino stantes, deae Adeonae adeuntes, Abeonae abeuntes; deae Menti, ut bonam haberent mentem, deo Volumno et deae Volumnae, ut bona vellent; diis nuptialibus, ut bene coniugarentur, dis agrestibus, ut fructus uberrimos caperent, et maxime ipsi divae Fructeseae; Marti et Bellonae, ut bene belligerarent, deae Victoriae, ut vincerent; deo Honori, ut honorarentur, deae Pecuniae, ut pecuniosi essent, deo Aesculano et filio eius Argentino, ut haberent aeream argenteamque pecuniam?

*August. ibid. 4, 21* sed si virtus non nisi ad ingeniosum posset venire, quid opus — pecuniam? *Varro de l. L. 7, 46* cata acuta. *August. ibid. 4, 11* ipse opem ferat nascentibus excipiendo eos sinu terrae et vocetur Opis, ipse in vagitu os aperiat et vocetur deus Vaticanus [*cf. fr. 144*], — ipse cunas tueatur et vocetur dea Cunina [*cf. fr. 102. Lact. d. i. 20, 36*] —; in diva Rumina mammam parvulo immulgeat [*cf. August. ibid. 4, 34. Tert. ad nat. 2, 11 fr. 102. 137*]. *Tert. ad nat. 2, 11* statuendi infantis Sta⟨tina⟩. *id. ibid.*⟨adeundi Adeona, ab abeun⟩do *Abeona est. Domiducam* et habent et deam ⟨Mentem quae

faciat mentem bonam aequ⟩e et malam, item voluntatis Volumnum Voletam⟨que⟩. *Varro de l. L. 5, 73* Bellona ab bello nunc, quae Duellona a duello. — Honos ab honesto onere. *cf. August. civ. d. 4, 24. 28.*

6 volumino — voluminae *Monac. Lat. 3831* 9 fructesae *idem*

*† 151 [X 3 Me.]*

cernuus equus dicitur qui cadit in faciem, quasi in eam partem cadens qua cernimus; unde et pueri quos in ludis videmus, ea parte qua cernunt stantes cernuli vocantur.

*Serv. Aen. 10, 894* 'cernuus', cernuus — vocantur, ut etiam Varro in ludis theatralibus docet. *liber decimus Rer. divin. hic significatus esse videtur (Ritschl op. 3, 481.). de re cf. Non. p. 20, 28.*

1 dic. equus *Carol. Sang. Floriac.* 2 cadens *om. Lips. Hamb. Monac.* quae *Carol. Hamb. Mon.* que *Flor.* quam *Stephanus et Daniel* 3 quae *Carol. Sang. Hamb.* cernui *Hamb. Mon.*

*152 [XIV 5. 8. 11 Ag.]*

sit deus Consevius quidam, qui con⟨satio⟩nibus concubitalibus praesit, et Fluvionia, quae infantem in uter⟨o nutriat⟩, hinc Vitumnus et Sentinus, per quem viviscat infans et sentia⟨t primum⟩, dehinc Diespiter, qui puerum perducat ad partum.

*Tert. ad nat. 2, 11* sit — partum. *cf. Paul. Fest. p. 92, 15. Arnob. 3, 30. August. civ. d. 7, 2* Vitumnus et Sentinus, quorum alter vitam, alter sensum puerperio largiuntur = *ibid. 7, 3 (saepius). August. ibid. 4, 11* Diespater qui partum perducat ad diem.

1 consation. *Gothofr.* 3 nutriat *Merkel* retineat *Oehler* 4 primum *Gothofr.* puerperam *Wissowa*

*153 [46]*

sit et deus Consus praebendo consilia et dea Sentia sententias inspirando.

*August. civ. d. 4, 11* ipse sit et — inspirando. *Tert. ad nat. 2, 11* a consiliis Consum. *cf. Tert. de spect.* 5. Varro de l. L. 6, 20. *Liv. 1, 9. Plut. Rom. 14. Arnob.* 3, 23. Paul. Fest. p. 41, 15. *Serv. Aen. 8, 636. mythogr. 1, 191.*

154 [*VI 3 Me.*]

sicut locum in quo figerent candelam, candelabrum appellatum, ita in quo deum ponerent, nominatum delubrum.

*Macrob. 3, 4, 2* Varro libro † octavo rerum divinarum delubrum ait alios aestimare, in quo praeter aedem sit area adsumpta deum causa, ut est in circo Flaminio Iovis Statoris, alios in quo loco dei simulacrum dedicatum sit, et adiecit: sicut — delubrum. *Serv. Dan. Aen. 2, 225* Varro autem rerum divinarum libro † XIX delubrum esse dicit aut ubi plura numina sub uno tecto sunt, ut Capitolium, aut ubi praeter aedem area sit adsumpta deum causa, ut in circo Flaminio Iovi Statori, aut in quo loco dei dicatum sit simulacrum, ut ⟨sicut⟩ in quo figunt candelam, candelabrum appellant, sic in quo deum ponunt, delubrum dicant. — Masurius Sabinus delubrum, effigies, a delibratione corticis; nam antiqui felicium arborum ramos cortice detracto in effigies deorum formabant, unde Graeci ξόανον dicunt. alii delubrum dicunt templum ab eo quod nulli iunctum aedificio pluvia diluatur. *haec in libro sexto fuisse recte videtur statuisse Merkel, prol. ad Ovid. fast. p. CXXIII. cf. O Gruppe, de Varr. antiq. rer. hum. rell. p. 6. de eadem re cf. Cincius. fr. 16. Paul. Fest. p. 73, 1.*

155 [*XIV 53 Ag.*]

domum est ducenda quae nubit, adhibetur et deus Domiducus; ut in domo sit, adhibetur deus Domitius; ut maneat cum viro, additur dea Manturna.

*August. civ. d. 6, 9* sed domum — Manturna. *cf. Tert. ad nat. 2, 11.*

156 [*21*]

⟨deus est dictus⟩ et ab effatu Farinus et alius a lo⟨quendo Locutius⟩.

*Tert. ad nat. 2, 11* ⟨deus⟩ — ⟨Locutius⟩. *cf. Varro de l. L. 6, 52 et fr. 106.*

1 d. est dictus *Oehler* aliis: *em. Wissowa* Aius *Hartel* 2 loq. Loc. *suppl. Gothofr. Oehler*

157 [*41. 89*]

*invocanda* propter fessos diva Fessona, propter hostes *depellendos diva* Pellonia.

*August. civ. d. 4, 21* cur enim esset invocanda — Pellonia —? *cf. Arnob. 2, 4.*

1 fossona *Corb.*

*158* [*V 5 Me.*]

focum dictum a fotu, ut colinam ab eo quod ibi ignis colatur.

*Serv. Dan. Aen. 3, 134* sane Varro rerum divinarum refert inter sacratas aras focos quoque sacrari solere, ut in Capitolio Iovi Iunoni Minervae, nec minus in plurimis urbibus oppidisque, et id tam publice quam privatim solere fieri. focum autem dictum — colatur; nec licere vel privata vel publica sacra sine foco fieri. *Isid. diff. verb. 307* ignis ipsa flamma est, focus vero fomes ac nutrimentum ignis; nam Varro focus ait dictus quod foveat ignem. focus ergo dictus a fotu. *cf. Isid. or. 20, 10, 1. Paul. Fest. p. 85, 5. Serv. Dan. Aen. 11, 211. Non. p. 481, 10. de collocatione cf. Merkel ibid. p. CXVIII.*

1 fotu *Thilo ex Isidoro* fovi *Flor. Ambros.*

*159* [*XIV 103 Ag.*]

tres deos isti posuerunt, Forculum foribus, Cardeam cardini, Limentinum limini.

*August. civ. d. 4, 8* tres — limini. *id. 6, 7* cur Forculus, qui foribus praeest, et Limentinus, qui limini, di sunt masculi, adque inter hos Cardea femina est, quae cardinem servat? *cf. Tert. ad nat. 2, 15. de idol. 15. de cor. 13.*

1 carneam *Colon. m. 1 Monac. Lat 6267*

*160* [*18*]

praesit [*Iuppiter*] fortuitis voceturque Fortuna.

*August. civ. d. 4, 11* praesit — Fortuna. *cf. Varr de l. L. 5, 74.*

*160ª* [*92*]

Fortuna, quae dicitur bona, sine ullo examine meritorum fortuito accidit hominibus et bonis et malis, unde etiam Fortuna nominatur.

*August. civ. d. 4, 18* Fortuna vero, quae — nominatur.

*161* [*6. 7ª*]

*ipse primum* Ianus, cum puerperium concipitur, unde

illa cuncta opera sumunt exordium minutatim minutis distributa numinibus, aditum aperit recipiendo semini. ibi est et Saturnus propter ipsum semen; ibi Liber qui marem effuso semine liberat; ibi Libera quam et Venerem volunt, quae hoc idem beneficium conferat feminae, ut etiam ipsa emisso semine liberetur.

*August. civ. d. 7, 2* nam ipse — liberetur. *id. 7, 3* confert enim selectus Ianus aditum et quasi ianuam semini; confert selectus Saturnus semen ipsum; confert selectus Liber eiusdem seminis emissionem viris; confert hoc idem Libera, quae Ceres seu Venus est, feminis. *cf. id. 6, 9.*

### *162* [*61*]

ab his tribus rebus tres nuncupatos deos, Intercidonam a securis intercisione, Pilumnum a pilo, Deverram a scopis, quibus dis custodibus contra vim dei Silvani feta [*mulier*] conservaretur.

*August. civ. d. 6, 9* neque arbores caeduntur ac putantur sine ferro, neque far conficitur sine pilo, neque fruges coacervantur sine scopis; ab his autem tribus — conservaretur.

2 deverrum *Monac. Lat. 3831*

### *163* [*52*]

cum mas et femina coniunguntur, adhibetur deus Iugatinus.

*August. civ. d. 6, 9* cum — Iugatinus. *id. 4, 11* ipse [*Iuppiter*] in Iugatino deo coniuges iungat.

1 masculus] *Monac. Lat. 3831 et 6267 Colon. m. 2*

### *164* [*79*]

sane Varro in libris divinarum dicit deum esse Lactantem, qui se infundit segetibus et eas facit lactescere.

*Serv. g. 1, 315* sane — lactescere. *Schol. Bern. ibid.* Varro in libris divinarum — lactescere. *cf. August. civ. d. 4, 8.*

1 deum esse *om. Paris.*

### *165* [*22*]

levet [*Iuppiter*] de terra et vocetur dea Levana.

*August. civ. d. 4, 11* ipse levet — Levana. cf. Tert. ad nat. 2, 11.

166 [*9*]

dea Mena quae menstruis fluoribus praeest

*August. civ. d. 7, 2* ibi [*in minutis numinibus*] est et dea — praeest. *cf. id. 7, 3. 4, 11.*

167 [*73 sq.*]

praefecerunt — geniculis nodisque culmorum deum Nodutum, involumentis folliculorum deam Volutinam; cum folliculi patescunt, ut spica exeat, deam Patelanam; cum segetes novis aristis aequantur, quia veteres aequare hostire dixerunt, deam Hostilinam; florentibus frumentis deam Floram, lactescentibus deum Lacturnum, maturescentibus deam Matutam; cum runcantur id est a terra auferuntur, deam Runcinam.

*August. civ. d. 4, 8* praefecerunt ergo Proserpinam frumentis germinantibus, geniculis — Runcinam. *cf. Arnob. 4, 7. 3, 23. — Fest. p. 270ᵇ, 27. 314ᵇ, 17. Serv. Dan. Aen. 2, 156. Non. p. 3, 26. CGL passim.*

168 [*44*]

Numeria quae numerare doceat

*August. civ. d. 4, 11* sit — Numeria — doceat. *cf. Anecd. H. p. 240, 8.*

169 [*XVI 10*]

duas eum [*Ianum*] facies ante et retro habere dicunt, quod hiatus noster, cum os operimus, mundo similis videatur; unde et palatum Graeci οὐρανὸν appellant, et non nulli inquit [*Varro*] poetae Latini caelum vocaverunt palatum, a quo hiatu oris et foras esse aditum ad dentes versus et introrsus ad fauces.

*August. civ. d. 7, 8* duas — fauces.

170 [*XIV 31ᵃ*]

de pavore infantum [*Iuppiter*] Paventia nuncupetur.

*August. civ. d. 4, 11* de — nunc. Tert. ad nat. 2, 11 <habent *et Pave*>*ntinam* pavoris. *cf. Varro* de l. L. 6, 48.

*171 [91]*

a pomis Pomonam, non Pomum, sicut a bubus Bubonam, non Bovem

*August. civ. d. 4, 24* appellabant — a pomis — Bovem.

*172 [25[a]]*

in diva Potina potionem ministret [*Iuppiter*], in diva Educa escam praebeat.

*August. civ. d. 4, 17* in diva — praebeat. *cf. fr. 105. August. ibid. 4, 34. 6, 9. Tert. ad nat. 2, 11.*

*173 [36]*

⟨praestan⟩tiae Praestitiam

*Tert. ad nat. 2, 11* ⟨habent pr.⟩ Pr.

*174 [XV 13]*

Romulus — ideo Quirinus ⟨est, quia⟩ tunc [*cum virgines dolo rapuit*] parentibus quiritatum est per illum.

*Tert. ad nat. 2, 9* Romulus — illum. *cf. Varro de l. L. 5, 73. 6, 68. Non. p. 21, 18. CGL IV 384, 10 V 478. 577.*

1 est quia *add. Gothofr.*

*175 [I 29[a]]*

cum religiosum a superstitioso ea distinctione discernat [*Varro*], ut a superstitioso dicat timeri deos, a religioso autem tantum vereri ut parentes, non ut hostes timeri

*August. civ. d. 6, 9* cum — timeri *etc. cf. Nigid. Fig. fr. 4. Serv. Aen. 6, 596. 8, 187. Isid. diff. verb. 486.*

*176 [XIV 68. 70. 71. 82]*

nec agrorum munus uni alicui deo committendum arbitrati sunt, sed rura deae Rusinae, iuga montium deo Iugatino, collibus deam Collatinam, vallibus Valloniam praefecerunt. nec saltem potuerunt unam Segetiam talem invenire, cui semel segetes commendarent, sed sata frumenta, quamdiu sub terra essent, praepositam voluerunt habere deam Seiam; cum vero iam essent super terram et segetem *facerent, deam Segetiam*; frumentis vero collectis adque

reconditis, ut tuto servarentur, deam Tutilinam praeposuerunt.

*August. civ. d. 4, 8* nec — praeposuerunt. *Plin. n. h. 18, 8* Seiam a serendo, Segestam a segetibus appellabant. *cf. August. ibid. 4, 34. Ovid. fast. 2, 526. Macrob. 1, 16, 8. Tert. de spect. 8* (*Suet. rell. p. 336 R.*).

*177* [*101*]

etiam locorum urbis vel loca deos ar⟨bitramini⟩, — montium ⟨septem⟩ Septemontium.

*Tert. ad nat. 2, 15* etiam — Septemontium.

1 urbisve: *em. Gothofredus* 2 septem *Oehler*

*178* [*XV 14*]

quid Stercu⟨linus meruit⟩ ad divinitatem? si agros stercoribus iuvando diligens fuit

*Tert. ad nat. 2, 9* quid — fuit, plus fimi ⟨Au⟩gias conferebat. *cf. Lact. d. i. 1, 20, 35. Isid. or. 17, 1, 3.*

1 Sterculinus m. *Gothofr.* Sterculus *Rigaltius*

*179* [*IV 7 Me.*]

M. Varro — Sibyllinos libros ait non fuisse unius Sibyllae, sed appellari uno nomine Sibyllinos, quod omnes feminae vates sibyllae sint a veteribus nuncupatae vel ab unius Delphidis nomine vel a consiliis deorum enuntiandis. *σιοὺς* enim deos, non *ϑεούς*, et consilium non *βουλήν*, sed *βούλλαν* appellabant Aeolico genere sermonis. itaque sibyllam dictam esse quasi *ϑεοβούλην*.

*Lact. d. i. 1, 6, 7* M. Varro, quo nemo umquam doctior ne apud Graecos quidem vixit, in libris rerum divinarum quos ad C. Caesarem pontificem maximum scripsit, cum de quindecimviris loqueretur, Sibyllinos — ϑεοβούλην. *eadem fere Isid. or. 8, 8, 1. Serv. Aen. 3, 445* sibylla appellativum est nomen, adeo ut Varro quot sibyllae fuerint scripserit. sibylla autem dicitur omnis puella, cuius pectus numen recipit; nam Aeolii *σιοὺς* dicunt deos, *βουλὴ* autem est sententia; ergo sibyllas quasi *σιοῦ βουλὰς* dixerunt. *cf. Hieron. adv. Iovin. l. I vol. II 306 D Vall. August. civ. d. 18, 23.*

*2 sed] et nonnulli codd.* 6 βούλλαν Wachsmuth boyaian

*vel* βουαιαν *vel* buletin *vel* bulean *codd.* βόλλαν *Ahrens, de dial. Aeol. p. 59 adn. 34*

*180* [*I 18 Ag.*]

aiunt quidam propterea deos ⟨θεοὺς appella⟩tos, quod θέειν id est ἵεσθαι pro currere ac motari interpretatio est.

*Tert. ad nat. 2, 4* aiunt — est.

1 proptereas  θ. appell. *Wissowa* fuisse app. *Gothofredus*  2 thin & siesta: *em. Hartel* θ. et ἐξίεσθαι *Gothofr.* θ. et σείεσθαι *Rigaltius*  procurrere

*181* [*XIV 32*[a]]

de spe quae venit [*Iuppiter nuncupetur*] Venilia.

*August. civ. d. 4, 11* de — Venilia. *Tert. ad nat. 2, 11* habent et — spei Veniliam. *Schol. Veron. Aen. 10, 78* ⟨deam Venilia⟩m alii Venerem quod in mari nata sit, alii Nympham quam Graeci Βύνην vocant. ⟨Varro rerum divin⟩arum XIIII de dis certis: 'Spes cum conciliata non frustra esset et eveniss⟨et . . . . . . . . . ⟩bantur, quam deam cum Neptuno coniungunt.'

*182* [*58. 54. 55. 56*]

numquid Venus sola parum esset, quae ob hoc etiam dicitur nuncupata, quod sine vi femina virgo esse non desinat? — et certe si adest Virginiensis dea, ut virgini zona solvatur; si adest deus Subigus, ut viro subigatur; si adest dea Prema, ut subacta, ne se commoveat, conprimatur, dea Pertunda ibi quid facit?

*August. ibid. 6, 9* numquid — facit? *Varro de l. L. 5, 61* horum [*maris et feminae*] vinctionis vis Venus. *de Virginiensi dea cf. August. ibid. 4, 11.*

2 sine eius vi *edit. Paris.*

*183* [*63*]

⟨Vi⟩duus qui animam corpore viduet —, item Caeculus qui oculos sensu exanim⟨et, item Or⟩bana quae in orbitatem semina extinguat.

*Tert. ad nat. 2, 15* et tristitiae deos arbitros esse voltis, ⟨ut sit Vi⟩duus — extinguat. *cf. Arnob. 4, 7.*

1 Viduus *Oehler*: ..dius  2 exan. item Orb. *Hildebrand*

*184* [*34. 35*]

neque — audent aliquas partes deae — tribuere — Volupiae, quae a voluptate appellata est, aut Lubentinae, cui nomen est a libidine.

*August. civ. d. 4, 8* neque ergo in hoc tam praeclaro opere et tantae plenissimo dignitatis [*imperium dilatandi*] audent — libidine. *Varro de l. L. 6, 47* ab lubendo libido, libidinosus ac Venus Libentina et Libitina. *cf. August. ibid. 4, 11. Tert. ad nat. 2, 11. Arnob. 4, 9. Serv. Dan. Aen. 1, 720.*

## EX LIBRIS DE GENTE POPULI ROMANI IV

*opus scriptum est a. 711/43 (cf. Mommsen, Röm. Chron. 147$^2$. Kettner, Varr. stud. 38 sq.). fragmenta collegerunt Kettner ibid. p. 63 sq. H Peter, hist. Rom. rell. (Lipsiae 1906) p. 10 sq.*

*185* [*2 Peter*]

*lib. I.* fagus quas graece φηγοὺς vocant.

*Char. p. 130, 5 (= Plin. dub. serm. p. 17, 9 B.)* fagus Varro de gente p. R. I: fagus — vocant.

† *186* [*8*]

et ideo nec Areon pagon — vult [*Marcus Varro*] inde accepisse nomen, quod Mars, qui graece Ἄρης dicitur, cum homicidii crimine reus fieret, iudicantibus duodecim diis in eo pago sex sententiis absolutus est —; sed contra istam, quae multo amplius est celebrata, opinionem aliam quandam de obscurarum notitia litterarum causam nominis huius conatur astruere, ne Areon pagon Athenienses de nomine Martis et pagi quasi Martis pagum nominasse credantur, in iniuriam videlicet numinum, a quibus litigia vel iudicia existimat aliena.

*August. civ. d. 18, 10* et ideo — aliena.

*187* [*18*]

Varro dicit in gente populi Romani Sabinos a Romulo

susceptos istum accepisse montem [*Aventinum*], quem ab Avente fluvio provinciae suae Aventinum appellaverunt.

*Serv. Aen. 7, 657* Avéntinus mons urbis Romae est, quem constat ab avibus esse nominatum, quae de Tiberi ascendentes illic sedebant —. quidam etiam rex Aboriginum, Aventinus nomine, illic et occisus et sepultus est, sicut etiam Albanorum rex Aventinus, cui successit Procas. Varro tamen dicit — appellaverunt. *cf. Naev. fr. 1. Varro de l. L. 5, 43. Paul. Fest. p. 19, 4. Fest. p. 174ᵃ, 15. Liv. 1, 33. August. civ. d. 18, 21.*

1 ingentem *Sang. Regin. Lips. Mon.* 3 appell. avent. *Mon.*

*188 [23]*

circenses dicti, quia exhibebantur in circuitu ensibus positis.

*Serv. g. 3, 18* 'centum quadriiugos agitabo ad flumina' i. e. unius diei exhibebo circenses, quia, ut Varro dicit in libris de gente populi Romani, olim XXV missus fiebant. sed vicesimus quintus dicebatur aerarius, eo quod de collatione populi exhibebatur. — olim enim in litore fluminis circenses agitabantur, in altero latere positis gladiis, ut ab utraque parte esset ignaviae praesens periculum; unde et circenses — positis, licet alii a circumeundo dicant circenses vocari. *cf. Varro de l. L. 5, 153. 154. Serv. Aen. 8, 636. Isid. or. 18, 27, 3.*

*† 189 [17]*

nec idem propter aliud arbitratur historicus [*Varro*] in Arcadia tale nomen adfictum Pani Lycaeo et Iovi Lycaeo nisi propter hanc in lupos hominum mutationem, quod eam nisi vi divina fieri non putarent. lupus enim graece λύκος dicitur, unde Lycaei nomen apparet inflexum. Romanos etiam Lupercos ex illorum mysteriorum veluti semine dicit exortos.

*August. civ. d. 18, 17* nec idem — exortos. *cf. Paul. Fest. p. 119, 16. hoc fr. cum 186 et 190 ex opere De g. p. R. ductum esse ex August. ibid. 18, 8. 13 (cf. 18, 3. 5. 9. 10. 16. 23. 40) patet, ne dicam hic Varronem 'historicum' diserte appellari.*

*190 [13]*

nominis huius [*Apis*], cur non Apis etiam post *mortem, sed Serapis* appellatus sit, facillimam rationem

Varro reddidit. quia enim arca, in qua mortuus ponitur, quod omnes iam sarcophagum vocant, σορὸς dicitur graece, et ibi eum venerari sepultum coeperant, priusquam templum eius esset extructum, velut soros et Apis Sorapis primo, deinde una littera, ut fieri adsolet, commutata Serapis dictus est.

*August. civ. d. 18, 5* nominis autem huius — dictus est. *cf. Varro de l. L. 5, 57.*

## EX LIBRIS DE VITA POPULI ROMANI AD ATTICUM IV

*libri a. 711/43 scripti esse videntur (cf. Ritschl op. 3, 450. Kettner, M. Ter. Varr. de vita p. R. quae extant. Halae 1863 p. 3). fragmenta coll. Kettner ibidem.*

### *191 [29 Kettner]*

*lib. I.* adoreum quoque ab eo dictum putat [*Varro*], quod cibi ora id est principium sit far.

*Non. p. 59, 5 [post fr. 199]* adoreum — far. *cf. id. p. 52, 14. Paul. Fest. p. 3, 10. Isid. or. 17, 3, 6.*

### *192 [17]*

*l. I.* itaque calendis calabantur id est vocabantur, et ab eo calendae appellatae, quod est tractum a Graecis, qui καλεῖν vocare dixerunt.

*Non. p. 23, 27* calendarum vocabulum proprium Varro conplexus est de vita populi Romani lib. I: itaque — dixerunt. *cf. Varro de l. L. 6, 27. Paul. Fest. p. 225, 8 (38, 13). Gell. 15, 27, 2. Serv. Dan. Aen. 8, 654. Macrob. 1, 15, 10. CGL VI 167.*

### *193 [48]*

*l. I.* quod, ante quam nomen dolii prolatum, cum etiam id genus vasorum calpar diceretur, id vinum calpar appellatum.

*Non. p. 546, 28* calpar nomine antiquo dolium. Varro de vita populi *Romani lib.* I: quod — appellatum. cf. Paul. Fest. *p. 46, 17. 65, 13.*

194 [38]

*l. I.* caltula est palliolum praecinctui, quod nudae infra papillas praecinguntur.

*Non. p. 548, 33* caltulam Varro de vita populi Romani lib. I palliolum breve voluit haberi: caltula — praecinguntur; 'quo mulieres nunc et eo magis utuntur, postquam subuculis desierunt'.

1 castula: *em. Lindsay* quod: quo *ed. a. 1471*

195 [41]

*l. I.* cocula, qui coquebant panem primum sub cinere, postea in forno.

*Non. p. 531, 27* Varro de vita populi Romani lib. I: cocula — in forno. *cf. Paul. Fest. p. 39, 3.*

1 cocebat (coq.) *plerique codd.* primum *om. plerique codd.* 2 cinerem *codd. praeter Paris. 7666*

196 [26]

*l. I.* in postica parte erat colina, dicta ab eo quod ibi colebant ignem.

*Non. p. 55, 19* Varro de vita populi Romani lib. I: 'qua fini sit antica et postica. in postica — ignem. lucupletiorum domus quam fuerint angustiis paupertinis coactae, ipsa nomina declarant'.

1 culina *Lugd.* (*Voss. Lat. F 73*) colina *alii codd.*

197 [18]

*l. I.* in eorum enim sacris liba cum sunt facta, incerni solere farris semine; ac dicere se ea februare id est pura facere.

*Non. p. 114, 17* februare positum pro purgare et purefacere. Varro de vita populi Romani lib. I: in eorum — facere. *cf. Varro de l. L. 6, 13* februm Sabini purgamentum. *Paul. Fest. p. 85, 12. CGL V 641, 72.*

2 incernere *Quicheratus* solere *scripsi:* solent

198 [42]

*l. I.* urceolum aquae manale vocamus, quod *eo aqua in trulleum* effundatur; unde manalis

lapis appellatur in pontificalibus sacris, qui tunc movetur cum pluviae exoptantur; ita apud antiquissimos manale sacrum vocari quis non noverit? unde nomen illius.

*Non. p. 547, 3* trulleum quo manus perluuntur. Varro de vita populi Romani lib. I —: urceolum — illius. *cf. Paul. Fest. p. 128, 5. Fest. p. 157ª, 29.*

1 aquae manale *Gen. Bern.* aquae (aqua) manalem *rell.* 6 illis *nonnulli codd.*

*199* [*29*]

*l. I.* nefarii —. a farre, quod adoreum est, id quo scelerati uti non debeant, non triticum sed far.

*Non. p. 59, 5* nefarii proprietatem in lib. I de vita populi Romani Varro patefecit: a farre — far. *Isid. diff. verb. 423* nefarius, ut Varro existimat, non dignus farre. *cf. id. or. 10, 189. Ascon. Pedian. in Verr. 3.*

1 id quo *Onions:* in quo *vel* quo *codd.*

*200* [*33*]

*l. I.* ideoque hoc ab ore dicitur osculum, non a suavitate, unde, quod simile est, savium.

*Non. p. 424, 15* osculum et savium his intellectibus discernuntur, quod ab ore osculum, savium a suavitate dicitur. Varro de vita populi Romani I: ideoque — savium. *cf. Serv. Dan. Aen. 1, 256. Isid. diff. 398. Don. Ter. eun. 3, 2, 3. CGL IV 289, 31. 370, 38. V 170, 33. MHaupt op. 2, 106.*

2 simile] suave *Mercier* est *scripsi:* sit

*201* [*4*]

*l. I.* hanc deam Aelius [*fr. 27*] putat esse Cererem; sed quod in asylum qui confugisset, panis daretur, esse nomen fictum a pane dando pandere, quod est aperire.

*Non. p. 44, 1* pandere Varro existimat ea causa dici, quod qui ope indigerent et ad asylum Cereris confugissent panis daretur. pandere ergo quasi panem dare, et quod numquam fanum talibus clauderetur. de vita populi Romani lib. I: *hanc — aperire.*

1 Aelius *Carrio ex cod. Elnonensi*: melius 2 confugissent *ed. princ., sed cf. Class. Rev. 16, 50* 4 hoc est *Lugd.*

*202* [*30*]

*l. I.* pastillos et panes: haec vocabula pastus, quod esse pascere dicebant.

*Non. p. 63, 24* panis proprietatem a pascendo putant veteres aestimandam. Varro de vita populi Romani lib. I: pastillos — dicebant. *cf. Paul. Fest. p. 222, 18.*

1 hae *Lugd.* (*Voss. Lat. F 73*) a pastu *vel* a pastu sunt *coni. L Mueller* 2 esset: *em. Mue.*

*203* [*11*]

*l. I.* pecuniaque erat parva; ab eo paupertas dicta. cuius paupertatis magnum testimonium est

*Non. p. 43, 29* paupertas dicta est a pecunia parva. Varro de vita populi Romani lib. I: pecuniaque — est. *aliter id. de l. L. 5, 92.*

2 paupertatis *secl. L Mueller*

*204* [*35*]

*l. I.* nec pistoris nomen erat nisi eius qui ruri far pinsebat. nominati ab eo quod pinsunt.

*Non. p. 152, 12* pinsere, tundere vel molere. Varro *Ταφῇ Μενίππου* [*527 Bue.*] —. idem de vita populi Romani lib. I: nec pistoris — pinsunt. *cf. Varro de R L. 5, 138. Fest. p. 210ᵇ, 27. Isid. or. 4, 11, 4. 15, 6, 4.*

1 nisi e. q. *ed. a. 1480:* qui nisi eius 2 nominativa (*vel* -tua *ut vid.*) quod eo: *em. ed. a. 1480*

*205* [*8*]

*l. I.* quibus erant pecuniae satis, locupletis adsiduos, contrarios proletarios.

*Non. p. 67, 18* proletari dicti sunt plebei, qui nihil rei publicae exhibeant, sed tantum prolem sufficiant. — Varro de vita populi Romani lib. I: quibus — proletarios. *cf. Paul. Fest. p. 226, 13. Gell. 16, 10, 10. Non. p. 155, 19.*

1 erat *L Mueller*

*206* [*53*]

*l. I.* quod frontem lecticae struebant ex ea

herba torta, torum appellatum. hoc quod inicitur etiam nunc toral dicitur; lecticam qui involvebant, segestria appellabant.

*Non. p. 11, 12* tororum [torialim *codd.*] et toralium designator est Varro de vita populi Romani lib. I: quod — appellabant. *cf. Varro de l. L. 5, 166. 167. Isid. or. 19, 26, 6.*

1 quo *Onions* struerant *Lugd.* (*Voss. Lat. F 73*) q. fronde l. struebantur, ex eo h. *L Mueller*

*de aliis vasorum nominibus, quae a Verrio ex hoc Varronis libro tracta esse possunt, cf. Willers, de Verr. Fl. glossar. interpr. (Halis Sax. 1898) p. 6 sq.*

*207* [*10*]

*l. II.* itaque quod hos arbitros instituerunt populi, censores appellarunt; idem enim valet censere et arbitrari.

*Non. p. 519, 21* censere et arbitrari veteres cognatione quadam socia ac similia verba esse voluerunt. — Varro de vita populi Romani lib. II: itaque — arbitrari. *cf. fr. 118. Varro de l. L. 5, 81. Paul. Fest. p. 58, 8. Isid. or. 9, 4, 13.*

2 idem *ed. a. 1476*: id

*208* [*8*]

*l. II.* quod idem dicebantur consules et praetores; quod praeirent populo praetores, quod consulerent senatui consules.

*Non. p. 23, 31* consulum et praetorum proprietas, quod consulant et praeeant populis, auctoritate Varronis ostenditur, de vita populi Romani lib. II: quod idem — consules. *cf. Varro de l. L. 5, 81. Isid. or. 9, 3, 27. 4, 16.*

3 senatum *Popma* (*cf. de l. L. 5, 80*)

*209* [*9*]

*l. II.* itaque propter curam locus quoque, quo suam quisque domo senator confert, curia appellatur.

*Non. p. 57, 1* curiam a cura dictam Varro designat de vita populi Romani lib. II: itaque — appellatur. cf. Varro de l. L. *5, 155. 6, 46. Paul. Fest. p. 49, 1.*

2 domum: *em. Mercier* curiam appellat: *em. Popma* locum — curiam appellat (*vel* -ant) *coni. Lindsay*

*210* [*11*]

*l. II.* cum in quintum gradum pervenerant atque habebant sexaginta annos, tum denique erant a publicis negotiis liberi atque otiosi. ideo in proverbium quidam putant venisse, ut diceretur sexagenarios de ponte deici oportere, id est quod suffragium non ferant, quod per pontem ferebant.

*Non. p. 523, 22* sexagenarios per pontem mittendos male diu popularitas intellexit, cum Varro de vita populi Romani lib. II honestam causam religiosamque patefecerit: cum — ferebant. *cf. Manil. fr. 3. Varr. sat. 494 Bue. Cic. pro Rosc. 100. Ovid. fast. 5, 625. Sinn. Cap. fr. 21. Macrob. 1, 5, 10. Plut. quaest. R. 32.*

4 proverbio: *em. ed. a. 1471* venisse se *Lugd.* (*Voss. Lat. F 73*) 5 id est deici op. *L Mueller*

*211* [*10*]

*l. III.* qui de ascriptivis cum erant adtributi decurionibus et centurionibus, qui eorum habent numerum, accensi vocabantur. eosdem etiam quidam vocabant ferentarios, qui depugnabant fundis et lapidibus, his armis quae ferrentur, non quae tenerentur.

*Non. p. 520, 5* decuriones et centuriones a numero, cui in militia praeerant, dicebantur; accensi, qui his accensebantur id est adtribuebantur. Varro de vita populi Romani lib. III [IIII *Escor. et Paris. Lat. 7667*]: qui de — tenerentur. *Paul. Fest. p. 14, 13* adscripticii, vel uti quidam ⟨ad⟩scripti⟨vi⟩ [*sic Reitzenstein coll. Non., Verr. Forsch. p. 31*] dicebantur, qui supplendis legionibus adscribebantur. hos et accensos dicebant, quod ad legionum censum essent adscripti. quidam velatos, quia vestiti inermes sequerentur exercitum. non nulli ferentarios, quod fundis lapidibusque proeliaturi ea modo ferrent, quae in hostes iacerent. *similia Verrius p. 18, 6. 85, 7. 369, 4, quae rursus in De l. L. 7, 56. 57. 58 invenimus. quin vero Verrius ex libro III De vita p. R. hauserit, nulla fere dubitatio est. cf. Reitzenstein, Verr. Forsch. p.* 30 sq.

1 qui de ascribtivis (-ipt-) *codd.* quidam ascriptivi *Reitzenstein* ⟨i⟩ quidem ascriptivi *Quicheratus* 4 quid pugn. *Lugd.* (*Voss. Lat. F 73*) *m. 1* fundis *Popma:* pugnis 5 et his *nonnulli codd.* qui ferentur *nonnulli codd.*

## *212* [*17*]

*l. III.* quod antiqui pluris tabulas coniunctas codices dicebant; a quo in Tiberi navis codicarias appellamus.

*Non. p. 535, 12* codicarias naves etiam nunc consuetudo appellat eo, quod in fluminibus sint usui. — Varro de vita populi Romani lib. III: quod — appellamus.

## *213* [*9*]

*l. III.* tum appellatus est dilectus et ab electione legio. ab hac supervacaneorum consuetudine adscribuntur

*Non. p. 57, 4* legionum proprietatem a dilectu militum Varro de vita populi Romani lib. III dictam interpretatur: tum — adscribuntur. *cf. Varro de l. L. 5, 88. 6, 66. Isid. or. 9, 3, 46.*

## *214* [*12*]

*l. III.* referentibus centurionibus et decurionibus adoptati in cohortes subibant, ut semper plenae essent legiones. a quo optiones in turmis decurionum et in cohortibus centurionum appellati.

*Non. p. 67, 28* optiones in cohortibus qui sint honesti gradus, ut optatos, quod est electos, et adoptatos, quod adscitos, Varro de vita populi Romani lib. III existimat appellatos: referentibus — appellati. *cf. Varro de l. L. 5, 91. Paul. Fest. p. 184, 12. Fest. p. 198*[b]*, 11. Don. Ter. eun. 5, 8, 27*[8]*. Isid. or. 9, 3, 41.*

1 referentibus *quidam ap. Bentinum*: referentur et dec. *om. Lugd.* (*Voss. Lat. F 73*) *alii*

## *215* [*11*]

*l. III.* rorarii appellati quod imbribus fere primum rorare incipit.

*Non. p. 552, 30* rorarii appellabantur milites qui, ante quam *congressae* *essent* acies, primo non multis iaculis inibant proe-

lium: tractum quod ante maximas pluvias caelum rorare incipiat. — Varro de vita populi Romani lib. III: rorarii — incipit. *cf. Varro de l. L. 7, 58. Verrii auctor certe Varro fuit (Paul. Fest. p. 14, 15. 264, 8).*

1 imminentibus imbr. *L Mueller*

*216* [*17*]

*l. IV.* in quo est supervacuum pro supervacaneo.

*Non. p. 525, 11* supervacuum non putat oportere dici Varro de vita populi Romani lib. IV, sed supervacaneum: in quo — supervacaneo. *cf. Fest. p.* $293^{b}$*, 33.*

EX TRIBUUM LIBRIS

*217*

ab hoc quoque quattuor partis urbis tribus dictae ab locis, Suburana Palatina Esquilina Collina, quinta quod sub Roma Romilia. sic reliquae triginta ab his rebus, quibus in tribum libris scripsi.

*Varro de l. L. 5, 56* ab hoc — scripsi.

EX DISCIPLINARUM LIBRIS IX

*fragmenta primi libri De grammatica supra collocavi p. 205 sq. de dispositione totius operis cf. Ritschl op. 3, 352 sq. et L Mercklin, Philol. 3 (1858) p. 736 sq.; item de temporibus Ritschl ibid. p. 400 et contra O Gruppe, Hermes 11, 235 sq.*

*218*

*lib. V.* aliud est quarto praetorem fieri et aliud quartum, quod quarto locum adsignificat ac tres ante factos, quartum tempus adsignificat et ter ante factum. igitur Ennius recte, quod scripsit [*ann. 295* $V.^{2}$] 'Quintus pater quartum fit consul', et Pompeius timide, quod in theatro, ne adscriberet 'consul tertium' aut 'tertio', extremas litteras non scripsit.

*Gell. 10, 1, 6* verba M. Varronis ex libro disciplinarum *quinto haec sunt:* aliud est — scripsit. Non. p. 435, 8 quartum et

quarto prudentes differre dixerunt. Varro disciplinarum V: aliud est — fit consul. *August. reg. CGK V 517, 22* est etiam quaedam obscuritas in adverbiis secundo tertio quarto quinto sexto et secundum tertium quartum quintum sextum, ut puta 'secundo factus est consul' et 'secundum fuit consul'. secundo autem ad ordinem pertinet, secundum ad numerum; ut puta cum dico 'secundo factus est consul', pertinet, ut dixi, ad ordinem, quod primo alter factus sit et sic alter secundo; cum autem dicimus secundum consul vel tertium vel quartum vel quintum vel sextum, ad numerum pertinet, quod sexies fuerit consul. inde Cicero de Mario sic ait [*in Pis. 20*] 'sextum consul', id est qui sex consulatus meruit, et 'septimum consul', quod est septies consulatum meruit. hoc Varro distinxit in libris numerorum. *cf. Ritschl op. 3, 363.*

1 et aliud *Bern.* (*et codd.* $A^A$ *Nonii*) et *reliqui* aliud *codd.* $B^A$ *Nonii* 2 quod *om. Nonius* 2 *et* 3 signif. *Non. bis* 3 et tres *Non.* templum *Regin. 1646 Voss. Lat. F 112*

*219*

*l. VIII.* vesperi non videre, quos appellant lusciosos

*Non. p. 135, 9* lusciosi, qui ad lucernam non vident et μύωπες vocantur [vocentur *codd.*] a Graecis. Varro disciplinarum lib. VIII: vesperi — lusciosos. *cf. Paul. Fest. p. 120, 17. Ael. Stil. fr. 24. Aur. Op. fr. 10. At. Phil. fr. 4. Gell. 4, 2, 11.*

*220*

M. Varro in libris disciplinarum scripsit observasse sese in versu hexametro, quod omni modo quintus semipes verbum finiret et quod priores quinque semipedes aeque magnam vim haberent in efficiendo versu atque alii posteriores septem, idque ipsum ratione quadam geometrica fieri disserit.

*Gell. 18, 15, 1* in longis versibus, qui hexametri vocantur, item in senariis animadverterunt metrici primos duos pedes, item extremos duos habere singulos posse integras partes orationis, medios haut umquam posse, sed constare eos semper ex verbis aut divisis aut mixtis atque confusis. M. etiam Varro in libris — disserit. *haec fortasse ad quintum librum pertinent; cf. Ritschl op. 3, 380. Mercklin, Fleck. Jahrbb. suppl.* 3 (1860) p. 671. *Kretzschmer ibid. p. 5. 50 sq.; quamquam verbis ratione quadam*

geometrica *suspicari etiam possumus haec in quarto libro fuisse.*

2 se *codd. familia prior* 5 diometrica *Regin. 1646 Voss. Lat. F 112*

*221*

Varro libro, quem de astrologia conscripsit, stellam commemorat ab stando dictam.

*Cassiod. de art. et disc. 6 p. 560* status stellarum est quod Graeci στηριγμὸν vocant; quia, dum stella semper moveatur, attamen in aliquibus locis stare videtur. nam et Varro libro — dictam. *cf. Mart. Cap. 8, 817. Isid. or. 3, 59. 60. librum de astrologia Disciplinarum partem fuisse docuit Ritschl op. 3, 361. 396.*

## EX LIBRIS DE GRADIBUS

*de operis argumento dissentiunt Ritschl op. 3, 473 et Schanz, Gesch. d. röm. Lit. 1², 273. fragmentum quod extat ad gradus cognationum spectat.*

*222*

germanus est, secundum Varronem in libris de gradibus, de eadem genitrice manans.

*Serv. Aen. 5, 412* 'haec germanus' germanus — manans, non, ut multi dicunt, de eodem germine, quos ille tantum fratres vocat. *haec excripsit Isid. or. 9, 6, 6. diff. verb. 237. 273. aliter Paul. Fest. p. 95, 3. CGL IV 82, 44. 597, 5.*

2 manans] natus *Monac. 6394 et in marg. em. cod. Laurent.*

## EX EPISTOLICARUM QUAESTIONUM LIBRIS

*223*

*lib. I.* multam — M. Varro ait poenam esse, sed pecuniariam, de qua subtiliter in l. I quaestionum epist. refert.

*Fest. p. 142ᵇ, 21* multam Osce dici putant poenam quidam. M. Varro — refert. *cf. fr. 119.*

*224*

*l. I.* pignoriscapio ob aes militare, quod aes

a tribuno aerario miles accipere debebat, vocabulum seorsum fit.

*Gell. 6, 10* ut haec ususcapio dicitur copulato vocabulo 'a' littera in eo tractim pronuntiata, ita pignoriscapio iuncte [sunt] et producte dicebatur. verba Varronis [Catonis *codd.: em. Lipsius*] sunt ex primo epistolicarum quaestionum: pignoriscapio — fit. *cf. Varro de l. L. 5, 181. Gaius 4, 26 sq. de Varronis nomine pro Catone scribendo cf. Kretzschmer ibid. p. 39.*

*225*

*l. V.* a deorum sede cum in meridiem spectes, ad sinistram sunt partes mundi exorientes, ad dexteram occidentes; ⟨eo⟩ factum arbitror, ut sinistra meliora auspicia quam dextera esse existimentur.

*Fest. p. 339ᵃ, 1* sinistrae aves sinistrumque sive [est *cod.: em. O Mue. Huschke*] sinistimum auspicium, i. quod sinat fieri. Varro l. V epistolicarum quaestionum ait: a deorum — existimentur. idem fere sentiunt Sinnius Capito [*fr. 11*] et Cincius [*fr. 28*].

1 ab auspiciorum sede *Urs., sed cf. Mart. Cap. 1, 45* 2 parte 3 eo *add. Hertz*

*226*

*l. VI.* quo loco per o et quo loci per i Varro posse dici in epistolicarum VI scribit, sed ita ut, si de pluribus locis quaeras, velut in Italia quid puta sit an in Graecia, quo loco dicas, respondetur hoc loco; si ⟨autem de unius loci parte quaeras, tunc quo loci⟩ per i; sicut 'quis is est homo?' in multitudine dicitur, cum autem 'quid hoc est hominis?' quaeritur, inquit, de alicuius quaero hominis qualitate.

*Char. p. 109, 1 (= Plin. dub. serm. p. 43, 5 B.)* quo loco — qualitate.

1 posse posse dici et epistolicar̃ VI 3 loci 4 h. loco. 5 per. i. *cod. reliquis omissis, quae ex p add. Putsch* 6 q̊ sis. s. homo: *em. Lindemann*

*227*

*l. VII.* *quintum* tricensimum annum dici sine con-

iunctione vult Varro epistolicarum VII et similia, nec interponendam coniunctionem ipsa re cohaerente; velut si dixero 'ad quintum et tricensimum praedium habeo', iam duo significabuntur, alterum ad quintum, alterum ad tricensimum.

*Char. p. 73, 3* quintum — ad tricensimum.

*228*

Varro rescripsit in memoria sibi esse, quod Q. Catulus curator restituendi Capitolii dixisset voluisse se aream Capitolinam deprimere, ut pluribus gradibus in aedem conscenderetur suggestusque pro fastigii magnitudine altior fieret, sed facere id non quisse, quoniam favisae impedissent. id esse cellas quasdam et cisternas, quae in area sub terra essent, ubi reponi solerent signa vetera, quae ex eo templo collapsa essent, et alia quaedam religiosa e donis consecratis. ac deinde eadem epistula negat quidem se in litteris invenisse, cur favisae dictae sint, sed Q. Valerium Soranum solitum dicere ait, quos thesauros Graeco nomine appellaremus, priscos Latinos flavisas dixisse, quod in eos non rude aes argentumque, sed flata signataque pecunia conderetur. coniectare igitur se detractam esse ex eo verbo secundam litteram et favisas esse dictas cellas quasdam et specus, quibus aeditui Capitolii uterentur ad custodiendas res veteres religiosas.

*Gell. 2, 10* Servius Sulpicius iuris civilis auctor, vir bene litteratus scripsit ad M. Varronem rogavitque ut rescriberet, quid significaret verbum, quod in censoris libris scriptum esset. id erat verbum 'favisae Capitolinae.' Varro rescripsit — religiosas. *Non. p. 112, 26* flavisas. eas dici Varro aestimat, quos Graeci thensauros vocant, in epistula quam ad Servium Sulpicium dedit: Quintum Valerium Soranum — conderetur. *Paul. p. 88, 4* favissae locum sic appellabant, in quo erat aqua inclusa circa templa. sunt autem qui putant, favissas esse in Capitolio cellis cisternisque similes, ubi reponi erant solita ea, quae in templo vetustate erant facta inutilia. *cf. Ovid. met. 10, 693 sq. C G L V 22, 1. 68, 6. 69, 2. 641, 58. haec in libris epistolicarum quaestionum fuisse prope certum est.*

*3 aedem Mercier:* eadem  8 et al.] talia  religiose

(-osse *ex* -onise *Lugd-Bat.*) donis: *em. Salmasius* 10 cum *Paris.* 14 detracta (-ctura *Lugd-Bat.*) *Lugd-Bat. Vatic.*

## EX EPISTULARUM LIBRIS

*num Varronis epistularum συλλογή praeter epistolicas quaestiones Latinasque epistulas (de his cf. Non. p. 121, 11. 141, 13t 419, 9. 473, 17. LHavet, Rev. de phil. 7, 176) ulla fueri-disputatur (cf. Ritschl op. 3, 476 sq. 494 adn. 6 et contra L Mercklin, ind. schol. Dorpat. 1852 p. 12 sq.), neque ego in fr. 229 'epistolicarum' pro 'epistularum' scribere ausim, cum ita rursus ap. Char. p. 108, 10 in cod. traditum sit.*

*229*

*lib. III.* capillum — Varro epistularum III negabat pluraliter dici debere.

*Char. p. 104, 20* capillum priores singulariter dicebant, sicut barbam. nam Varro — debere.

1 văr epistulicarum *Ritschl et Keil*

## EX EPHEMERIDE

*de opere cf. Bergk, Rh. Mus. 1, 367 sq. (Ritschl op. 3, 473) et RReitzenstein, de scriptor. rei rust., qui intercedunt inter Caton. et Colum., libris deperditis (Berol. 1884) p. 44. Hermes 20 (1885) p. 529.*

*230*

postea honoris virtutum causa Iulii Caesaris, qui fastus porrexit, mensis Iulius est appellatus.

*Prisc. p. 256, 20* fastus — Varro in ephemeride: postea — appellatus.

1 onoris *Sang. Lugd. Carol.* 2 correxit *Popma* p. R. corr. *coni. Buecheler* app. est *Bamb. Halb. Bern. Sang. Lugd.*

## * EX LIBRIS AD LIBONEM

*fortasse opus peculiare hi libri non fuerunt (cf. Ritschl op. 3, 480).*

*231*

item *quod* quidam Tarentinas oves vel nuces dicunt,

quae sunt terentinae a tereno, quod est Sabinorum lingua molle, unde Terentios quoque dictos putat Varro ad Libonem primo.

*Macrob.* *3, 18, 13* nux terentina dicitur quae ita mollis est, ut vix adtrectata frangatur. de qua in libro Favorini [foborum *Bamb.* *Paris.*] sic reperitur: item — primo.

1 terent. *Paris.* 2 a tenero *Bamb.* *Paris.* lingua sabin. *Paris.* 3 terrentios *Bamb.*

## *DE MORIBUS

*ita fortasse inscribebatur liber quidam logistoricorum (Ritschl op. 3, 407). aliter Mirsch ibid. p. 85.*

*232*

Varro de moribus morem dicit esse in iudicio animi, quem sequi debeat consuetudo.

*Macrob.* *3, 8, 8* Varro — consuetudo. *Serv.* *Aen.* *7, 601* Varro vult morem esse communem consensum omnium simul habitantium, qui inveteratus consuetudinem facit. *cf. Isid. or. 5, 3, 3.*

# INCERTAE SEDIS FRAGMENTA

## I. PRAECEPTORUM ARTIS GRAMMATICAE

### DE VERBIS SIMPLICIBUS CONIUNCTISQUE

*233* [*deest apud Wilmanns*]

scire debemus, sicut Varro dicit, utilitatis alicuius causa omnium artium extitisse principia. ars vero dicta est, quod nos suis regulis artet atque constringat. alii dicunt a Graecis hoc tractum esse vocabulum, ἀπὸ τῆς ἀρετῆς id est a virtute doctrinae, quam diserti viri unius cuiusque bonae rei scientiam vocant.

*Cassiod.* *exc.* *p. 213, 10* dicendum prius est de arte grammatica, quae est videlicet origo et fundamentum liberalium litterarum. liber autem dictus est a libro id est arboris cortice dempto atque liberato, ubi ante copiam chartarum antiqui

carmina describebant. scire autem debemus — vocant. *Varro* (*August. civ. d. 19, 3*) virtus id est ars agendae vitae *August. ibid. 4, 21* ars quippe ipsa bene recteque vivendi virtus a veteribus definita est. unde ab eo quod graece ἀρετή dicitur virtus, nomen artis Latinos traduxisse putaverunt. *cf. Diom. p. 421, 4. Serv. in Don. p. 405, 2. Pomp. comment. p. 95, 4. Prob. inst. art. p. 47, 16. Mar. Vict. p. 3, 7. Vict. p. 187, 2. Audax exc. p. 320, 5. Isid. or. 1, 1, 2.*

## *234* [*91*]

ut Varroni placet, ars grammatica, quae a nobis litteratura dicitur, scientia est ⟨eorum⟩ quae a poetis historicis oratoribusque dicuntur ex parte maiore. eius praecipua officia sunt quattuor, ut ipsi placet, scribere legere intellegere probare.

*Mar. Vict. p. 4, 4* ut Varroni — probare. *Dion. Thrax p. 5, 2 Uhlig* γραμματική ἐστιν ἐμπειρία τῶν παρὰ ποιηταῖς τε καὶ συγγραφεῦσιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ λεγομένων. *Diom. p. 426, 13* grammatica est specialiter scientia exercitata lectionis et expositionis eorum quae apud poetas et scriptores dicuntur —. tota autem grammatica consistit praecipue intellectu poetarum et scriptorum et historiarum prompta expositione et in recte loquendi scribendique ratione. *Mart. Cap. 3, 230* officium meum [*grammatica loquitur*] tunc fuerat docte scribere legereque. nunc etiam illud accessit, ut meum sit erudite intellegere probareque. *cf. Victor. p. 188, 1* (*Audax p. 321, 6*). *de re cf. Wilmanns, de M. Ter. Varr. lib. gramm. p. 99 sq. Steup, de Prob. gramm. p. 36 sq. Jeep, Lehre von d. Redet. p. 106 sq. ad primum librum Disciplinarum rettulit Wilmanns p. 101. 208 una cum fr. 235. 236.*

2 eorum *add. Scal.*

## *235* [*92*]

audiri absentium verba non poterant. ergo illa ratio peperit litteras notatis omnibus oris ac linguae sonis atque discretis. nihil autem horum facere poterat, si multitudo rerum sine quodam defixo termino infinite patere videretur. ergo utilitas numerandi magna necessitate animadversa est. quibus duobus repertis nata est illa librariorum et calculonum professio, velut quaedam grammaticae infantia, *quam Varro* litterationem vocat —. poterat

iam perfecta esse grammatica, sed quia ipso nomine profiteri se litteras clamat, unde etiam latine litteratura dicitur, factum est ut quicquid dignum memoria litteris mandaretur, ad eam necessario pertineret.

*August. de ord. 2, 12, 35* illud quod in nobis est rationale, id est quod ratione utitur et rationabilia vel facit vel sequitur, — vidit esse imponenda rebus vocabula id est significantes quosdam sonos, ut quoniam sentire animos suos non poterant, ad eos sibi copulandos sensu quasi interprete uterentur. sed audiri — vocat. — notavit etiam ista [*spatia temporis, quibus longae brevesque syllabae tenderentur*] et in regulas certas disposuit. poterat iam — pertineret. *Asper CGK V 547, 5* grammatica est scientia recte scribendi et enuntiandi interpretandique poetas vel historiam formata [*ita scripsi*: poetas per historiam formatam *cod. Goth.* interpretandique *ceteris omissis Vatic.*] ad usum rationemque verborum, quam Terentius [et] Varro primum ut adhuc rudem appellatam esse dicit litteraturam [litterationem *Wilmanns*]. *Isid. or. 1, 3, 1* primordia grammaticae artis litterae communes existunt, quas librarii et calculatores secuntur. quarum [quorum *vg.*] disciplina velut quaedam grammaticae artis infantia est; unde et eam Varro litterationem vocat. *cf. id. 1, 5, 1. Mart. Cap. 3, 229* γραμματική dicor [*loquitur grammatica*] in Graecia, quod γραμμή linea et γράμματα litterae nuncupentur mihique sit adtributum litterarum formas propriis ductibus lineare. hincque mihi Romulus litteraturae nomen ascripsit, quamvis infantem me litterationem voluerit nuncupare, sic ut apud Graecos γραμματιστική primitus vocitabar. *Diom. p. 421, 9* artium genera sunt plura, quarum grammatice sola litteralis est, ex qua rhetorice et poetice consistunt; idcirco litteralis dicta, quod a litteris incipiat. nam et grammaticus latine litterator est appellatus et grammatica litteratura, quae formam loquendi ad certam rationem dirigit. *cf. Quint. 2, 1, 4. de vocibus 'litteratio' et 'litteratura' cf. Wilmanns Steup Ieep ibid.*

*236* [*93*]

grammaticae officia, ut adserit Varro, constant in partibus quattuor, lectione enarratione emendatione iudicio. lectio est — varia cuiusque scripti enuntiatio serviens dignitati personarum exprimensque animi habitum cuiusque. enarratio est obscurorum sensuum quaestionumve explanatio —. *emendatio est* — recorrectio errorum qui per scripturam

dictionemve fiunt. iudicium est — aestimatio qua poema ceteraque scripta perpendimus.

*Diom. p. 426, 21* grammaticae — lectio est artificialis interpretatio vel varia — explanatio vel exquisitio per quam unius cuiusque rei qualitatem poeticis glossulis exsolvimus. emendatio est qua singula pro ut ipsa res postulat dirigimus aestimantes universorum scriptorum diversam sententiam vel recorrectio — iudicium est quo omnem orationem recte vel minus quam recte pronuntiatam specialiter iudicamus vel aestimatio — perpendimus. *Dosith. ars gramm. p. 376, 3* artis grammaticae officium constat partibus quattuor, lectione emendatione enarratione iudicio. lectio est varia cuiusque scripti pronuntiatio serviens dignitati personarum exprimensque habitum animi cuiusque. emendatio est recorrectio errorum, qui per scripturam dictionemve fiunt. enarratio est obscurorum sensuum quaestionumque narratio. iudicium est quo poemata ceteraque scripta perpendimus. *cf. Usener ibid. p. 599. Victor. p. 188, 6* grammaticae autem officia sunt — quattuor —, lectio enarratio emendatio iudicium. lectio — secundum accentus et sensuum necessitatem propria pronuntiatio. enarratio — secundum poetae voluntatem unius cuiusque descriptionis explanatio. emendatio — errorum apud poetas et figmentorum reprehensio. iudicium — bene dictorum comprobatio. (*Audax exc. p. 322, 4*). *cf. Cassiod. exc. p. 214, 19 et fr. 234.*

4 cuiusque narr. *Paris. 7494* cuius narr. *Paris. 7493 Monac.* 5 quaestionum (*sine* ve) *Paris. 7493 Monac.* 7 *an* poemata?

## * *237* [*deest*]

grammaticae initia ab elementis surgunt, elementa figurantur in litteras, litterae in syllabas coguntur, syllabis conprehenditur dictio, dictiones coguntur in partes orationis, partibus orationis consummatur oratio, oratione virtus ornatur, virtus ad evitanda vitia exercetur.

*Diom. p. 426, 32* grammaticae — exercetur. *Dosith. exc. p. 377, 1* artis grammaticae initia ab elementis surgunt, elementa figurantur in litteras, litterae coguntur ⟨in syllabas⟩, syllabis conprehenditur dictio, dictiones coguntur in partes orationis, oratio in virtutes ac vitia descendit. *Varronis haec esse agnovit Usener p. 642 adn. 3.*

3 dictio conprehendi (conpraemendi *Paris. 7493* Monac.) dictionibus coguntur (concoguntur *Paris.* 7494) partes or. em. *exc. cod. Paris. 7530*

**238 [42]*

vox est, ut Stoicis videtur, spiritus tenuis auditu sensibilis, quantum in ipso est. fit autem vel exilis aurae pulsu vel verberati aeris ictu. omnis vox aut articulata est aut confusa. articulata est rationalis hominum loquellis explanata. eadem et litteralis vel scriptilis appellatur, quia litteris conprehendi potest. confusa est inrationalis vel inscriptilis, simplici vocis sono animalium effecta, quae scribi non potest, ut est equi hinnitus, tauri mugitus.

*Diom. p. 420, 9* vox est — mugitus. *cf. Diog. L. 7, 1, 38 (55). Sen. n. q. 2, 6, 3. 29. Gell. 5, 15, 6. Lact. de opif. d. 15, 1. August. de dial. 5. GLK II 5, 1. 6, 17. IV 47, 3. 367, 5. 487, 4. 530, 4. VI 4, 13. 32, 21. 189, 9. VII 215, 4. 323, 5. 381, 2. Anecd. H. p. XXXII. CLXXXI. 219, 6 sq. 220, 18. Isid. or. 1, 15. Schol. in Caes. Germ. Arat. 37* B. *libro I De serm. Lat. tribuit Wilmanns; cf. tamen praef. ad libr. De serm. Lat.*

5 et *om. Paris. 7493 Monac.* script.] scribalis *Monac.* scripturalis *Paris. 7493*

*239 [deest]*

litterae Latinae cum XXIII sint, Varro XVII dicit esse; ceteras superfluas putat.

*[Sergii] expl. in Don. p. 519, 11* litterae — putat. *Diom. p. 423, 31* quidam Latino sermoni sufficere decem et septem litteras crediderunt, si quidem ex viginti et tribus una adspirationis nota est, h, una duplex, x, duae supervacuae, k et q, duae Graecae, y et z. *de re cf. etiam Donat. ars gr. p. 368, 12. Mar. Vict. p. 6, 3. Isid. or. 1, 4, 10. Usener ibid. p. 642 adn. 3. Ieep ibid. p. 112. de collocatione vd. praef. ad libr. De serm. Lat. p. 199.*

*240 [105]*

auctoritas tam Varronis quam Macri teste Censorino nec k nec q nec h in numero adhibet litterarum.

*Prisc. p. 13, 8* auctoritas quoque tam — litterarum. *Diom. p. 423, 11* quibusdam supervacuae videntur k et q, quod c littera harum locum possit implere —. h quoque interdum consonans, interdum adspirationis creditur nota. *cf. Quint. 1, 4, 9. Vel. Long. p. 52, 3. 53, 5. Mar. Vict. p. 5, 26. 33, 28. Victor. p. 195, 19. Donat. ars gramm. p. 368, 7. Pomp. comment. p. 110, 3. Mart. Cap. 3, 245. 252. 258. 259. Isid. or. 1, 4, 10. 11. 12. 13. Virg. gramm. de litt. II. haec ad libr.* De antiq. litt. pertinere videntur.

1 macri et censorini *Sang. Lugd* (*in mg.* teste *l*) 2 k] f *Carol. ante* k *unius litterae, post* q *duarum litterarum* (ve *ut vid.*) *litura in Paris. 7496*

## *241* [*deest*]

Varro dicit consonantes ab e debere incipere, quae semivocales sunt, et in e debere desinere, quae mutae sunt.

[*Sergii*] *expl. in Don. p. 520, 18* Varro — m. sunt. *cf. Serv. in Don. p. 422, 15. Pomp. comment. p. 101, 14. Isid. or. 1, 4, 4. fr. 1. ista libris De antiq. litt. rursus tribuas.*

## *242* [*94*]

nomen unius cuiusque litterae omnes artis latores, praecipueque Varro, neutro genere appellari iudicaverunt et aptote declinari iusserunt.

*Prob. inst. art. p. 48, 37* nomen litterae est quo appellatur. sane nomen — iusserunt *cf. fr. 1. Pomp. comment. p. 111, 10. Cledon. p. 26, 32.*

## *243* [*49*]

syllabae, ut ait Varro, aliae sunt asperae aliae leves, aliae procerae aliae retorridae, aliae barbarae aliae graeculae, aliae durae aliae molles. asperae sunt ut trux crux trans; leves ut lana luna; procerae sunt quae vocalem longam extremam habent aut paenultimam, ut facilitas; retorridae sunt quae mutam habent extremam, ut hic hoc; barbarae sunt ut gaza; graeculae ut hymnos Zenon; durae ut ignotus; molles ut aedes.

*Diom. p. 428, 22* syllabae — aedes. *libro II De serm. Lat. adsignavit Wilmanns p. 83. 178, Disciplinarum I verisimilius Usener ibid. p. 642.*

1 leves sunt *Paris. 7494* levae *Monac.* 2 procere *Paris. 7494* proceres *Paris. 7493 Monac.* gregulae *Paris. 7493 Monac.* 4 proceres 7 gregulae *Monac.*

## *244* [*96*]

Probus et Varro, alter eorum in duas partes [*orationem divisam*] scribit et reliquas subiectas facit, alter in *quattuor, prout* quisque potuit sentire

*Cledon. p. 10, 5* cum ceteris de partibus orationis * * Probus et — sentire. nos vero convenit Donati sequi auctoritatem. igitur octo partes orationis esse dicimus. *Varro de l. L. 8, 44* quoniam [*orationis*] sunt divisiones plures, nunc ponam potissimum eam qua dividitur oratio secundum naturam in quattuor partis, in eam quae habet casus et quae habet tempora et quae habet neutrum et in qua est utrumque. has vocant quidam appellandi dicendi adminiculandi iungendi. *cf. ibid. 9, 31. 10, 17. de partitione Dialecticorum cf. Prisc. p. 54, 5. Serv. in Don. p. 428, 12. Cledon. p. 34, 23. Pomp. comment. p. 134, 8. Quint. 1, 4, 18. Isid. or. 1, 6, 1; de Stoicorum Serv. in Don. p. 428, 12. Cledon. p. 34, 23. Pomp. comment. p. 134, 9 (135, 25). Quint. ibid.; de ulteriore divisione in octo pluresve partes cf. Quint. Prisc. Cledon. Isid. ibid. Don. ars gramm. p. 372, 25. Prob. inst. art. p. 51, 18 aliosque. ceteroquin vd. Schoemann, Lehre von d. Redet. p. 12 sq. Disciplinarum I Wilmanns tribuit p. 115. 212. cf. Usener ibid. p. 626.*

1 alter orationem in *coni. Hagen* ⟨altercantur⟩. alter eor. *FSchoell* Vasso $\overset{\text{eorum}}{\text{altereutrum}}$ *deleto* e (eorum *man. rec. suprascr.*) *Bern.* 2 scribit] discribit *coni. Wilmanns*

*245* [*8*]

Varro ait genera tantum illa esse quae generant.

*Pomp. comment. p. 159, 23* Varro — generant. illa proprie dicuntur genera. quod si sequemur auctoritatem ipsius, non erunt genera nisi duo, masculinum et femininum. nulla enim genera creare possunt nisi haec duo. [*Sergii*] *expl. in Don. p. 492, 37* Varro dicit genera dicta a generando; quidquid enim gignit aut gignitur, hoc potest genus dici et genus facere. quod si verum est, nulla potest res integrum genus habere nisi masculinum et femininum. *cf. Serv. in Don. p. 407, 39. Prisc. p. 141, 4. Consent. p. 343, 7. Isid. or. 1, 7, 28. Anecd. H p. 251, 9. de collocatione huius fr. eorumque quae secuntur de generibus cf. praef. ad libr. De l. L.*

esse *om. Paris. Sang. 1180*

*246* [*9*]

dicit Varro nullam rem animalem neutro genere declinari.

*Cledon. p. 41, 24* ostrea si primae declinationis fuerit, sicut Musa, feminino genere declinabitur, ut ad animal [animam *cod.* animans *Putsch*] referamus; si ad testam, ostreum dicendum est neutro genere et ad secundam declinationem, ut sit huius *ostrei huic ostreo* [sicui ostri *cod.*: *em.* Keil], quia dicit — decli-

nari. *Char. p. 57, 23* haec ostrea feminino genere singulari numero an hoc ostreum neutrali dicendum sit quaeritur. et dicenda haec ostrea feminine singulari numero, quia ita ab eruditis non vane adnotatum est, nullius animalis speciale nomen inveniri quod neutrale sit. [*Sergii*] *expl. in Don. p. 493, 14. Caper orth. p. 110, 17. Isid. or. 12, 6, 52. Beda orth. p. 282, 17.*

1 dicitur *cod.*

*247* [*10*]

ait Plinius Secundus [*p. 39, 13 B.*] secutus Varronem: quando dubitamus principale genus, redeamus ad deminutionem et ex deminutivo cognoscimus principale genus.

*Pomp. comment. p. 164, 13* ait Plinius — genus. puta arbor ignoro cuius generis sit. fac diminutivum arbuscula, ecce hinc intellegis et principale genus quale sit. item si dicas: columna cuius generis est? facis inde diminutivum, id est columella, et inde intellegis quoniam principale feminini generis est. *cf. Char. p. 155, 13. Diom. p. 326, 9. Char. exc. p. 535, 19. Prisc. p. 102, 1.*

3 ex diminutione *Paris. Sang. 1180*

*248* [*11*]

hypocorismata semper generibus suis unde oriuntur consonant, ⟨pauca dissonant velut haec rana⟩ hic ranunculus, hic unguis haec ungula, hoc glandium haec glandula, ⟨hic panis hic pastillus et⟩ hoc pastillum, ut Varro dixit, haec beta hic betaceus, haec malva hic malvaceus, hoc pistrinum haec pistrilla, ut Terentius in Adelphis [*584*], hic ensis ⟨haec ensicula et ensiculus;⟩ sic in Rudente Plautus [*1156*].

*Char. p. 37, 13* hypocorismata — Plautus. *Char. exc. p. 551, 36* semper ὑποκορίσματα generibus suis unde oriuntur consonant, pauca dissonant, ut haec rana ranunculus unguis ungula beta betaceus malva malvaceus pistrinum pistrilla ensis ensicula. *cf. Char. p. 94, 2. 155, 10. Diom. p 326, 9. Prisc. p. 115, 6.*

1 *sq. ea quae iam in cod. legi non possunt, ex editione principe suppleta sunt* 3 hic pastillus *add. Keil ex Char. p. 69. 73*

*249* [*12*]

*dies communis* generis est. qui masculino genere

dicendum putaverunt has causas reddiderunt, quod dies festos auctores dixerunt, non festas; et quartum et quintum kalendas, non quartam nec quintam; et cum hodie dicimus, nihil aliud quam hoc die intellegitur. qui vero feminino, catholico utuntur, quod ablativo casu e non nisi producta finiatur, et quod deminutio eius diecula sit, non dieculus, ut ait Terentius [*andr. 710*] 'quod tibi addo dieculam'. Varro autem distinxit ut masculino genere unius diei cursum significaret, feminino autem temporis spatium; quod nemo servavit.

*Char. p. 110, 8* (= *Plin. dub. serm. p. 65, 8 B.*) dies communis — servavit. *Serv. Dan. Aen. 2, 324* dies autem si feminino genere ponatur, tempus significat, ut [*5, 783*] 'quam nec longa dies'; si masculino, ipsum diem. et de masculino genere tria observanda sunt, in qualitate numero adverbio; in qualitate 'serenus dies' dicitur, non 'serena'; numero [*2, 126*] 'bis quinos silet ille dies', non 'bis quinas'; adverbio 'hodie', non 'hac die'. ceterum diecula nihil praeiudicat, quia multa deminutiva recedunt a nominibus primae positionis, ut scutum scutula canis canicula rana ranunculus. *cf. id. 10, 467. Don. Ter. andr. 4, 2, 27*[3–4]. *Prob. inst. art. p. 89, 19. de nom. exc. ibid. p. 210, 6. Non. p. 522, 2. Prisc. p. 158, 11. 365, 13. Anecd. H. p. CCXV 34. 83, 12. 28. 133, 13. 18. 21. 245, 17. Ps-Ascon. in Verr. 1, 6.*

3 et quart.] ut: *em. p* 5 intellegatur: *em. p* 9 et mās genē u. d. c. significare *cod.* distincxit mascul. g. u. d. cursus sigu. *p: em. Putsch*

## *250* [*28*]

puer et in feminino sexu antiqui dicebant, ut Graeci ὁ παῖς καὶ ἡ παῖς, ut in Odyssia vetere, quod est antiquissimum carmen, [*FPR 3 B.*] 'mea puer, quid verbi ex tuo ore audio?' et in Nelei carmine [*SRP I p. 271 V R.*[3]] aeque prisco 'saucia puer filia sumam'; ubi tamen Varro cum 'a' puera putat dictum, sed Aelius Stilo magister eius [*fr. 47*] et Asinius [*fr. 6*] contra.

*Char. p. 84, 5* (= *Plin. dub. serm. p. 49, 24 B.*) puer et — Asinius contra. *cf. Prisc. p. 230, 27. 562, 8. Caper orth. p. 103, 4. Don. Ter. andr. 2, 3, 26*[2]. *3, 2, 10*[6]. *Non. p. 156, 11. Isid. diff. rer. 79. Schol. Bemb. adelph. 5, 7, 21. libro XIII De l. L. tribuit Wilmanns p. 35. 160.*

4 nelei  5 eaque: *em. Keil* eoque *Putsch*  summam *edit. princ.* Summani *Hermann* Salmonei *O Mueller*  6 aedilius cilo

## *251* [*111*]

ablativum — Varro sextum [*casum*], interdum Latinum appellat, quia Latinae linguae proprius est.

*Diom. p. 302, 4* ablativum Graeci non habent. hunc tamen Varro sextum — proprius est, cuius vis apud Graecos per genetivum explicabitur. *Consent. p. 351, 9* ablativum casum Graeci non habent. denique hunc Varro interdum sextum — appellat, quem rectissime usus nostri sermonis invenit, quoniam plurimum a dativo differt. *cf. Donat. ars gr. p. 377, 17. Pomp. comment. p. 181, 33. Prisc. p. 187, 11. Anecd. H. p. 86, 25. 243, 25. F Goetting, de Flav. Capro Consentii fonte* (*Regimonti Bor. 1899*) *p. 5 sq.*

## *252* [*17*]

Lucius et Aemilius et cetera nomina quae ante u habent i duplici ii genetivo singulari finiri debent, ne necesse sit adversus observationem nominum nominativo minorem fieri genetivum; idque Varro tradens adicit vocativum singularem quoque talium nominum per duplex ii scribi debere, sed propter differentiam casuum corrumpi. Lucilius tamen et per unum i genetivum scribi posse existimat; ait enim [*fr. 32*]: 'servandi numeri et versus faciendi, / nos Caeli Numeri numerum ut servemus modumque'. numquam enim hoc intulisset, nisi et Caelii et Numerii per ii, huius Numerii faciendum crederet. denique et in libro ⟨V⟩IIII sic ait [*fr. 10ᵃ*]: 'porro hoc si filius Luci / fecerit, i solum ut Corneli Cornificique'. et paulo post [*fr. 10ᵇ*]: 'pupilli pueri Lucili, hoc unius fiet'.

*Char. p. 78, 4* Lucius et — unius fiet. et Plinius quoque dubii sermonis V [*p. 3, 27 B.*] adicit esse quidem rationem per duo i scribendi, sed multa iam consuetudine superari. sane [Varro *Putsch*] opinionem de vocativo casu traditam infirmat, quod hic pius in vocativo pii faciat. adeo enim [non] semper vocativus casus eandem scripturam patitur quam genetivus. *cf. Char. p. 71, 2. 122, 6. 141, 6. Vel. Long. p. 57, 6.* Ter. *Scaur. p. 22, 4. Prob. de nom. exc. p.* 207, 11. Beda de art. *metr. p. 251, 1 et 19. Brambach, Neugest.* d. Lat. Orthogr. p. 189 sq. *Marx, Lucil. carm. rell. 2, 134 sq.*

1 *sq. quae in Neap. desunt codice Colon. Dousae expleta sunt* 2 genitivos singulares *Dousa* finire debent *Dousa*: finiri debent' ne] ut — non minor. *Dousa* 4 adiecit *Dousa* voc. sing. quoque *Dousa:* que (quae *edit. princ.*) sing. 6 corrumpi .i. *cod.* corripi *Dousa* 8 *sq. vd. ad Lucil. fr. c.* 12 libro IIII sic ad *cod.* libro * quarto sic ait *Dousa* *de Lucilii locis vd. ad hunc fr. c.*

*253* [*15*]

-vis et ipsa tertiae sunt declinationis et similem nominativo faciunt genetivum: ⟨hic⟩ civis huius civis, haec vis huius vis et plurali hae vis, sicut Lucretius et Varro, nam hae vires numero semper plurali declinantur.

*Prob. cath. p. 30, 28* -ves corripiuntur omnia et tertiae sunt declinationis; nam -tis faciunt genetivo, hic dives huius divitis —. vis et ipsa — declinantur. *cf. id. p. 19, 19. Mar. Plot. Sac. p. 482, 10* vis tertiae — hae vis, nam hae — declinantur. *Prisc. p. 249, 9. de collocatione cf. praef. ad libr. De l. L. p. 187.*

2 hic *addidi* 3 pluraliter hae vis *Paris.* plu hae vis, *alio atramento ut visum est Lindemanno, superscripta sunt in Vindob.* sicut reneus (*em.* renus) et varro *Vindob.* sicut ritiennus et varro *Paris.* sicut Terentius et V. *edit. princ.* (*cf. Asper ad fr. 235*), *sed cf. Probus p. 19, 22*

*254* [*18*]

Plinius eodem libro [*p. 9, 19 B.*]: 'ab antiquis' inquit, 'quos Varro reprehendit, observatio omnis illa damnata est, non quidem in totum. dicimus enim' inquit 'ab hoc canali siti tussi febri. maiore tamen ex parte forma mutata est; ab hoc enim cane orbe carbone turre falce igne veste fine monte fonte ponte strigile tegete ave asse axe nave classe dicimus'.

*Char. p. 122, 23* amni Maro, 'secundo defluit amni' [*g. 3, 447*]. ubi Plinius eodem — dicimus. *cf. Varro de l. L. 9, 112. Caesar fr. 21. Char. p. 47, 14. 120, 24. 122, 22. 139, 17. Brambach ibid. p. 169. de collocatione vd. praef. ad libr. De l. L.*

*255* [*20*]

'*quorum nominum* genetivi pluralis ante um syllabam *i litteram merebuntur*, accusativus' inquit Plinius [dub. serm.

*p. 26, 14 B.*] 'per eis loquetur, montium monteis; licet Varro' inquit 'exemplis hanc regulam confutare temptarit istius modi: falcium falces, non falceis facit, nec has merceis, nec hos axeis luntreis ventreis stirpeis urbeis corbeis vecteis inerteis'.

*Char. p. 129, 19* fonteis. quorum — inerteis. et tamen manus dat praemissae regulae ridicule, ut exceptis his nominibus valeat regula. *cf. Char. p. 129, 25. 137, 23. 139, 22. 144, 27. Varro de l. L. 8, 66. 67. Ter. Scaur. p. 33, 1. Brambach ibid. p. 149 sq. de collacatione vd. praef. ad libr. De l. L.*

3 per$^{e}$ is  6 lyntreis  corbeis *ed. princ.*: curueis 7 inepteis *codd.* nepteis *ed. princ.*

## *256* [*98*]

'glossemata ut toreumata enthymemata noemata schemata poemata et his similia omnia Varronis regula' inquit Plinius [*p. 19, 20 B.*] 'dativo et ablativo plurali in bus derigit, quia singularis ablativus e littera finiatur'.

*Char. p. 131, 10* glossemata ut — finiatur. melior tamen ratio est, quam sub a littera dedi [*supra fr. 5*]; et ideo haec et eius modi ex alia formula genetivum pluralem et ex alia dativum sumunt, horum glossematum his glossematis [glossematibus *cod.*]. *cf. Prisc. p. 356, 25. de collocatione cf. praef. ad Discipl. I p. 206.*

## *257* [*22*]

Plinius sermonis dubii VI de Varrone [*p. 31, 13 B.*]: 'quam maxime vicina Graeco graece dicit, uti ne schematis quidem dicat sed schemasin'.

*Char. p. 53, 15* Plautus schema pro schemate dixit in Amphitruone [*prol. 117*]: 'huc ergo processi cum servili schema'. Plinius—schemasin. *cf. Char. p. 144, 17. Consent. p. 357, 19.*

1 plenius: *em. ed. princ.*  2 greco grece dt  nec

## *258* [*29*]

Leontion et Chrysion et Phanion ex neutris Graecis feminina nostri fecere, et Plautus quod dixit haec Phronesium et Caecilius Leontium. Varroni autem placet talia nomina *dativo tantum* casu et ablativo declinari, *in ceteris vero sic efferri* ut nominativo.

*Char. p. 104, 1* (= *Plin. dub. serm. p. 31, 18 B.*) Leontion — nominativo. *libro XIII De l. L. tribui vult Wilmanns p. 35. 161.*

1 thyrusion et faunion: *em. Spengel* greci 2 nostri] neutra *ante* et *lacunam signavit Keil* 4 in] de

*259* [*99*]

sunt pronomina finita ego tu ille, infinita septem, minus quam finita sex, possessiva quinque. et haec sunt pronomina; in rerum natura plus non invenis. omnia pronomina, quae sunt inventa in lingua Latina, ista sunt: finita sunt tria, ego tu ille; infinita septem, quis qualis talis quantus tantus quotus totus; minus quam finita sunt sex, ipse iste is hic idem sui; possessiva sunt quinque, meus tuus suus noster vester; alia pronomina non invenies. sed dicere mihi habes, dixisti mihi alia pronomina non inveniri, sed inveni alia. dico tibi: ego dixi quia non sunt primigenia, quae dicit Varro, sed deductivá. multum interest, utrum sit aliquid naturale an aliquid derivativum.

*Pomp. comment. p. 201, 29* sunt autem pronomina — derivativum. *cf. Char. p. 158, 3 sq. Diom. p. 329, 2 sq. Prob. inst. art. p. 131, 25 sq. Don. ars gr. p. 357 sq. Cledon. p. 50 sq. Iulian. exc. p. 319, 22. Audax exc. p. 343 sq. Prisc. p. 577 sq. Dosith. p. 401 sq. Isid. or. 1, 8, 2. 5.*

1 tria *add.*, ego tu ille *secl. Wachsmuth* 3 XXI *post* pronom. *add. Keil* invenies *Wilmanns* 12 aliquid naturale *Wolf. m. rec.* aliqui. naturale *Wolf.* aliquid a naturali *Paris. Sang. 1179 et 1180 alterum* aliquid *secl. Keil* derivat . . um derivatum *Paris. Sang. 1179*

*260* [*100*]

pronomen quia ⟨non⟩ fungitur officio nisi praemisso nomine. ideo haec pars a Varrone succedanea dicitur, quia non potest in eadem locutione esse, hoc est quia bis nomen repeti non potest. ordo tamen hic custodiendus est, ut nomen in praecedenti sit loco, pronomen in subiectis.

*Cledon. p. 49, 21* pronomen quia — subiectis. [*Sergii*] *in Don. p. 488, 14* pronomen dicitur quod pro officio et loco nominis ponitur. — inventae sunt particulae, quae ipsam repetitionem excluderent succedendo in ipsam nominis significationem. *id. p. 498, 36 pronomen* dictum est quasi pro nomine, eo quod *fungitur officio nominis* —. ergo ideo dicuntur ista pronomina,

eo quod funguntur officio nominis, et ideo etiam in subiectis locis ponuntur. *cf. ibid. p. 488, 21. Isid. or. 1, 6, 2. 8, 1.*

1 non *add. Putsch* 2 succedat in ea: *em. Bondam* 3 potes et 4 potes 5 subiectus: *em. Putsch* subiecto *Keil*

### *261* [*26*]

haec de quattuor coniugationibus quae pertinent ad verba quae analogiae parent, quarum exempla passim perscripta sunt et sunt nota. quae si quis conceperit animo, non facile labetur; sunt enim evidenter exposita et Varroni Menippeo.

*Diom. p. 371, 23* [*postquam de speciebus temporis praeteriti perfecti dixit*] haec de — Menippeo. *cf. Wilmanns ibid. p. 35.*

3 et sunt *om. Monac.* 5 varrom *Paris. 7494* *Keilio videntur verba* et V. Men. *ad exemplum vel a grammatico vel a librario omissum pertinere et alieno loco interposita esse*

### *262* [*27*]

placet dici — Aspro sapivi et sapui secundum Varronem.

*Prisc. p. 499, 17* sapio tam sapui vel sapii quam sapivi [sapui $^{\text{vel}}$quam sapii quam sapivi *Carol.* sapivi vel sapii quam sapui *Bamb.* sap$^{\text{i}}$ui vel sapii quam sapui *Halb.*] protulisse auctores inveniuntur; Probo tamen sapui placet dici, Charisio sapui vel sapivi [*p. 246, 11*], Aspro — Varronem, quod Diomedes [*p. 369, 25*] etiam approbat. Nonius tamen Marcellus de mutatis coniugationibus sic ponit [*p. 508, 16*]: 'sapivi pro sapui'. *cf. Phoca ars p. 433, 11. Mar. Plot. Sac. p. 488, 7.*

et s.] vel sapii *Paris. 7496 m. 2* vel sapui *Bern. m. 2* assapui *Bern. m. 1* sapui *Diom.*

### *263* [*deest*]

quibusdam [*verbis*] deest praeteritum perfectum et omnia quae ex eo nascuntur, ut ferio sisto tollo fero aio furo, quod Varro ponit.

*Prisc. p. 418, 27* sunt alia verba, quibus desunt diversa tempora usu deficiente, non ratione significationis. et quibusdam — ponit.

2 frio *Halb.* ferio *id. cod. m. 2* ferro Bern. fero id. m. 2 3 *furo quod furio Varro Bern.* posuit Halb.

*264* [*102*]

ex his pronominibus sedecim tantum Varro adverbia eius modi secundum sonorum rationem fieri demonstravit: ille illic illinc illuc illo, iste istic istinc istuc, hic hic hinc huc, idem ibidem, qui quo, quique quoque, quicumque quocumque, quidam quondam, quispiam uspiam, aliquis aliquo alicubi, qualis qualiter, meus meatim et significat more meo, tuus tuatim et significat more tuo, suus suatim et significat more suo, noster nostratim et significat more nostro, vester vestratim et significat more vestro. ex quibus pronominibus tantum quem ad modum adverbia fiant, sic uti Varro docuit, demonstravimus.

*Prob. inst. art. p. 152, 30* de pronomine. ex his pronominibus — demonstravimus. *cf. Char. p. 221, 6. Prisc. III 74, 15. Non. p. 179, 29. Pomp. comment. p. 243, 7. Virg. gramm. de pron. VI.*

3 istic stinc *Vatic.* hic hac *Bob.* 4 quicque *Vatic.*

*ad declinationem adicienda sunt testimonia Gellii 4, 16, 1 et 5, 21, 6 Varronem scripsisse genetivos* '*senatuis domuis fluctuis*' *et probavisse formas* '*compluria et pluria*'. *cf. praeterea Diom. p. 368, 10 de participio* '*parsurus*' *et Beda p. 266, 22 de feminino* '*capparim*'.

---

*265* [*32. 1. 2*]

verba aut simplicia sunt aut coniuncta. simplicia sunt quae unum quiddam significant, ut cum dicimus 'homo equus disputat currit'. — hoc includitur hac definitione, qua non includitur cum dicimus loquor; quamvis enim unum verbum sit, non habet tamen simplicem significationem, si quidem significat etiam personam quae loquitur. ideo iam obnoxium est veritati aut falsitati, nam et negari et affirmari potest. omnis itaque prima et secunda persona verbi quamvis singillatim enuntietur, tamen inter coniuncta verba numerabitur, quia simplicem non habet significationem. — tertia persona verbi semper inter simplicia numeratur et nondum aut affirmari aut negari potest, nisi cum talia verba sunt, quibus necessario *cohaeret personae* significatio consuetudine loquendi, ut

cum dicimus pluit vel ninguit, etiam si non addatur quis pluat aut ninguat, tamen quia intellegitur, non potest inter simplicia numerari. coniuncta verba sunt quae sibi conexa res plures significant, ut cum dicimus 'homo ambulat' aut 'homo festinans in montem ambulat' et si quid tale. sed coniunctorum verborum alia sunt quae sententiam comprehendunt, ut ea quae dicta sunt, ⟨alia quae⟩ expectant aliquid ⟨ad conpletionem sententiae⟩, ut eadem ipsa quae nunc diximus, si subtrahas verbum quod positum est ambulat; quamvis enim verba coniuncta sint 'homo festinans in montem', tamen adhuc pendet oratio. separatis igitur his coniunctis verbis, quae non implent sententiam, restant ea verba coniuncta, quae sententiam comprehendunt. horum item duae species sunt. aut enim sic sententia comprehenditur ut vero aut falso teneatur obnoxia, ut est 'omnis homo ambulat' aut 'omnis homo non ambulat' et si quid huius modi est; aut ita impletur sententia, ut licet perficiat propositum animi, affirmari tamen negarive non possit, ut cum imperamus, cum optamus, cum exsecramur et similia. nam quisquis dicit 'perge ad villam' vel 'utinam pergat ad villam' vel 'di illum perduint', non potest argui quod mentiatur aut credi quod verum dicat. nihil enim affirmavit aut negavit, ergo nec tales sententiae in quaestionem veniunt, ut disputatorem requirant. sed illae quae requirunt aut simplices sunt aut coniunctae. simplices sunt quae sine ulla copulatione sententiae alterius enuntiantur, ut est illud quod dicimus 'omnis homo ambulat'; coniunctae sunt de quarum copulatione iudicatur, ut est 'si ambulat movetur'. sed cum de coniunctione sententiarum iudicium fit, tamdiu est donec perveniatur ad summam. summa est autem quae conficitur ex concessis. quod dico tale est: qui dicit 'si ambulat movetur' probare vult aliquid, ut cum hoc concessero verum esse, restet illi docere quod ambulet, et summa consequatur, quae iam negari non potest, id est quod movetur, aut restet illi docere, quod non movetur, ut consequatur *summa*, quae item non potest non concedi,

id est quod non ambulet. rursus si hoc modo velit dicere 'homo iste ambulat', simplex sententia est, quam si concessero, et [alia quae aliquid expectant ad conpletionem sententiae sententiam conprehendunt] adiunxerit aliam 'quisquis autem ambulat movetur', et hanc etiam concessero, ex hac coniunctione sententiarum quamvis singillatim enuntiatarum et concessarum illa summa sequitur, quae iam necessario concedatur, id est 'homo iste igitur movetur'. his breviter constitutis singulas partes consideremus. nam sunt primae duae, una de his quae simpliciter dicuntur, ubi est quasi materia dialecticae, altera de his quae coniuncta dicuntur, ubi iam quasi opus apparet. quae de simplicibus est, vocatur de loquendo. illa vero quae de coniunctis est, in tres partes dividitur. separata enim coniunctione verborum quae non implet sententiam, illa quae sic implet sententiam, ut nondum faciat quaestionem vel disputatorem requirat, vocatur de eloquendo; illa quae sic implet sententiam, ut de sententiis simplicibus iudicetur, vocatur de proloquendo; illa quae sic comprehendit sententiam, ut de ipsa etiam copulatione iudicetur, donec perveniatur ad summam, vocatur de proloquiorum summa. — verbum est unius cuiusque rei signum quod ab audiente possit intellegi a loquente prolatum. res est quicquid vel sentitur vel intellegitur vel latet. signum est quod et se ipsum sensui et praeter se aliquid animo ostendit. loqui est articulata voce signum dare. articulatam autem dico, quae comprehendi litteris potest. — omne verbum sonat; cum enim est in scripto, non verbum sed verbi signum est. — sed quod sonat, nihil ad dialecticam. de sono enim verbi agitur, cum quaeritur vel animadvertitur, qualiter vocalium vel dispositione leniatur vel concursione dehiscat, item consonantium vel interpositione nodetur vel congestione asperetur et quot vel qualibus syllabis constet, ubi poeticus rhythmus accentusque a grammaticis solarum aurium tractantur negotia. et tamen cum de his disputatur, praeter dialecticam non est; haec enim scientia disputandi *est. sed cum* verba sint rerum, quando de ipsis obtinent,

verborum autem illa quibus de his disputatur (nam cum de verbis loqui nisi verbis nequeamus, et cum loquimur non nisi de aliquibus rebus loquimur), occurrit animo ita esse verba signa rerum, ut res esse non desinant. cum ergo verbum ore procedit, si propter se procedit id est ut de ipso verbo aliquid quaeratur aut disputetur, res est utique disputationi quaestionique subiecta, sed ipsa res verbum vocatur. quicquid autem ex verbo non auris sed animus sentit et ipso animo tenetur inclusum, dicibile vocatur. cum vero verbum procedit non propter se sed propter aliud aliquid significandum, dictio vocatur. res autem ipsa quae iam verbum non est neque verbi in mente conceptio, sive habeat verbum quo significari possit sive non habeat, nihil aliud quam res vocatur proprio iam nomine. haec ergo quattuor distincta teneantur, verbum dicibile dictio res. quod dixi verbum, et verbum est et verbum significat. quod dixi dicibile, verbum est nec tamen verbum sed quod in verbo intellegitur et animo continetur significat. quod dixi dictionem, verbum est sed quod iam illa duo simul id est et ipsum verbum et quod fit in animo per verbum significat. quod dixi rem, verbum est quod praeter illa tria quae dicta sunt quicquid restat significat. — verba ipsa quispiam ex eo putat dicta quod aurem quasi verberent; immo, inquit alius, quod aerem. sed quid nostra? non magna lis est, nam uterque a verberando huius vocabuli originem trahit. sed de transverso tertius vide quam rixam inferat; quod enim verum nos, ait, loqui oportet odiosumque fit natura ipsa iudicante mendacium, verbum a vero cognominatum est. nec ingenium quartum defuit; nam sunt qui verbum a vero quidem dictum putant, sed prima syllaba satis animadversa secundam neglegi non oportere. verbum enim cum dicimus, inquiunt, prima eius syllaba verum significat, secunda sonum; hoc enim volunt esse 'bum', unde Ennius [*inc. 50 V.*[2]] sonum pedum 'bombum pedum' dixit, et βοῆσαι Graeci clamare. — ergo verbum dictum est quasi a verum bo*ando*, *hoc* est verum sonando. — Stoici

autumant — nullum esse verbum cuius non certa explicari origo possit; et quia hoc modo eos urguere facile fuit, si diceres hoc infinitum esse, quibus verbis alicuius verbi originem interpretaris, eorum rursus a te origo ⟨quaeritur, illi docent hoc tamdiu quaeren⟩dum esse, donec perveniatur eo ut res cum sono verbi aliqua similitudine concinat, ut cum dicimus aeris tinnitum, equorum hinnitum, ovium balatum, tubarum clangorem, stridorem catenarum. perspicis enim haec verba ita sonare, ut ipsae res quae his verbis significantur. sed quia sunt res quae non sonant, in his similitudinem tactus valere, ut si leniter vel aspere sensum tangunt, lenitas vel asperitas litterarum ut tangit auditum, sic eis nomina pepererit, ut ipsum lene cum dicimus leniter sonat. quis iterum asperitatem non et ipso nomine asperam iudicet? lene est auribus cum dicimus voluptas, asperum cum dicimus crux. ita res ipsae afficiunt ut verba sentiuntur. mel, quam suaviter gustum res ipsa, tam leniter nomine tangit auditum; acre in utroque asperum est; lana et vepres ut audiuntur verba sic illa tanguntur. haec quasi cunabula verborum esse crediderunt, ubi sensus rerum cum sonorum sensu concordaret. hinc ad ipsarum inter se rerum similitudinem processisse licentiam nominandi, ut cum verbi causa crux propterea dicta sit, quod ipsius verbi asperitas cum doloris quem crux efficit asperitate concordet, crura tamen non propter asperitatem doloris, sed quod longitudine atque duritie inter membra cetera sint ligno similiora, sic appellata sunt. inde ad abusionem ventum, ut usurpetur nomen non rei similis sed quasi vicinae. quid enim simile habet significatio parvi et minuti, cum possit parvum esse, quod non modo nihil minutum sit sed aliquid etiam creverit? dicimus tamen propter quandam vicinitatem minutum pro parvo. sed haec abusio vocabuli in potestate loquentis est; habet enim parvum ut minutum non dicat. illud magis pertinet ad id quod nunc volumus ostendere, quod cum piscina dicitur *in balneis*, in qua piscium nihil sit nihilque simile

piscibus habeat, videtur tamen a piscibus dicta propter aquam, ubi piscibus vita est. ita vocabulum non translatum similitudine, sed quadam vicinitate usurpatum est. quod si quis dicat homines piscibus similes natando fieri et inde piscinae nomen esse natum, stultum est repugnare, cum ab re neutrum abhorreat et utrumque lateat. illud tamen bene accidit, quod hoc uno exemplo diiudicare iam possumus, quid distet origo verbi quae de vicinitate arripitur ab ea quae de similitudine ducitur. hinc facta progressio usque ad contrarium. nam lucus eo dictus putatur quod minime luceat, et bellum quod res bella non sit, et foederis nomen quod res foeda non sit; quod si a foeditate porci dictum est, ut non nulli volunt, redit origo ad illam vicinitatem, cum id quod fit ab eo per quod fit nominatur. nam ista omnino vicinitas late patet et per multas partes secatur; aut per efficientiam, ut hoc ipsum a foeditate porci per quem foedus efficitur, aut per effecta, ut puteus quod eius effectum potatio est creditur dictus, aut per id quo continetur, ut urbem ab orbe appellatam volunt, quod auspicato loco aratro circumduci solet, — aut per id quod continet, ut si quis horreum mutata littera affirmet ab hordeo nominatum, — vel a parte totum, ut mucronis nomine, quae summa pars gladii est, gladium vocamus, vel a toto pars ut capillus quasi capitis pilus. — innumerabilia sunt verba, quorum origo, de qua ratio reddi possit, aut non est, ut ego arbitror, aut latet, ut Stoici contendunt. — vide tamen paululum quomodo perveniri putant ad illa verborum cunabula vel stirpem potius atque adeo sementum, ultra quod quaeri originem vetant, nec si quisquam velit potest quicquam invenire. nemo abnuit syllabas, in quibus u littera locum obtinet consonantis, ut sunt in his verbis primae: vafer velum vinum vomis vulnus, crassum et quasi validum sonum edere. quod approbat etiam loquendi consuetudo, cum de quibusdam verbis eas subtrahimus ne onerent aurem. nam unde est, quod amasti dicimus libentius quam amavisti et nosti quam novisti, et abiit, non abivit, et in hunc

modum innumerabilia? ergo cum dicimus vim, sonus verbi ut dictum est quasi validus congruit rei quam significat. iam ex illa vicinitate per id quod efficiunt, hoc est quia violenta sunt, dicta vincula possunt videri et vimen, quo aliquid vinciatur. inde vites, quod adminicula quibus innituntur nexibus prendunt. hinc iam propter similitudinem incurvum senem vietum Terentius appellavit [*eun. 688*]. hinc terra, quae pedibus itinerantium flexuosa et trita est, via dicitur. si autem via, quod vi pedum trita est, magis creditur dicta, redit origo ad illam vicinitatem. sed faciamus a similitudine vitis vel viminis, hoc est a flexu esse dictam. quaerit ergo a me quispiam: quare via dicta est? respondeo, a flexu, quod flexum velut incurvum vietum veteres dixerunt, unde vitos etiam quae cantho ambiantur rotarum ligna vocant. persequitur quaerere unde vietum flexum dicatur, et hic respondeo, a similitudine vitis. instat atque exigit, unde ita sit vitis nomen; dico, quod vinciat ea quae comprehenderit. scrutatur ipsum vincire unde dictum sit, dicemus a vi. vis quare sic appellatur requiret; reddetur ratio quod robusto et quasi valido sono verbum rei quam significat congruit. ultra quod requirat non habet. quot modis autem origo verborum corruptione vocum varietur, ineptum est persequi.

*August. de dialect. 1—7* dialectica est bene disputandi scientia. disputamus autem utique verbis. verba igitur aut — currit. nec mireris quod disputat, quamvis ex duobus compositum sit, tamen inter simplicia numeratum est. nam res definitione illustratur. dictum est enim id esse simplex, quod unum quiddam significat. itaque hoc includitur — significationem. si quidem quisquis dicit ambulo et ambulationem facit intellegi et se ipsum qui ambulat, et quisquis dicit ambulas, similiter et rem quae fit et eum qui facit significat. at vero qui dicit ambulat, nihil aliud quam ipsam significat ambulationem. quam ob rem tertia — proloquiorum summa. has ergo singulas partes diligentius explicemus. verbum est — litteris potest. — omne verbum — signum est. quippe inspectis a legente litteris occurrit animo quid voce prorumpat. — sed quod — significat. sed exemplis haec illustranda esse perspicio. — ecce enim verba ipsa — clamare, et Vergilius [*g. 3, 223*] 'reboant silvae'. ergo verbum — *sonando.* — *Stoici* autumant, quos Cicero [scio Usener] in hac

re ut Cicero irridet, nullum — circumduci solet, cuius rei et Vergilius [*Aen. 5, 755*] meminit ubi Aeneas urbem designat aratro, aut per id — nominatum, aut per abusionem, ut cum horreum dicimus et ibi triticum conditur [*de his verbis cf. Reitzenstein, M. Ter. Varr. und Ioh. Maur. von Euch. p. 35*], vel a parte — capitis pilus. quid ultra provehar? quicquid aliud adnumerari potest, aut similitudine rerum et sonorum aut similitudine rerum ipsarum aut vicinitate aut contrario contineri videbis originem verbi. quam persequi non quidem ultra soni similitudinem possumus, sed hoc non semper utique possumus. innumerabilia — contendunt. — vide — est persequi.

1—59 *cf. Mart. Cap. 4, 388.* 59—72 *cf. id. 4, 338, qui eadem fere tradit.* 110—125 *Don. Ter. adelph. 5, 8, 29*[3] verbum dixit veram sententiam, nam verba a veritate dicta esse testatur Varro. *cf. Diom. p. 334, 5. Prisc. p. 369, 5. Lact. de opif. d. 15, 1 (Brandt, Wien. Stud. 13. 1891 p. 265). Isid. or. 1, 9, 1. August. de magistr. 5, 12. Virg. gramm. de verb. VII.* 125 *sq. cf. Reitzenstein ibid. p. 35 sq. 69 sq. Char. p. 276, 13. Mart. Cap. 3, 360.* 140 *sq. cf. Dion. Hal. de comp. verb. 16. Demetr. de elocut. 178 sq. August. de dial. 7. 10* 172 *cf. Quint. 1, 6, 34* 173 *aliter Varro de l. L. 7, 49* 174 *Serv. Aen. 1, 62* foedus autem dictum vel a fetialibus — vel a porca foede, hoc est lapidibus occisa. *Serv. ibid. 8, 641. Isid. or. 18, 1, 11. cf. Fest. p. 234*[a]*, 31* 180 *cf. Varro de l. L. 5, 25. 6, 84. Fest. p. 217*[b]*, 7* 181 *cf. Varro de l. L. 5, 143* 183 *cf. Varro ibid. 5, 106* 186 *cf. Lact. de opif. d. 7, 9 (Brandt ibid. p. 264)* 200 *cf. Varro ibid. 5, 37. 62. 102* 204 *cf. Varro ibid. 5, 8. 22. 35. r. r. 1, 2, 14 (O Mueller praef. ad Varr. p. VII). Mar. Vict. p. 56, 17. de collocatione cf. praef. ad libr. De l. L.*

2 quidem *P = Paris. Lat. 7730* 15 ningit *B = Bern. 363* ninguet *D = Darmstadiensis 166* 21 *verba* a. q. *et* ad c. s. (*in mg.* alia quae *C = Bern. 548*) *explenda esse ex iis quae male inrepserunt in v.* 54 *vidit Crecelius* 24 ambulat *C om. rell.*

31 et *C* est *rell.* 34 dicat *C* 35 dii 36 perdu̇ant *B* -dant *C* -dunt *P* 37 dicit *BDP* 54 alia — conprehendunt *vd. ad v.* 21 59 conceditur *C* concedit *in extremo versu P* 73 rei *om. BDP* 74 quidq. *DP* 82 qualiter *Usener*: quanta 89—91 nam — loquimur *uncis incl. Usener* 96 quidq. *DP* 113 nostram *BD* 116 sit: *em. Usener* 124 boesei *B* boese *C* boesae *D* boase *vel* boose *P* 128 quod *ante* quibus *add. Wachsmuth* 129 interpreta⟨re⟩ris *vg.* origo dum esse *BD* or. querendum esse *C* or. dicenda est *P lacunam expl. Crecelius et Buecheler* 134 ita] ista BC 142 *sentiuntur em.* sentiantur *D* sentiantur BP 147 concorda-

rent 151 concordat *CP* -daret *B* 152 duritie (-tiae *B*) et *BCD; sed in D pro* et *antea* ae *scriptum fuisse videtur* 153 crucis *post* ligno *add. Louanienses* sint *BCD* 154 nomen non *cod. Carthusianus Louaniensium:* tamen n. 156 parum *BCD* 162 pisc. sim. *CP* 163 dictam *BD* 170 quid distet *BC* quod istic *P* 186 vocant *C* dicimus *B* capillos — pilos *BP* 198 inde *CP* 201 validius 208 vi pedum *em. ex* vis pedum *C* vis p. *B* usu (*suprascr.* vel vi) p. *P* 211 a *ante* me *om. BDP* 213 vietos (victos *D*): *em. Buecheler* 214 canto *C* cantu *rell.* 217 quod *CP* quid *BD*

*266* [*90*]

quando particulam pro cum ponere Formianos et Fundanos ait Varro.

*Char. p. 111, 23* quando — Varro. sed et alii faciunt nec sine exemplo, nam Plautus in Menaechmis ita ait [*547*]: 'non habeo. at tu quando habebis, tum dato'. vitium tamen esse non dubium est. *cf. Fest. p. 258ᵃ, 32. in l. V De serm. Lat. haec fuisse videntur.*

*267* [*101*]

per c, cum adverbium erit temporis, ut 'cum venerit loquemur' 'cum voles ibimus' 'cum petieris feres'. — Varro adverbia localia, quae alii praeverbia vocant [*Varro de l. L. 6, 38*], quattuor esse dicit, ex in ad ab. ex locum significat unde egredimur, ut ex area; in locum in quem inimus, ut in aream; ad locum ad quem adimus, ut ad parietem; ab locum a quo discedimus, ut ab pariete. horum duorum adverbiorum, ex et ab, posteriores litterae solent demi, alias recte, alias perperam. quando ergo ex, quando e dici oporteat, ex consequentibus vocabulis animadvertitur. nam si id quod sequitur litteram habet primam semivocalem aut mutam, e dictum levius videbitur, ut 'e Gallia' et 'e Tuscis'. quotiens vero vocales sequuntur, in eo quod sequitur a e o simplicem et eandem habent rationem, quod ex praeponitur, ut in his 'ex arce ex Eryce ex Olympo'; aliter enim fiunt hiulca, ut 'e arce e Eryce e Olympo'. si vero in vocabulo quod sequitur princeps littera vel u vel i fuerit, duas habet rationes. nam si *aliqua vocalis proxima* coniuncta est in syllaba eadem,

tunc sicut cum est semivocalis aut muta, observari dixi oportere, ita in his debet fieri, ut est 'e Vaticano e Iudaea'. sin vocabulum duas vocales proximas non habuerit coniunctas, quarum sit littera princeps u aut i, proinde atque a e o sit, observandum quod potius dici oportet 'ex Irpinis' quam 'e Irpinis', 'ex Umbria' quam 'e Umbria'. similiter in h littera observari debet, ut in a e o litteris, ne dicamus 'e Hymetto', sed 'ex Hymetto'. similiter est in ab. ⟨a⟩ quibusdam diligentioribus levitatis causa solet demi b, cum praepositum ⟨est⟩ vocabulis aut nominibus locorum. in quibus principes sunt litterae semivocales aut mutae, eam repudiant, ut 'a Baiis a Capua a Dertona'. contra non demitur b, cum in vocabulis aut nominibus est primum a e o, ut 'ab Aricia ab Eli * * a * *'. sin u aut i, duplicem habent rationem. si enim sunt solae, dicuntur ut reliquae vocales, 'ab Utica ab Illyrico'; sin proximas litteras vocales secum habent coniunctas, proinde observandum est, ac sint semivocales aut mutae, 'a Venusia a Ianiculo'. item ⟨ad⟩ et apud locum significant, ut 'accede ad me' 'qui domi nati apud me sunt' 'apud illum est'. de quoque non numquam perperam ponitur pro ex et non numquam pro a, ut cum de provincia venire quis se dicit; nam perperam est. imus enim in provinciam, ut in navem et in circum; eximus ut e nave e circo, sic e provincia. de provincia existimamus, cum de ea bene aut male praedicamus; de nave dicimus, cum longa an oneraria sit rogamus, de circo, cum Flaminius an maximus. item vitiose dicitur 'senatum habere apud aedem Apollinis', quod 'in aede' dici oportet. et 'de senatus sententia' vitiose; nam debent dicere ut 'ex mea sententia', 'ex tua sententia', sic 'ex senatus sententia'. item qui dicunt 'de senatu redii' potius quam 'e senatu', quod eo cum inimus, dicimus ⟨in⟩, inde cum redimus, ⟨ex⟩. 'ex senatu eiectus' potius quam 'de senatu'. male imperant qui dicunt de tabulis quid dicere; de tabulis enim is dicit, qui eas laudat aut culpat; e tabulis *is dicit, qui quod* est in his scriptum recitat scriptum-

que pronuntiatur si eas videt, et potius dici oportet 'legi' quam 'dici', contra eas ⟨si⟩ litteras non spectat. 'a capite dempta' qui vocant, male appellant, quod sunt de capite dempta, non a capite. 'ad caput additum' recte dicitur, si est extra caput quod additur. qui transscribunt tabulas, non describunt, sed exscribunt; qui quales sint scribunt, ii describunt. a scaena venit spectator, e scaena venit qui egit; contra spectator e theatro, a theatro actor. de scaena loquitur qui de ea, bene an male ornata sit, loquitur. in scaena pronuntiat ⟨actor⟩; qui hoc idem subtilius vult dicere, non ⟨in⟩ scaena, sed pro scaena dicit pronuntiare actorem, nam scaena significat graece domus: e scaena actor exit, venit in pulpitum ac vestibulum; ⟨pro⟩ scaena itaque actor est. cum eo venit, dicimus prodire, qui domo excedit procedere, qui ex ea quid ducit producere. 'pro rostris' dici oportet, cum is qui contionatur iis dicit, qui ante rostra sunt; pro enim et ante idem sunt. in rostra ascendit, e rostris descendit, de rostris dicit qui ea cuius modi sint dicit. in contione stat, e contione venit, de contione dicit. inscribunt quidam 'litterae datae e Gallia', item 'Roma', vitiose. nam dici oportet 'in Gallia' et 'Romae'. dantur enim in loco, afferuntur e loco, sequitur ut dentur in Gallia et Romae.

*Ter. Scaur. p. 29, 3* per c — feres. alii sic [alibi s. *Usener*]: quotiens u sequitur, q ponendum ut per quo litteras [-ram *codd.*] 'mequom tequom quoius quolum' [quoitus quolm̄ *omisso* tequom *Bern.* quottus quolmē *Pal.*]; at quotiens ceterae vocales, id est e o ⟨i⟩, c ponendum, ut 'cecidit Cornelius citatus'. Varro — et Romae. ⟨ex⟩ praepositio non numquam per unam litteram scribitur, sed per deminutionem, ut ebibit pro exbibit. ab Roma venio πλεονασμός est pro Roma. *cf. Caper orth. p. 104, 6 sq. contra Lachmannum (Lucret. p. 186) et Wilmannsium (p. 113), Usenerum in tota fere Scauri disputatione Varroni tribuenda secutus sum (Rh. Mus. 24. 1869 p. 94 sq. 102) collatis fragm. Parisino CGK VII 34, 5 sq. et Dositheo p. 417, 10 (Beda p. 263, 3), quibus adde Diom. p. 414, 32. Char. p. 203, 12, qui scriptores, cum alius ex alio pendere non possit (cf. Keil, Gramm. Lat. VII 368 sq.), ad eundem auctorem Scaurum nos deducunt. his autem rebus aptior liber V De serm. Lat. esse videtur, quam Disciplinarum I.*

1 per o *B* = *Bern. 330, Usener* 4 IIII *B* nil *P* = *Pal. 1741* ab ad *P* 6 inimus *Usener* ibimus *B* imus *P* 7 ab p.] a p. *B* 10 edicti *P* oportet *B* ex consonantibus vocalibus *B* 13 et et .v. scis *P* 15 erico *P* serico *B* 17 in *om. B* 18 vel i vel u *B* nam *Wilmanns*: unam 20 observare 22 proximi non habuerint 23 quorum: *em. Usener* 25 umbra — umbra *B* 27 hymaesto: *em. Putsch* est *om. B add. b* 28 a *om. codd.* 29 p, cum propos. vocab.: *em. Usener et Wilm.* 31 *post* mutae *lacunam signavit Keil* ut *om. P* 32 cum vocalibus *P* 33 nomin. ⟨locorum⟩ *Keil* elia *codd.* Elea *Wilm. lacunam signavit Usener* 35 ab Ut. *scripsi* ab als *B* ab al s *P* ab Apso *coni. Wilm.* ab Ulia *Usener* ab urbe *Keil. coll. fragm. Paris. CGK VII 34, 20, ubi est* ab Urbiano ab illi dico *B* abiilli dico *P* 36 sin] in 37 ac *et* aut *Usener*: an *et* an *post* mutae *add.* ut *Keil* 38 item et apud l. (ad *add. b*) *B* ad loc. *P*: *em. Keil* significandum 39 acc. ad me *secl. Wilm.* 40 quo (*add.* que *b*) *B* quodque *P* perp.] p a *B* 41 pro a, ut cum de *om. P* 42 qui se d. *codd.* quis d. *Keil* perpera in *B* 43 eximus in navẹ (i *superscr. b*) circo Sic e prou. *B* exim. in navetis cosice prou. *P* 45 aut] ut *P* nave] nam *P* 46 an *Wilm.*: aut 48 aedem 49—50 senatu *B* 51 it. ⟨errant⟩ *Keil* quidam *pro* qui *edit. pr.* re dici *P* 52 quod eo quo *P* eo quod quo *B* 52 *et* 53 in *et* ex *om. codd.* 53 eiecto 55 his (*deleta* h) dic̄ qui eius *B* his dicet qui eas *P* 56 e scriptum quae pronuntiantur si ea videt potius dici oportet legi quam dici contra eas litteras non spectat *P* scriptumque pronuntiatur si ea v. et p. d. o. l. q. d. c. e. l. n. sp. 62 sunt 63 ii descr. *Putsch*: id' (id est *P*) tribuunt 66 actor *add. Wachsm.* 67 in *om. codd.* 68 nam sc. sign. *Jahn*: in scena significare 69 cum *ante* e *add. Keil* 70 pro *add. Wilm.* 71 excedit *ed. pr.*: eo cedit ex ea quid *Wilm.*: eo quod 73 contionaturus (*add.* his *P*) dicit pro] prorsus 74 sunt] significat *Usener* 76 scribunt *Keil* 77 nam si *P* 78 Roma e dantur *P* Roma Ceduntur *B* 79 Roma

## DE LITTERATURA

### *268* [*41*]

latinitas est incorrupte loquendi observatio secundum Romanam linguam. constat autem, ut adserit Varro, his quattuor, natura analogia consuetudine auctoritate. natura *verborum nominumque* inmutabilis ⟨est⟩ nec quicquam

aut minus aut plus tradidit nobis quam quod accepit. nam si quis dicat scrimbo quod est scribo, non analogiae virtute sed naturae ipsius constitutione convincitur. analogia sermonis a natura proditi ordinatio est secundum technicos neque aliter barbaram linguam ab erudita quam argentum a plumbo dissociat. consuetudo non ratione analogiae sed viribus par est, ideo solum recepta, quod multorum consensione convaluit, ita tamen ut illi artis ratio non accedat sed indulgeat. nam ea e medio loquendi usu placita adsumere consuevit. auctoritas in regula loquendi novissima est. namque ubi omnia defecerint, sic ad illam quem ad modum ad ancoram decurritur. non enim quicquam aut rationis aut naturae aut consuetudinis habet, cum tantum opinione secundum veterum lectionem recepta sit nec ipsorum tamen, si interrogentur cur id secuti sunt, scientium.

*Diom. p. 439, 15* latinitas — scientium. *Char. p. 50, 25* constat ergo Latinus sermo natura analogia consuetudine auctoritate. natura verborum nominumque inmutabilis est — sermonis a natura proditi ordinatio est neque aliter — consuetudo non arte analogiae — ut illi artis ratio — indulgeat. auctoritas in regula — quem ad modum ad aram sacram decurritur — habet; tantum opinione oratorum recepta est, qui et ipsi cur id secuti essent si fuissent interrogati, nescire confiterentur. *Quint. 1, 6, 1* sermo constat ratione vetustate auctoritate consuetudine. *cf. 9, 3, 3. Victor. p. 189, 2* latinitas quid est? observatio incorrupte loquendi secundum Romanam linguam. quot modis constat latinitas? tribus. quibus? ratione auctoritate consuetudine. *cf. Prob. inst. art. p. 47, 19. August. ars p. 494, 3. Audax exc. p. 322, 21. Anecd. H. p. XXXIV. de voce 'vetustas' pro 'natura' apud Quint. (ex Palaemone?) usurpata deque triplici pro quadruplici latinitatis divisione apud posteriores grammaticos cf. Usener ibid. p. 624. libro I De serm. L. tribuit Wilmanns p. 79. 170, aliter Usener ibid. p. 624. 641.*

2 his *om. B = Paris. 7493, M(onac.)* 4 nominumque *Char.* omniumque *A = Paris. 7494, M* omnium qua *B et Wilmanns* omnium *in mg. cod. Char.* inmutabili ne q. *codd.* est *add. Char.* 6 pro eo quod *Char.* 9 erudit˘ *M* erudit *AB* 11 pars *AM* 12 consessione (-esio- *B*) 16 *anchoram BM* anachortam *A* aram sacram *Char.* 20 sint *Keutsch*

*269* [*43*]

lacrumae an lacrimae, maxumus an maximus, et si qua similia sunt, quo modo scribi debeant, quaesitum est. Terentius Varro tradidit Caesarem per i eius modi verba solitum esse enuntiare et scribere; inde propter auctoritatem tanti viri consuetudinem factam.

*Ann. Cornut. ap. Cassiod. orth. p. 150, 10* lacrumae — factam. sed ego in antiquiorum multo libris [libr. m. *Paris. 7495*], quam Gaius Caesar est, per u pleraque scripta invenio, optumus intumus pulcherrumus lubido dicundum faciundum maxume monumentum contumelia minume. melius tamen est et ad enuntiandum et ad scribendum i litteram pro u ponere, in quod iam consuetudo inclinavit. *Isid. or. 1, 27, 15* maxumus an maximus et si qua similia sunt qualiter scribi debeant quaesitum est. Varro tradidit Caesarem per i huius modi verba enuntiare et scribere solitum esse. inde propter auctoritatem tanti viri consuetudinem factam, ut maximus optimus pessimus scribatur. *cf. Caesar test. 10. hoc et quae secuntur fere omnia fragmenta usque ad fr. 294 in libris De serm. L. fuisse videntur. cf. Wilmanns p. 47 sq. 84 sq. et supra praef. ad hoc opus.*

2 deb& (debent *vg.*) *Bern. vg.* debent, *omisso* quomodo, *Bruxel. Colon.*: *em. Carrio* 3 tradit *Bern.* 4 adnunciare (-tia- *Colon.*) *Bruxel. Colon.* et enunt. *coni. Keil*

*270* [*46*]

est quaedam littera in Ϝ litterae speciem figurata, quae digamma nominatur, quia duos apices ex gamma littera habere videatur. ad huius similitudinem soni nostri coniunctas vocales digammon appellare voluerunt, ut est votum virgo. itaque in prima syllaba digamma et vocalem oportuit poni, Ϝotum Ϝirgo, quod et Aeolii fecerunt et antiqui nostri, sicut scriptura in quibusdam libellis declarat. hanc litteram Terentius Varro dum vult demonstrare, ita perscribit, vau.

*Ann. Cornut. ap. Cassiod. p. 148, 5* est quaedam — perscribit, vau. *Prisc. p. 15, 1* u vero loco consonantis posita eandem prorsus in omnibus vim habuit apud Latinos quam apud Aeolis digamma; unde a plerisque ei nomen hoc datur, quod apud Aeolis habuit olim Ϝ digamma id est vau, ab ipsius voce profectum teste Varrone et Didymo, qui id ei nomen esse ostendunt. *cf. Quint. 1, 4, 7. 12, 10, 29.* Don. Ter. andr. 1,2,2.

*3, 4, 1¹. Char. p. 75, 4. Diom. p. 422, 21. Donat. ars gr. p. 367, 18. Pomp. comment. p. 105, 3. Mar. Vict. p. 15, 3. Ter. Scaur. p. 12, 11. 17, 2. Vel. Long. p. 58, 4. Albin. p. 302, 6. frag. Bob. p. 538, 21. Anecd. H. p. 223, 24. Isid. or. 1, 4, 8. de re vd. Buecheler, de Ti. Cl. Caes. gramm. p. 7 sq.*

2 quia] quae literā h. videtur *Colon.* 3 v coniunctam vocali *coni. Keil* 6 quam et aeoli *Bruxel.* quā et eoli *Colon.* quae et aeoli *Bern.*: *em. Carrio, qui* Aeoli *scripsit, Keil* Aeoles 7 nostri] non *Bern.* 8 Terentius Varro *vg.*: terentius usu raro 9 perscribit (percr. *Bern.*) va: *em. Ritschl*

*271* [*45*]

mium et commircium quoque per i antiquis relinquamus, apud quos aeque et Mircurius per i dicebatur, quod mirandarum rerum esset inventor, ut Varro dicit. — item miis per i, non meis per e, ut Terentius [*ht. 699*]: 'at enim istoc nihil est magis, Syre, miis nuptiis adversum'.

*Vel. Long. p. 77, 12* mium et — dicit. nostris iam auribus placet per e, ut et [et ut *cod.: em. Ritschl*] Mercurius et commercia dicantur. item — adversum.

1 nimium et commercium *Vatic.: em. Commelinus et Iunius* 2 mercirius per i dicebantur *Vatic.* 3 ut *Ritschl*: et

*272* [*44*]

Lucilius ubi i exile est per se iubet scribi, at ubi plenum est praeponendum esse e credit his versibus [*fr. 10*]:

'meille' hominum, duo 'meilia', item huc 'e' utroque opus, 'meiles'
'meilitiam'. tenues i, 'pilam' in qua lusimus; 'pilum'
quo piso, tenues; si plura haec feceris pila
quae iacimus, addes e, 'peila' ut plenius fiat.

quam inconstantiam Varro arguens in eundem errorem diversa via delabitur, dicens in plurali quidem numero debere litterae i ⟨e⟩ praeponi, in singulari vero minime, cum alioqui ⟨i⟩ non aliud in singulari quam ⟨in plurali, neque aliud in media⟩ quam in extrema syllaba sonet, ut in verbis manifestum est. dicimus enim 'mitto misi misi*mus', nisi aliam hic* vult esse rationem [quod absurdum

est], ut, cum verba quoque ex syllabis constent, ex diversa regula corrigantur.

*Ter. Scaur. p. 18, 12* primum igitur per adiectionem illa videntur esse vitiosa, quod Accius [*fr. 24*] geminatis vocalibus scribi natura longas syllabas voluit, cum alioqui adiecto vel sublato apice longitudinis et brevitatis nota posset ostendi. nam singulares vocales et produci et corripi possunt, unde etiam Lucilius in nono saturarum de orthographia praecipiens ait: [*fr. 7*]. deinde: [*fr. 8*]. itemque quod Lucilius — corrigantur. *id. p. 32, 21* singularis numerus per unam i litteram scribitur, ut docilis facilis, pluralis autem per e et i, ut facileis docileis, ut ex hoc appareat singularis item [idem *Bern. m. 1* utrum sing. *Keil*] sit appellatio an pluralis. aureis quas modo aetheris [-reis *Pal.*] scribimus [quo *add. Bern.*] modo quibus audimus [-divi- *Pal.* aud. quibus *Bern.*], nec minus [ne *Bern.*] a nobis [anubis *Pal.*] i singularis in fraude produci potest, ut vidi scribitur [*ita codd.*]. si autem cum eadem i littera aliud breve, aliud longum est, ut illa et pila: apices ibi poni debent, ubi isdem litteris alia atque alia res designatur, ut venit et vénit, aret et áret, legit et légit ceteraque his similia, super i tamen litteram apex non ponitur; melius enim i pIla [i in pila *Usener*] in longum producetur. ceterae vocales, quae [quia *codd.*] eodem ordine positae diversa significant, apice distinguuntur, ne legens dubitatione impediatur, hoc est ne μέλος ἀηδὲς [ne in os hos aedes *Bern.* nemo hos aedes *Pal.: em. Buecheler*] pronuntietur. *ista Lachmann (Lucret. p. 186) et Usener Varroni adsignant (Rh. Mus. 24, 104 sq.), neque ab alio auctore, opinor, ea quae supra de Accio Scaurus tradit fluxerunt.*

2 esse ei *Pal.* esse cr. *Bern.: em. Putsch* 3—6 *vd. ad Lucil. fr. c.* 8 dilab. *Bern.* 9 e *add. Keil* 10 i *om. codd.* non & aliunde in sing. quam in extrema syllaba sonat *Bern.* et in sing. non aliunde quam in extrema syll. s. *Pal.*: *em. Keil* 12 mitto emisimus: *em. Wilmanns* 13 quod est abs. *Pal. secl. Wilm.* 14 constant *Bern.* et diversa: *em. Keil*

### *273* [*97*]

lac non debemus dicere sed lact.

*Pomp. comment. p. 199, 10* multi dicunt [inquirunt *coni. Wilmanns*], utrum lac dicamus an lact. et re vera si quaeras, hoc rite facit nec aliud. nam si dixeris lac, erit genetivus lacis, quem ad modum allec allecis. lectum est hoc saepius, praecipue apud Varronem. ille dicit: lac — lact. contra Caesar *fr. 14. Valgius fr. 6. Verrius fr. 18.* cf. Diom. p. 303, 3 omnia *nomina Latina* nominativo casu singulari litteris duodecim

extremis terminantur, vocalibus quinque a e i o u — et semivocalibus sex l m n r s x —, item muta una t ut caput. sunt qui addunt c ut lac, quod Varro ⟨lator⟩ [*addidi coll. fr. 242; doctissimus coni. Keil*] artis grammaticae exterminat. *exc. ex comm. in Donat. CGK V 326, 25* multi dixerunt quod lact dici deberet, ut apud Varronem, ea ratione quia si lac esset nominativus, lacis esset genetivus, ut alec alecis. *Anecd. H. p. 120, 5* plerique putaverunt lact dici adiecta t. Varro: lac — lact. *eadem omisso Varronis nomine tradunt Caper orth. p. 95, 13. Mar. Plot. Sac. p. 471, 23. Auson. grammaticomastix p. 168, 154 P. Mart. Cap. 3, 307. Anecd. H. p. LXXXVI. cf. praeterea Varr. sat. 26 B. de l. L. 5, 104 (Prob. cath. p. 7, 5. Anecd. H. p. XIX, de quibus testimoniis recte iudicavit Wilmanns p. 110). aliter Cledon. p. 48, 23* lact ait Varro non dici; numquam enim nomen ex duabus mutis terminatur. *is tamen Varronem cum Caesare confudit. cf. Wilmanns ibid. et Caesar fr. 14. de re etiam Wagener, N. phil. Rundschau 1899 nr. 4.*

## *274* [*47*]

non carent quaestione etiam plebs et urbs et Pelops, quae Varro ita distinguit, ut per b et s ea nominativo casu putet esse scribenda, quae eandem litteram genetivo ⟨singulari⟩ reddant, ut plebs plebis, urbs urbis, ea vero per ps, quae similiter genetivo eiusdem [modi] numeri in pis excurrant, ut Pelops Pelopis.

*Ter. Scaur. p. 27, 3* quaesitum est hiems utrum per ps an per ms deberet scribi, cum alioqui dubium non sit, quin per ms scribenda sit, quoniam genetivo hiemis facit et quoniam per p et s ea scribuntur [-ban- *codd.*], quae apud Graecos ⟨in⟩ ψ desinunt. hanc autem non in ψ desinere manifestum est ex eo, quod quae illa littera terminantur, aut in πος ut Πέλοψ Πέλοπος, aut in βος desinunt [in hoc-nat *codd.*] ut φλέψ φλεβός. hiems autem neutram harum syllabarum genetivo [gen. *om. Bern.*] recipit. item non constat, obscurum utrum per ob an per op debeat scribi, nec minus observo obsido, cum in illis b littera evidenter sonum suum vindicet. non carent — Pelopis. sed nobis utrumque per ps videtur esse scribendum, quoniam ex his ψ littera constet, quam genetivo diximus aut in bis aut in pis exire. *Papirian. ap. Cassiod. orth. p. 159, 22* traps ab eo quod dicitur trabis et urps per p debent scribi, licet Varro per b scribendum [*fort.* traps — trabis et *secludenda sunt et legendum* debet] putet, quod in reliquis casibus b habent [-eant *Carrio*]. *cf. Ter. Scaur. p. 14, 7. 21, 6. Vel. Long. p. 61, 5. 73, 12. Curt. Valer. ap. Cassiod. orth.*

*p. 156, 22. Papirian. ibid. p. 161, 17. Albin. orth. p. 303, 8. 307, 14. Mar. Vict. p. 20, 11sq. Prisc. p. 33, 3. 43, 9.*

1 et non paret *Bern.* non caret *Pal.* e pelobs *Bern.* 3 scribe novamque quae *Pal.* 4 sing. *add. Keil* 5 modi *om. ed. Basil. 1527* 6 excurrunt: *em. Wilmanns* pelobs *Bern.*

## *275* [*50*]

delirus placet Varroni, non delerus; non enim, ut quidam existimant, a Graeco tracta vox est *παρὰ τὸ ληρεῖν*, sed est latine ⟨a lira id est a⟩ sulco. ita sicuti boves, cum se a recto actu operis detorserint, delirare dicuntur, sic qui a recta via vitae ad pravam declinant, per similitudinem translationis item delirare existimantur. placet etiam ut Delmatiam quoque, non Dalmatiam pronuntiemus, quoniam a Delmino maxima civitate tractum nomen existimatur. ferias etiam, non fereas, quoniam apud antiquos fesiae, non feseae dictae sunt. item arispex ab ariuga, quae esset hostia, non aruspex.

*Vel. Long. p. 72, 22* nec non et ibi *ὀρτοέπεια ὀρτογραφίᾳ* coniuncta est, ubi quaeritur faenoris an faeneris dicamus [dicant *cod.*], quoniam nomen inde tractum dicimus faeneratorem. item facineris, non facinoris, quoniam facinerosum vocamus. sic etiam delirus — non aruspex. *Char. p. 76, 19* (= *Plin. dub. serm. p. 47, 10 B.*) delirus a lira aratri ductu appellatur. potest tamen delerus per e *ἀπὸ τοῦ λῆρος* conpositum videri. *cf. Non. p. 17, 32. Prob. app. p. 198, 19. Caper de verb. dub. p. 109, 6. Beda orth. p. 270, 20. Isid. or. 10, 78. diff. verb. 140. Schol. Ter. andr. 4, 4, 13. Don. Ter. phorm. 4, 4, 29* haruspex ab hariga eius nominatur; nam hariga hostia dicitur ab hara, in qua concluditur ac servatur; hara autem, in qua pecóra includuntur. *cf. Merkel, prol. ad Ov. fast. CXVI. Varro de l. L. 5, 98. Paul. Fest. p. 100, 6. Non. p. 120, 20.*

3 a l. id est a *suppl. Ritschl* itaque *ed. princ.* 8 Delminio *ed. pr.* max. ⟨eiusdem provinciae⟩ civitate *Keil ex exc. Cassiod. p. 155, 6* 9 existimatur *Cassiod.*: -etur 11 ariga *Iunius, sed cf. Varro l. c.*

## *276* [*51*]

intervallum duas l habet; vallum enim ipsum non aliter scribitur, a quo intervallum. Varro dicit '*intervalla esse spatia*, quae sunt inter capita vallorum id est

stipitum, quibus vallum fit; unde cetera quoque spatia ⟨ita⟩ dicuntur.

*Ann. Cornut. ap. Cassiod. orth. 151, 3* intervalla — dicuntur. *Albin. orth. p. 303, 23* intervallum per duo l scribendum est.

3 sunt *ras. Bern.* st *Paris.* sint *Bruxel. Colon.* 5 ita *addidi* intervalla *Keil*

### *277* [*52*]

narare per unum r scribitur, ut Varroni placet; secutus est enim etymologiam nominis eius, qua gnarus dicitur qui scit et accipit quod loqui debeat. denique compositio verbi ita scribitur, ignorare, quod non per duo r, sed per unum scribitur. ideo et naratio unum r habere debet.

*Papirian. ap. Cassiod. orth. p. 159, 8* narare — debet. *Cassiod. exc. p. 212, 4. Vel. Long. p. 80, 8* sane in eo quod est narrare observatum est ut unum r scriberemus, quoniam venit a gnaro, cui est contrarium ignarus. *cf. Varro de l. L. 6, 51. Caper orth. p. 96, 6. Albin. orth. p. 305, 34.*

2 nominis eo quod gn. d. qui s. et accepit *coni. Keil* 3 qui loqui *Paris.* quid l *Bern.* 4 quod] que *Bruxel. Colon.*

## DE SONO VOCUM

### *278* [*55*]

scire oportet vocem, sicut omne corpus, tris habere distantias, ⟨longitudinem⟩ altitudinem crassitudinem. longitudinem tempore ac syllabis metimur; nam et quantum morae enuntiandis verbis teratur et quanto numero modoque syllabarum unum quodque sit verbum, plurimum refert. altitudinem discernit accentus, cum pars verbi aut in grave deprimitur aut sublimatur in acutum. crassitudo autem in spiritu est, unde etiam Graeci aspirationem appellant; nam omnes voces aut aspirando facimus pinguiores, aut sine aspiratu pronuntiando tenuiores.

[*Sergii*] *expl. in Don. p. 525, 24* scire autem oportet — tenuiores. *cf. Prisc. III 519, 6. Diog. Laert. 7, 55. Lucret. 4, 539. Lersch, Sprachphil. d. Alten 3, 119 sq. de vi collocationeque fragmenti cf. Wilmanns ibid. p. 52.*

2 longit. *om. codd.* 3 quantum ore: *em. Wilm.* quantum temporis *ed. Vindob.* = *v* 5 sit *v*: si 6 altit.] ab altitudine *codd.* at altit. *v* 8 spiratu (-itu *Lavant. m. 2*) adspirat. app. δασεῖαν et ψιλήν *coni. Keil* adsp. πνεῦμα δασύ *Zippmann* 9 aut aspiranda: *em. v* pinguires *Lavant.*

*279* [*56*]

h sicut in quaestione est, littera sit necne, sic numquam dubitatum est secundo loco a quacumque consonante poni debere, quod solus Varro dubitat; vult enim auctoritate sua efficere ut h prius ponatur ea littera, cui aspirationem confert, et tanto magis hoc temptat suadere, quod vocalibus quoque dicit anteponi, ut heres hircus.

*Ann. Cornut. ap. Cassiod. orth. p. 152, 8* h sicut — hircus. sed Varronem praeterit consonantem ideo secundo loco h recipere, quod [quia *Bern. Paris.*] non possit ante aspirationem nisi vocalis habere. itaque et ante et post h littera cuicumque vocali adiungatur, consonabit [non so. *codd.*: *em. Usener*]. haec enim natura vocalium est, ut ante se aut post se h habeant, quoquo genere enuntiationem non impediant [post se habeant en. *Bern.* post se h en. *Paris.* ut quoquo g. en. *Bruxel. Colon.*]. *cf. Prisc. p. 19, 12.*

1 sic] sit 2 est ac *Bern. Paris.*, *unde Wilmanns* est an — deberet 3 quia solus *Bern.* quam s. *Bruxel. Colon.* 4 cui *Wilm.* quae — confert (conferet, *em.* conferret *Colon. m. 2, Bern. Colon.*) 5 persuadere *Carrio et edd.* 6 quae *em.* quod *Bern.* q. *Brux.* quę *Colon.* ut *Paris.* dicat

*280* [*58*]

de h littera quaeritur, quae se multis aut inseruit vocibus aut praeposuit. inseruit ut in his 'vehemens reprehendit', cum elegantiores et veementer dicant et reprendit secundum primam positionem; prendo enim dicimus, non prehendo. at praeposuit, ut cum dicas [hostis harena harenae] halicam et haliculam, cum ab alendo possit alica dici, et aliculam existiment dictam, quod alas nobis iniecta contineat. hortus quoque non desiderabat aspirationem, quod ibi herbae oriantur id est nascantur; sed tamen a consuetudine accepit. et cohortes aeque a cooriendo ex *eodem loco dictae* sunt; et tam⟨en⟩ differentiam quidam

esse maluerunt, ut cohortes militum cum aspiratione a mutua hortatione dicantur. item non nulli harenam cum aspiratione, sive quoniam haereat, sive quod aquam hauriat, dicendam existimaverunt; aliis sine aspiratione videtur enuntianda. nos non tam per illas causas quas supra proposuimus ⟨harenam dicimus⟩, quam propter originem vocis, si quidem, ut testis est Varro, a Sabinis fasena dicitur, et sicut s familiariter in r transit, ita f in vicinam aspirationem mutatur. similiter ergo et haedos dicimus cum aspiratione, quoniam faedi dicebantur apud antiquos. item hircos, quoniam eosdem aeque fircos vocabant. nam et e contrario, quam antiqui habam dicebant, nos fabam dicimus. cilonem quoque et cocleam et cocleare sine aspiratione scribemus, et quicquid per consuetudinem aurium ita licuerit enuntiare; non enim firmum est catholicum grammaticorum, quo censent aspirationem consonanti non esse iungendam, cum et Carthago dicatur et pulcher et Gracchus et Otho et Bocchus.

*Vel. Long. p. 68, 14* et de h littera — et Bocchus.

1 de hac l. *ed. princ.* = *R* multis *scripsi coll. Gell. 2, 3, 1* cum his *codd. secl. Keil* 3 vehementer reprehendit 5 at *secl. Keil* aut *Iunius* hostis — harenae *secl. Keil* 6 .ha. halicam et halicam et aliculam 7 existimet 10 a coercendo *R* 11 et tam: *em. m. cod. Vatic.* et eam *R* 15 dicenda 16 per] propter *Keil* 17 har. d. *add. Keil* 19 fassana: *em. Keil coll. Vel. Long. p. 81, 11* 20 hoedos *R* 21 foedi 22 fercos 29 gracchos et otho et bochus

## *280ᵃ* [*57*]

Varroni placet r litteram, si primo loco ponatur, non aspirari. l e c t o r e n i m i p s e i n q u i t i n t e l l e g e r e d e b e t R o d u m t a m e n e t s i h n o n h a b e t, R h o d u m e s s e, r e t o r e m r h e t o r e m.

*Ann. Cornut. ap. Cassiod. orth. p. 154, 1* Varroni etiam [enim *Bern. vg.*] placet — rhetorem. sed eadem observatio non necessaria est [r littera]. sunt enim verba primo loco r litteram habentia non minus Latina quam Graeca. itaque merito auferemus aut *amovebimus* aspirationem, Roma regina rapa Rodus. *cf. Albin orth. p. 303, 15.*

1 h littera (-am *Bruxel. Colon.*) si pro (primo *vg.* p^ r *Bruxel.*): *em. Carrio*

*280*[b] [*58*[c]]

si ab ariditate dicitur, non habet [*h litteram harena*], si ab haerendo, ut in fabricis videmus, habet.

*Serv. Aen. 1, 172* 'harena' quaeritur habeat necne nomen hoc aspirationem. et Varro sic definit: si ab ariditate — habet. melior tamen est superior etymologia.

2 si] sed *Hamb.* herendo *Cass. Lips. Hamb.*

*280*[c] [*58*[a]]

peccant — qui prehensus cum aspiratione scribunt, cum eam prima persona non habeat, et similiter vehemens, cum a vi mentis dicatur. quam quidam putant adiciendam, quoniam i non aliud putant esse quam * * alterius ferri, cum huic verbo sine dubitatione aspiretur. negat Varro etiam Gracco aspirandum, quoniam a gerendo sit cognominatus; matrem enim eius, qui primus Graccus sit dictus, duodecim mensibus utero eum gessisse. et pulchrum quamvis in consuetudine aspiretur, nihilo minus tamen ratio exiliter et enuntiandum et scribendum esse persuadet, ne una omnino dictio adversus Latini sermonis naturam media aspiretur.

*Ter. Scaur. p. 19, 13* similiter peccant —. item qui prehensus — aspiretur. quamvis Santra [*fr. 11*] a Graecis putet esse translatum quasi polichrum.

1 reprehensus *Keil ex Vel. Long. fr. 280* 2 persona] positio *Keil coll. Vel. Long. ibid.* veemens *Bern.* 4 .i. non a. p. e. q. a. ferri cum hoc *Bern.* hii *pro* i *et* fieri *pro* ferri *Pal.* altius vehi, cum hoc verbum *coni. Schneider* altius mentem vehi, id est ferri *Wilmanns* altius evehens *vel* ulterius vehens *Keil* 6 gr$^{ac}$ēco *Bern.* gracho *Pal.* 8 utero gessisset *Bern.* uterum -isse *Pal.*: *em. Ritschl* 10 ex hi (ex i *Pal.*) littere tenuntiandum 12 natura media *Bern.* naturam mediam *Pal.*

*280*[d] [*58*[b]]

*Graccus et ortus* sine aspiratione dici debere Varro

ait; et ortum quidem quod in eo omnia oriantur, Graccum autem a gerendo, quod mater eius duodecim mensibus utero eum gestaverit, vel a gracilitate corporis, ut quidam volunt.

*Char. p. 82, 7 (= Plin. dub. serm. p. 47, 24 B.)* Graccus et — volunt sed consuetudo et Gracchos et hortos cum aspiratione usurpavit.

## *280[e] [58[d]]*

pulchrum Varro aspirari debere negat, ne duabus consonantibus media intercedat aspiratio.

*Char. p. 73, 17 (= Plin. dub. serm. p. 46, 4 B.)* pulchrum — aspiratio; quod minime rectum antiquis videbatur. unde et sepulchrum hodieque manet, quod sit seorsum a pulchro propter recordationem doloris. *CGL V 481, 52* sepulchrum placet aliis compositum a semis et pulchro, eo quod superficie pulchrum intus ossibus plenum, sed pulchrum Varro negat aspirari debere ne duabus consonantibus media intercedat aspiratio, quod minime ab antiquis videtur secutum. *cf. Santra fr. 11.*

*280—280[e] de 'vehemens' et 'reprehendit' cf. Quint. 1, 5, 19. Gell. 2, 3, 1sq. 5, 12, 10. 16, 5, 6. Macrob. 6, 8, 18. Don. Ter. andr. 2, 2, 16[1]. Ann. Cornut. ap. Cassiod. orth. p. 153, 7. 159, 18. Albin. orth. p. 306, 13. 311, 26. de 'alica' Paul. Fest. p. 7, 17. de 'hortus' Paul. Fest. p. 102, 11. Vel. Long. p. 68, 19. Serv. Aen. 1, 289. de 'cohortes' Varro de l. L. 5, 88. Vel. Long. p. 74, 16. de 'harena' Char. p. 103, 21. Mar. Vict. p. 21, 24. Vel. Long. p. 81, 10. Serv. in Don. p. 444, 28. Beda orth. p. 274, 17. Anecd. H. p. CXXXVI. Prob. Verg. g. 1, 70. Isid. or. 16, 3, 11. 19, 10, 21. de 'haedus' Varro de l. L. 5, 97. Paul. Fest. p. 84, 5 (83, 9. 103, 8). Ter. Scaur. p. 11, 3. 13, 8. Vel. Long. p. 81, 9. de 'cilo' cf. fr. 354. de 'pulcher' Caper orth. p. 93, 2. Probus cath. p. 38, 27. Don. Ter. andr. 1, 1, 101[1]. Serv. Verg. g. 3, 223. Schol. Bern. georg. ibid. de 'Gracchus' Quint. 1, 5, 20. praeterea cf. Varro de l. L. 5, 73. Serv. Aen. 1, 213. Verr. Fl. fr. 5. Lehrs, de Arist. stud. Hom.[2] p. 317sq. adn. p. 323. Birt, der Hiatus bei Plautus (Marb. 1901) p. 109sq. 135sq.*

## *281 [59]*

in accentu materia locus et natura prosodiae brevissime conprehensa sunt. nam materia esse ostenditur vox, *et ea quidem* qua verba possunt sonare, id est scriptilis; *locus autem* syllaba, quoniam haec proprie verbi pars est,

quae recipit accentum. natura vero prosodiae in eo est, quod aut sursum est aut deorsum; nam in vocis altitudine omnino spectatur; adeo ut, si omnes syllabae pari fastigio vocis enuntientur, prosodia sit nulla.

[*Sergii*] *expl. in Don. p. 525, 18* in accentu — sit nulla. *cf. Wilmanns p. 50 sq.*

1 nat. est pros. 3 quae 4 probrie *Lavant.* 7 fastigia *Lav.* (-gio *man. 2*)

## *282* [*60*]

quot sint prosodiae dicendum est. — Athenodorus duas esse prosodias putavit, unam inferiorem, alteram superiorem; flexam autem (nam ita nostra lingua *περισπωμένην* vocavimus) nihil aliud esse quam has duas in una syllaba. Dionysius autem Aristarchi discipulus cognomento Thrax domo Alexandrius, is qui Rhodi docuit, lyricorum poetarum longe studiosissimus, tres tradidit, quibus nunc omnes utuntur, *βαρεῖαν ὀξεῖαν περισπωμένην*. Tyrannio vero Amisenus, quem Lucullus Mithridatico bello captum Lucio Murenae concessit, a quo ille libertate simul et civitate donatus est, quattuor scribit esse prosodias, *βαρεῖαν μέσην ὀξεῖαν* et *περισπωμένην*. atqui memoriae proditum est hunc ante alios fuisse pronuntiatione potiorem, quod nequaquam assequi potuisset nisi tenore singularum vocum diligentissime perquisito. in eadem opinione et Varro fuit; quin leges suas redigit ad ductum scientiae et doctrinae eius, qua omnibus a se propositis evidentissimas affert probationes, ut id quoque pro media prosodia facit dicendo ipsam naturam nihil facere totum, ubi non sit medium; ut enim inter rudem et eruditum, inter calidum et frigidum, amarum et dulcem, longum et brevem est quiddam medium, quod neutrum est, sic inter imam summamque vocem esse mediam, ibique quam quaerimus prosodiam. neminem musicum esse, qui mediam vocem in cantu ignoraverit, nec quemquam potuisse dicere in sono chordarum aut voce tibiarum assave voce cantantium μέσην *esse, si non in omni* vocis natura esset medium; minime-

que mirum ut in hanc multorum sensus non animadvertat, cum ⟨in⟩ illa quae in cithara aut tibia aliquanto uberior est, saepe totum non sentiat meatum. praeterea minus reliquis notam, primum quod ea sit principium aliarum, ut *μέση* in musica initium cantionis, et omnium rerum initia semper obscura sint; dein quod omne medium in angustis non videatur, ut punctum in quamvis magno orbe, quod vocant *κέντρον*. nullum esse corpus, ubi non sit medium, et omnem vocem corpus esse; omnem igitur vocem medium habere. quod enim fuit deorsum, prius in medium succedere, quam evolet sursum, et quod sursum est, ante eodem venire quam deorsum, quare utriusque compitum medium esse. et multa praeterea latius in eam rem disputata profert, quae nunc nobis longum est iterare. scire enim oportet rationis huius recens non esse commentum, sed omnium qui ante Varronem et Tyrannionem de prosodia aliquid reliquerunt plurimos et clarissimos quosque mediae huius fecisse mentionem, quos omnes sibi fuisse auctores Varro commemorat, grammaticos Glaucum Samium et Hermocraten Iasium, item philosophum Theophrastum peripateticum, cui divina facundia nomen adscivit, nec non eiusdem sectae Athenodorum summi acuminis virum, qui quandam prosodiam *μονότονον* appellat, quae videtur non alia esse quam media, licet diverso vocabulo. nec desunt qui prosodias plures esse quam quattuor putaverint, ut Glaucus Samius, a quo sex prosodiae propositae sunt sub hisce nominibus, *ἀνειμένη μέση ἐπιτεταμένη κεκλασμένη ἀντανακλαζομένη* * *. sed hic quoque non dissentit a nobis; nam cuivis ex ipsis nominibus intellectu proclive est tres primas esse simplices et non alias quam *βαρεῖαν μέσην ὀξεῖαν*, postremas autem tres duplices et quasi species unius flexae, quae est genere una. hanc enim flecti non uno modo omnes putaverunt; Eratosthenes ex parte priore acuta in gravem posteriorem, Theodorus autem aliquando etiam ex gravi in acutiorem escendere. ceterum Varro in utra⟨m⟩que parte⟨m⟩ moveri arbitratur, neque *hoc facile fieri sine* media, eamque acutam plerumque esse

potius quam gravem, quod ea propius utra<m>que est, quam illa superior et inferior inter se. — prosodiam ibi esse dicimus, ubi aut sursum est aut deorsum. quae demissior est [quae] a pluribus *βαρεῖα* appellatur graece, latine vero gravis, ideo quod deorsum est in sede scilicet ponderum graviorum. at eam quae sursum est Glaucus *ἐπιτεταμένην*, item alius aliter, sed nemo adhuc levem vocavit, quamvis id erat gravi contrarium; verum ea nomen obtinet *ὀξεῖαν*, latine acuta<m>, ideo quod tenuis et omne acutum tenue. inter has est *μέση*, latine media, quia limes est per quem duae supra dictae ultro citroque commeant. quartae illas coniungenti, quia ceteris perplexior est, plura sunt vocabula. Ammonius Alexandrius, qui Aristarchi scholae successit, *ὀξύβαρυν* vocat, Ephorus autem Cymaeus *περίσπασιν*, Dionysius Olympius *δίτονον*, Hermocrates Iasius *σύμπλεκτον*, Epicharmus Syracusius *κεκλασμένην*; verum ea nunc ab omnibus *περισπωμένη* graece vocatur, apud nos flexa, quoniam primo erecta rursus in gravem flectitur. acuta exilior et brevior et omni modo minor est quam gravis, ut est facile ex musica cognoscere, cuius imago prosodia. nam et in cithara omnique psalterio quo quaeque chorda acutior, eo exilior, et tibia tanto est voce acutiore, quanto cavo angustiore, adeo ut corniculo aut bamborio addito gravior reddatur, quod crassior exit in aera.. brevitatem quoque acutae vocis in isdem organis animadvertere licebit, si quidem pulsu chordarum citius acuta transvolat, gravis autem diutius auribus inmoratur. etiam ipsae chordae quae crassius sonant longiores videntur, quia laxius tenduntur; item in fistula duo calami brevissimi, qui acutissimae vocis. tibiae quoque acutiores quae breviores, et his foramina quam sunt ori proxima et brevioris aeris motum persentiscunt, tam vocem reddunt acutam. sic in loquentium legentiumque voce, ubi sunt prosodiae velut quaedam stamina, acuta tenuior est quam gravis et brevis adeo, ut non longius quam per unam syllabam, quin immo per unum tempus protrahatur; *cum gravis, quo* uberior et tardior est, diutius in verbo

moretur et iunctim quamvis in multis syllabis residat. quocirca graves numero sunt plures, pauciores acutae, flexae rarissimae.

acutae nota est virgula a sinistra parte dextrorsum sublime fastigata; gravis autem notatur simili virgula in ea⟨m⟩dem parte⟨m⟩ depressa fastigio. quae notae demonstrant omnem acutam vocem sursum esse et gravem deorsum. ipsum etiam musicorum docetur diagrammate, in quo tropi pro acumine vocum superiores scribuntur, denique summus hyperlydius, quia acutissimus, infimus hypodorius, quo nullus est gravior. flexa autem prosodia, quod duplex est et ex acuta gravique ficta, notam habet nomini potestatique respondentem; nam a sinistro cum surgens arduo fastigio et sursum molli curvatura dextroversum flexa praecipiti clivo deprimitur et speciem pronae c litterae efficit, priorem acutam et posteriorem gravem sibi inesse significat. —

ordo in accentibus non adtenditur, verum varie, nunc gravem, nunc acutum, non numquam flexum primo loco poni dubium non recipit. — longitudo verborum duabus in rebus est, tempore et syllabis. tempus ad rhythmicos pertinet, syllabae ad metricos. inter rhythmicos et metricos dissensio non nulla est, quod rhythmici in versu longitudine vocis tempora metiuntur et huius mensurae modulum faciunt tempus brevissimum, in quo cum quae syllaba enuntiata sit, brevem vocari. metrici autem versuum mensuram syllabis conprehendunt et huius modulum syllabam brevem arbitrantur. tempus autem brevissimum intellegi, quod enuntiatione⟨m⟩ brevissimae syllabae cohaerens adaequaverit. itaque rhythmici temporibus syllabas, metrici tempora syllabis finiunt.

[*Sergii*] *expl. in Don. p. 529, 1* quot ergo sint prosodiae — est. — Athenodorus — inferior inter se. sed hoc mediae prosodiae [de media prosodia *ed. Vindob.*] satis, quo quis sciat esse quaerendam. — [tres prosodias in usu esse scire oportet et * * media autem, quae inter duas quasi limes est, quod gravioris quam *acutioris similior est*, in inferioris potius quam superioris numerum *relegatur.* in hoc enim fere doctissimorum consensus est,

**acutam plus una in verbo esse non posse, graves esse conplures.** prosodiam ibi — inesse significat. **mediae vero, cuius nunc usus non habetur, notam non ponimus, quia neque a maioribus accepimus neque fingere possumus.** ordo — recipit — **de verbi longitudine dicendum est, ea sola adtingentes, quae operi necessaria videbuntur.** longitudo — syllabis finiunt. *cf. Aristot. rhet. 3, 1 p. 1403ᵇ, 29. Diom. p. 430, 28sq. Prisc. III 519, 2sq. Donat. ars gr. p. 371, 2sq. Mar. Vict. p. 39, 6. Isid. or. 1, 18, 1. de collocatione fr. huius, proxime superioris et inferioris cf. praef. ad libr. De serm. Lat.*

3 perispomen *L* = *Lavant.* (-mē *O* = *Oxon.*) 4 vocamus *Wilmanns* 6 a qui rodii 8 baria noxian perispomenon 9 iamisenus q. lucillus captam *L* (-um *l*) 11 est] sit *codd.* fuit *ed. Vindob.* = *v* barian. mesehenoxiant (mesehonoxiant *O*) 13 pot.] politiorem *Riese, Philol. 27, 300 adn. 11* peritum *Wilm.* 14 esse qui *L* 15 diligentisse *L* 16 scientia et doctrina: *em. Weil* qui in leges s. redegit accentuum scientiam et doctrinam, isque *Wilm.* 20 rudem *l O* rum *L* 21 am. dulcem *L* 26 aut vo . . ce quarum aliave voce *L*: *em. Wilm. ex Wasio qui* buccinarum 27 si si non *L* 29 cum i. q. in cythara (chitera *L*) aut quia aliquando u. est *codd.* cum illum, qui in c. aut tibia aliq. ub. est *Wilm.* aut auditur *Wasius* 32 musicae: *em. Wasius* 35 quem 37 fluit: *em. Corssen* 38 succendere 39 eo devenire: *em. Weil* utrius *O* 41 disputatam locum est *L* locus non est *v* 44 relinq. quoque: *em. Wasius* 47 ioseum: *em. Wasius* 49 ut (a *l*) henothorum 54 ansimen himesip petamene (pent. *O*) cecasmen antanaca homenehc sed: *em. Wasius, qui om.* κεκλ. *et add.* νήτη; κεκλ. *add. v lacunam indic. Keil* περικεκλασμένη *desiderari ratus, ubi* ἴση *Weil* νήτη *Wilm.* 55 desentit 57 varian mesenoxian 60 erat ostenes 62 excend. 64 hic acutae coniunctam *Wilm.* 65 quod ea — inter se *secl. Keil* 68 quae *secl. v* ea *Wilm.* varia: *em. v* 70 eamque rursum *L* 72 numen obt. oxian *L* 73 acutam *emendavi* 75 commentat 76 illas con. *scripsi* illi coniungit li *codd.* illi coniunctili *Usener* i. coniunctae *Wilm.* con. *secl. Keil* 79 δίτ. *Corssen*: aponon 80 κεκλ.] cetasmenen 82 grebem *L* 85 quoque quae: *em. v* 86 tibia *v* vita *em.* tivia *L* quia *O* 88 bomborio *coni. v cf. Thes. l. L.* 91 transv. *v* -laï *L* -lari *O* 93 tendentur *em.* tenuentur *L* 94 tiviae (tibitiae *O*) quo ac. 95 sunt *l* sint *LO* 98 istamina *codd.* διαστήματα *Wilm. p. 59* 107 depresso *Wilm. Keil, qui* ab pro in; cf. *Diom. p. 434, 2* 111 sumus hic per lidius 113 nominis *114* consurgens *v* 115 curvatur adextro versu: *em. v* *116 l. c cf. Keil coll. Diom. ibid.* litt. V ef. *v* 126 in quo-

cumque: *em. Weil* 128 et *v* ut *L om. O* 130 enuntiationem *Weil*

*283* [*60*[B]]

tibia Phrygia dextra unum foramen habet, sinistra duo, quorum unum acutum sonum habet, alterum gravem.

*Serv. Aen. 9, 615* tibiae aut Serranae dicuntur, quae sunt pares et aequales habent cavernas, aut Phrygiae, quae et impares sunt et inaequales habent cavernas. — ut enim ait Varro: tibia — gravem. *cf. fr. 44.*

*Rufin. p. 573, 23* scripserunt — latine de numeris hi, Cicero Victorinus Eusebius Terentianus Varro

DE NUMERIS

**284* [*64*]

rhythmus est pedum temporumque iunctura velox divisa in arsin et thesin, vel tempus quo syllabas metimur; latine numerus dicitur.

*Mar. Vict. p. 41, 25* rhythmi — origo de arsi et thesi manare dinoscitur. nam rhythmus — dicitur. *Diom. p. 473, 21* rhythmus est pedum temporumque iunctura cum levitate sine modo. *cf. August. de mus. 3, 1, 2. de ord. 2, 14, 40. Isid. or. 1, 39, 3. Quint. 9, 4, 55. Varroni tribuit Wilmanns ibid. p. 66. 195.*

2 arsi et thesi

**285* [*65*]

metrum est compositio pedum ad certum finem deducta — vel rhythmus modis finitus.

*Mar. Vict. p. 50, 4* metrum est — deducta seu dictionum quantitas et qualitas pedibus terminata vel — finitus. *Diom. p. 474, 2* metrum est pedum iunctura numero modoque finita. vel sic, metrum est conpositio pedum ordine statuto decurrens modum positionis sublationisque conservans. *cf. At. Fort. p. 282, 8. Isid. or. 1, 39, 1. 5. Victor. p. 206, 3 (Audax exc. p. 331, 14). Varroni vindicavit Wilmanns p. 65.*

*286* [*66*]

*alienum* pedem metra nisi recipiant, modus non facile

finitur et magis rhythmus est quam metron. et Varro dicit inter rhythmum, qui latine numerus vocatur, et metrum hoc interesse quod inter materiam et regulam.

*Diom. p. 512, 38* alienum autem pedem — regulam. *cf. Mar. Vict. p. 41, 28. Char. p. 289, 15. Diom. p. 474, 5. At. Fort. p. 282, 17. August. de mus. 5, 1, 1. Quint. 9, 4, 50. fragm. Paris. CGK VI 631, 14.*

1 recipiantur *Monac.* modos *Paris. 7493*

**287* [*68*]

consideranda in metris cola, quae latine membra, item comma, quod caesum a nobis proprie dicitur —. quorum differentia talis est: colon est membrum quod finitis constat pedibus, comma autem in quo vel pars pedis est. — ergo versus, cum [ex] ea qua coniunctus erat parte dissolvitur, cola efficit; cum vero ea qua coniunctus erat parte abscidítur, particula quae divulsa ex eo est, comma dicetur, ut in illis versus solvatur, in his caedatur. nam periodus, quae Latina interpretatione circuitus vel ambitus vocatur, [id] est compositio pedum trium vel quattuor vel complurium similium atque absimilium ad id rediens, unde exordium sumpsit, sicut temporis lustrum vel sacrorum trieteris; vel⟨ut⟩ in poematis, quando non ⟨uno⟩ versus omnes metri genere panguntur, sed ex variis versibus carmen omne compositum per circuitum quendam ad ordinem suum decurrit.

*Mar. Vict. p. 53, 27* consideranda praeterea in metris — dicitur, id est extrema et exigua pars in metris —. quorum differentia — pedis est. erunt itaque cola particulae solutorum metrorum, ut * * [*Aen. 1, 1*] 'arma virumque cano' [*cf. At. Fort. p. 282, 29*]. — ergo versus — decurrit. περίοδος dicitur omne hexametri versus modum excedens, unde ea quae modum et mensuram habent metra dicta sunt. subsistit autem ex commatis colis et versibus. *cf. id. p. 64, 31. At. Fort. p. 282, 26. — Varro de l. L. 5, 22. Fest. p. 217ᵃ, 3. Varroni vindicavit Wilmanns p. 65, qui alteram quoque periodi definitionem ei adsignavit.*

2 quod] quae *Paris.* 5 ex *del. Wilm.* 7 divolsa 9 qui *Paris.* 10 id *secl. Caesar*, Grundzüge d. Griech. *Rhythm. p. 174* 11 complurum Pal. abdissim. codd. *dissim. Wilm.* 13 trieterici vel codd. triet. velut scripsi

trieteris. ita et *Usener ap. Wilm. verbis* id est compos. — absimilium *seclusis* trieteris, dicitur *Keil* uno *add. Wilm.* 14 eodem *post* omnes *Keil*

*288* [*69*]

versus est, ut Varroni placet, verborum iunctura, quae per articulos et commata ac rhythmos modulatur in pedes. incipit autem a dimetro et procedit usque ad hexametrum, in his dum taxat versibus qui per singulos pedes dirimuntur; in illis autem, qui per dipodiam, usque ad tetrametrum vel pentametrum, non numquam hexametrum procedit. quibus de divisione ac scansione suum cuique nomen est. quos latine taxatione simplicium ⟨pedum⟩ senarios trimetros, octonarios vero tetrametros vocaverunt. abusiva vero haec appellatio habebitur, cum sincera et propria significatione Graecorum versus herous hexameter epos dicatur. apud nos autem versus dictus est a versuris, id est a repetita scriptura ex ea parte in quam desinit. primis enim temporibus, sicut quidam adserunt, sic soliti erant scribere, ut cum a sinistra parte initium facere coepissent et duxissent ad dextram, sequentem versum a dextra parte inchoantes ad sinistram perducerent; quem morem ferunt custodire adhuc in suis liris rusticos. hoc autem genus scripturae dicebant bustrophedon a boum versatione, unde adhuc in arando ubi desinit sulcus et unde alter inchoatur versura proprio vocabulo nuncupatur. omnis autem versus ab integra parte orationis incipit et in integram desinit exceptis his, quae in comoediis iculariter dicta corrupta aut semiplena efferuntur, aut quae raro apud epicos metri necessitate dividuntur. — pari ratione in versu et apocope praecepta est, id est subtractio syllabae syllabarumve cuiuslibet orationis metro cogente facta, quae sive in verbo sive in nomine acciderit, pro integra parte orationis accipietur, ut [*Enn. ann. 563 V.*[2]] 'endo sua do' id est in sua domo. item [*Enn. ann. 317 V.*[2]] 'ac famul infimus esset' pro famulo. similiter [*Lucil. 378 Ma.*] '*proras* despoliate et detundete guberna' id est *ibernacula* —. versus autem distat a metro, quod in

versu statim auditur et metrum, in metro autem non statim versus.

*Mar. Vict. p. 55, 11* versus est — necessitate dividuntur, ut apud Vergilium [*g. 3, 381*] 'septem subiecta trione'. pari ratione — gubernacula; sicut diximus, metri necessitate. versus — statim versus. *cf. Diom. p. 494, 10. 506, 15. Prisc. III 514, 27. CGK VI 274, 11. fragm. Paris. CGK VI 631, 20. August. de ord. 2, 40, 1. de mus. 5, 3, 4. Isid. or. 1, 39, 2.*

7 procedunt suum *Wilm.*: sua 8 quodsi lat. — abusive, vel haec app. tenebitur *Usener ap. Wilm. seclusis verbis* versus her. — dicatur ⟨pedum appellaverunt, cum⟩ sen. *Keil* 10 abusive. vel h. app. (appellatione *Paris.*) *codd.* abusiva vero h. app. *scripsi* 11 hexam. epos] *cf. Diom. p. 501, 21* 18 liris *Valesius*: litteris 19 bustroph. *Valesius* bustrophen *Pal.* bostrophen *Paris.* 21 propria *Pal.* 24 qui *Paris.* 26 recepta est *coni. Keil* 27 ⟨partis⟩ or. *Wilm.* 32 detendite et spoliate: *em. Marx ex Nonio*

## *289* [*71*]

mensuram esse in fabulis, hoc est metron, Terentii et Plauti et ceterorum comicorum et tragicorum dicunt hi, Cicero Scaurus Firmianus Varro

*Rufin. p. 565, 1* mensuram — Varro Victorinus, Caesius Bassus, Terentianus, Caecilius Vindex, Cinna Sisenna Diomedes Albinus Quintilianus, Sosipater Charisius, Helenius Asper Fl. Caper Arruntius Probus Plinius Euanthius Sacerdos, qui et Donatus, Iuba. *cf. Ritschl, Parerg. p. 358.*

1 h. est m. *secl. Osann*

## *290* [*72*]

hoc [*trimetrum heroum*] Varro ab Archilocho auctum dicit adiuncta syllaba et factum tale: 'omnipotente parente meo'. huic si auferas ultimam syllabam, erunt tales tres pedes quos prior pars hexametri recipere consuevit.

*Diom. p. 515, 14* trimeter [dimeter *codd.*] herous ex superiore [*hexametro*]. iam de eo [iambico *codd.*: *em. Leo, Hermes 24. 1889 p. 29 adn. 2. cf. Diom. p. 512, 4. 514, 6*] diximus. sed hoc Varro — consuevit.

## *291* [*75*]

*octonarius est*, ut Varro dicit, cum duo iambi pedes

iambico metro praeponuntur et fit versus talis: 'pater meus dicens docendo qui docet dicit docens'.

*Diom. p. 515, 9* octonarius — docens.

2 propon. 3 dicens *em. ex* docens *codd.*

## *292* [*76*]

⟨ex⟩ iambico novum carmen refert Varro, cuius exemplum est tale: 'pedem rhythmumque finit'. si addas hic quae detracta sunt ex iambico, eundem iambicum supplebis sic: 'pedem rhythmumque finit alta navium'. potest hoc comma tale esse quale illud [*Ter. hec. 349*] 'Philumenae dolores', quod est ex iambico septenario.

*Diom. p. 518, 14* ⟨ex⟩ iambico — septenario.

1 ex *om. codd.* iambionicum *Lachmann* 5 phyl. *Paris. 7493 Monac.*

## *293* [*77*]

Archilochium Varro illud dicit quod est tale: 'ex litoribus properantes navibus recedunt'.

*Diom. p. 515, 19* Archilochium — recedunt.

## **294* [*deest*]

structurae qualitates variis vocabulis traduntur. statuendum quoque est quo quamque earum nomine appellemus. si paenultimus fuerit pyrrichius, optime succedit paeon primus, et erit structura quadrata; si paenultimus fuerit spondeus et successerit tribrachys vel pyrrichius, erit structura incisa; si paenultimus fuerit tribrachys vel pyrrichius et paeones successerint primus et novissimus, erit antiqua structura, quae dicitur confragosa, qua usus est Cato; si in paenultimo tribrachys fuerit vel dactylus vel pyrrichius et successerit vel tribrachys vel molossus vel pyrrichius vel anapaestus, erit structura quae vel delumbis vel fluxa vel mollis dicitur, qua usus dicitur Antonius maior.

*Diom. p. 471, 31* structurae — Antonius maior. cf. *id. p. 468, 1. Mar. Plot. Sac. p. 492, 27. Rufin.* p. 567, 30 sq. fragm. Bob.

*CGK VI 627. haec Varroni vindicavit Usener ibid. p. 642 et adn. 3.*

5 erit — pyrrichius *om. Paris. 7493*

*de origine et natura Varronianae metricae artis de eiusque cognatione cum rhythmis solutae orationis cf. Leo, Hermes 24 (1889) p. 280 sq. idem quid inter Caesium Bassum (p. 255 sq.) Censorinique fragmentum 'de metris' et Varronem intersit indagavit. Censorinus enim generatim, singillatim Bassus ex Varrone pendere videntur. cf. Caes. Bass. p. 265 sq. (At. Fort. p. 293, 24) et praesertim p. 266, 10 cum Diom. p. 515, 5 (ad fr. 39) et p. 271, 5 cum Varr. de l. L. 5, 6.*

## DE ORIGINE LINGUAE LATINAE

### *295* [*106*]

*οὐδὲ ἀγνοήσας ὁ Ῥωμύλος, ἢ οἱ κατ' αὐτόν, δείκνυται κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τὴν Ἑλλάδα φωνήν, τὴν Αἰολίδα λέγω, ὥς φασιν ὅ τε Κάτων ἐν τῷ περὶ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιότητος, Βάρρων τε ὁ πολυμαθέστατος ἐν προοιμίοις τῶν πρὸς Πομπήιον αὐτῷ γεγραμμένων, Εὐάνδρου καὶ τῶν ἄλλων Ἀρκάδων εἰς Ἰταλίαν ἐλθόντων ποτὲ καὶ τὴν Αἰολίδα τοῖς βαρβάροις ἐνσπειράντων φωνήν.*

*Lyd. de mag. p. R. 1, 5 ὥστε τύραννος ἦν ὁ Ῥωμύλος, πρῶτον μὲν τὸν ἀδελφὸν ἀνελὼν καὶ τὸν μείζονα καὶ πράττων ἀλόγως τὰ προσπίπτοντα. ταύτῃ καὶ Κυρῖνος προσηγορεύθη οἱονεὶ κύριος, κἂν εἰ Διογενιανῷ τῷ λεξικογράφῳ [λεξογρ. cod.] ἄλλως δοκῇ· οὐδὲ γὰρ ἀγνοήσας — φωνήν. ἡ γὰρ γραμματικοῖς παρὰ ταύτην εἰσαγομένη ἐτυμολογία, μετὰ συγγνώμης, βεβίασται· ἀπὸ Κύρεως γὰρ πολίχνης Σαβίνων οὕτως αὐτὸν παρονομασθῆναι βούλονται, καίπερ οὐχ ὁρμώμενον ἐκεῖθεν, ἐπὶ δὲ τοῦ Παλατίνου βουνοῦ τεχθέντα τε παρὰ ταῖς ὄχθαις τοῦ Τιβέριδος καὶ τραφέντα ἐκεῖ. κυρίους γὰρ ἑαυτοὺς καὶ δεσπότας, ἀλλ' οὐ βασιλέας τύραννοι φιλοῦσι καλεῖσθαι. cf. Plut. quaest. gr. 59. Victor. p. 194, 11. recte fortasse haec Wilmanns praeeunte Ritschelio libris De orig. l. L. vindicavit, quippe qui ad Pompeium missi fuerint. cf. Wilmanns ibid. p. 128 sq.*

2 *ἐκείνου Caseol. m. 1. em. id. m. 2* 6 *ἀλκάδων Caseol.: em. Fussius*

### *296* [*108*]

*τὴν ὅλην κατασκευὴν* τοῦ περιζώματος οἱ Γάλλοι καρτα-

μέραν, ἣν τὸ πλῆθος καρτάλαμον ἐξ ἰδιωτείας ὀνομάζει. ὅτι δὲ οὐ Ῥωμαικὸν τουτὶ τὸ ῥημάτιον, μάρτυς ὁ Ῥωμαῖος Βάρρων ἐν βιβλίῳ † πέμπτῳ περὶ Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου, ἐν ᾧ διαρθροῦται, ποία μέν τις λέξις ἐστὶν Αἰολική, ποία δὲ Γαλλική· καὶ ὅτι ἑτέρα μὲν [ἡ] Θούσκων, ἄλλη δὲ Ἐτρούσκων, ὧν συγχυθεισῶν ἡ νῦν κρατοῦσα τῶν Ῥωμαίων ἀπετελέσθη φωνή.

*Lyd. de mag. p. R. 2, 13* φίβουλαν αὐτὴν πατρίως οἱ Ῥωμαῖοι καὶ βάλτεον τὸν ζωστῆρα λέγουσι, τὴν δὲ ὅλην — φωνή. *Varronem docuisse Latinam linguam e Gallica Etrusca Aeolica ortam esse iniuria Wilmanns (p. 129 sq.) miratus est. cf. Norden, de Stilone Coscon. Varr. grammat. comment. in ind. schol. Gryphisw. 1895 p. VIII sq.; praeterea Riese, Philol. 27 (1868) p. 302. neque ita fidenter, ut Wilmanns, hoc fragmentum operi De orig. l. L. in diversa libri inscriptione diversoque numero adsignaverim. ego quidem si considero libros II—IV De l. L. libello De orig. l. L. rebus respondere, in quinto autem libro De l. L., qui in Varroniana partitione secundo respondet, aliquid simile atque hic apud Lydum reperiri (cf. 5, 25. 55. 100. 102. 116. 161. 167), pro V legendum esse II cogitaverim; nam quintus reiciendus est, ubi neque vox* καρταμέρα *neque illa generalia de origine Romanae linguae sunt. ceteroqui librine De l. L. an De serm. Lat. a Lydo significentur plane non liquet.*

1 ῥιζώματος *Caseol.: em. Fussius* 5 διαρθοῦται *Caseol.: em. idem* 7 μὲν ἡ Θ. *Caseol.* ἡ *del. Wuensch*

## II. RERUM AD HISTORIAM LITTERARUM PERTINENTIUM

### DE SCRIBENDI INSTRUMENTIS

*297*

et hanc [*chartam*] Alexandri Magni victoria repertam auctor est M. Varro condita in Aegypto Alexandria. antea non fuisse chartarum usum. in palmarum foliis primo scriptitatum, dein quarundam arborum libris. postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox et privata linteis confici coepta aut ceris. pugillarium enim usum fuisse etiam ante Troiana tempora invenimus apud Homerum [*Z 168*], illo vero prodente ne terram quidem ipsam, *quae nunc* Aegyptus intellegitur, cum in Sebennu*tico et Saite* eius nomo omnis charta nascatur, postea

adaggeratam Nilo, si quidem a Pharo insula, quae nunc Alexandriae ponte iungitur, noctis dieique velifico navigi cursu terram afuisse prodidit. mox aemulatione circa bibliothecas regum Ptolemaei et Eumenis supprimente chartas Ptolemaeo idem Varro membranas Pergami tradit repertas. postea promiscue repatuit usus rei qua constat inmortalitas hominum.

*Plin. n. h. 13, 68* prius tamen quam digrediamur ab Aegypto, et papyri natura dicetur, cum chartae usu maxime humanitas vitae constet, certe memoria. et hanc — hominum. *cf. Lyd. de mens. p. 14, 11 W. Hieron. ep. ad Chromat. VII. Suet. rell. p. 130 R.* (= *Isid. or. 6, 9. 10. 11. 12*) cerarum studium primi Graeci tradidisse produntur. Graeci autem et Tusci primum ferro in ceris scripserunt, postea Romani iusserunt, ne graphium ferreum quis haberet; unde et apud scribas dicebatur: 'ceram ferro ne caedito'. postea institutum est, ut in cera ossibus scriberent, sicut indicat Atta in satura dicens [*SRP II v. 12 Ribb.*[3]]: 'vertamus vomerem, / in cera mucrone aeque [mucroneque *codd.: em. Ribb.* mucrone exaremus *prop. Buecheler*] aremus osseo'. graphium autem graece, latine scriptorium dicitur. nam γραφή scriptura est. — chartarum usum primum Aegyptus ministravit, coeptum apud Memphiticam urbem. — Pergameni reges cum charta indigerent membrana primum excogitaverunt. — quaedam genera librorum certis modulis conficiebantur; breviori forma carmina atque epistulae, at vero historiae maiori modulo scribebantur; et non solum in charta et membranis, sed etiam in omentis [momentis *Gu. 1*] elephantinis textilibusque malvarum foliis atque palmarum. — circumcidi libros Siciliae primum increbuit; nam initio pumicabantur. — codex multorum librorum est, liber unius voluminis. et dictus codex per translationem a caudicibus [codic. *codd.: em. Arev.*] arborum seu vitium [quasi caudex], quod in se multitudinem librorum quasi ramorum contineat. volumen liber est a volvendo dictus. liber est interior tunica corticis, quae ligno cohaeret. — unde et liber dicitur, in quo scribimus; quia ante usum chartae vel membranorum [-arum *Monac. Gu. 1*] de libris arborum volumina fiebant id est compaginabantur. unde et scriptores a libris arborum librarios vocaverunt. librarios ante bibliopolas dictos; librum enim Graeci βιβλίον vocant. librarii autem idem [id est *Monac. vg.: em. Reiff.*] et antiquarii vocantur. sed librarii sunt qui nova scribunt et vetera, antiquarii qui tantum modo vetera, unde et nomen sumpserunt. a scribendo autem scriba nomen accepit officium exprimens vocabuli qualitate. instrumenta sunt scribendi calamus et penna; ex

**his enim verba paginis infiguntur, sed calamus arboris est, penna avis. dictus autem calamus quod liquorem ponat; nam apud nautas calare [*i. e.* chalare] ponere dicitur. penna autem a pendendo vocata id est volando; est enim, ut diximus, avium. folia autem librorum appellata sive ex similitudine foliorum arborum, sive quia ex follibus fiunt, id est ex pellibus quae de occisis pecudibus detrahi solent. cuius partes paginae dicuntur, eo quod sibi invicem compaginantur. versus autem vocati vulgo, quia sic scribebant antiqui, sicut aratur terra; a sinistra enim ad dexteram primum deducebant stilum, deinde convertebantur ab inferiore et rursus ad dexteram versus; quos et hodie rustici versus appellant. scheda est, quod adhuc emendatur et necdum in libros redactum est; et nomen est Graecum, sicut et tomus.** *Cassiod. exc. p. 213, 11* **liber autem dictus est a libro id est arboris cortice dempto atque liberato, ubi ante copiam chartarum antiqui carmina describebant.** *sequitur fr. 233. cf. Non. p. 451, 19. Serv. Aen. 11, 554. buc. 10, 67. CGL V 217, 25. 369, 1. verba* versus autem — appellant *Varronis esse ex fr. 288 patet. de 'pagina' cf. Paul. Fest. p. 221, 7. de tota re Dziatzko, Unters. antik. Buchw. (Lpz. 1900) p. 58 sq. haec omnia haud iniuria Varroni tribueris, libris, ut videtur, de bibliothecis.*

1 Al. M.] alexandrea nisi *M = cod. Monei* 9 *lacunam post.* Aeg. *sign. Mayhoff, qui* qua n. Ae. papirum gignit. intell. *coniecit* Sebennytico *Barbarus* 10 saite *Ricc.* saitae *M* saltem *vg.* 15 tradidit *Vatic. Paris. Lat. 6795. 6797 vg.*

*historia etiam bibliothecarum, quae a Suetonio (rell. p. 130 R.) et Gellio (7, 17) consimilis nobis tradita est, a Varrone repetenda esse videtur. cf. Ruske, de A. Gell. noct. Att. font. p. 31.*

## DE POETIS

### *298*

Menander a Philemone nequaquam pari scriptore in certaminibus comoediarum ambitu gratiaque et factionibus saepe numero vincebatur. eum cum forte habuisset obviam: 'quaeso' inquit 'Philemo, bona venia dic mihi, cum me vincis, non erubescis?' Euripidem quoque M. Varro ait, cum quinque et septuaginta tragoedias scripserit, in quinque solis vicisse, cum eum saepe vincerent aliquot *poetae ignavissimi.* Menandrum autem alii centum octo, *partim centum* novem reliquisse comoedias ferunt. sed

Apollodori scriptoris celebratissimi hos de Menandro versus legimus in libro, qui chronica inscriptus est [*fr. 77 p. 358 Ja.*]: ʽΚηφισιεὺς ὢν ἐκ Διοπείθους ⟨τοῦ⟩ πατρός / πρὸς τοῖσιν ἑκατὸν πέντε γράψας δράματα / ἐξέλιπε πεντήκοντα καὶ δυεῖν ἐτῶν'. ex istis tamen centum et quinque omnibus solis eum octo vicisse idem Apollodorus eodem in libro scribit.

*Gell. 17, 4* Menander — scribit. *cf. Quint. 10, 1, 72. Apul. flor. 16. Suid. s. v. Εὐριπ. Aelian. v. h. 2, 8. haec ex Imaginibus ducta esse putant (cf. Mercklin, Rh. Mus. 13, 465. Ruske ibid. 6. 27), falso certe ex libris De poetis idem Mercklin antea statuerat (Fleck. Jahrbb. suppl. 3. 1860 p. 652). ceteroqui cf. Ritschl op. 3, 453 et adn. Leo, Griech-Röm. Biographie p. 27 adn. 1. non minus in capite 15, 20 de Euripidis poetae genere vita moribus Varronem Gellii auctorem fuisse Ruske (ibid. p. 28) coniectat. cf. Wilamowitz, Eurip. Heraclid.*[1] *1, 12 adn. 18. Leo ibid. 26.*

1 paruo (o *ex* i) *Paris.* 12 ΚΙΦΙϹΙΕΥϹ *Magliab. Regin. 597 et 1646* ΙΩΝ ἔκτε *Casaubonus* ΔΙΟΠΙΘΟΥϹ(-ΟΙϹ *Reg. 1646*) *codd. Διοπείθεος Heyne* ⟨τοῦ⟩ *add. Meineke* 13 ΤΟΥϹΚΑΤΟΝ *Voss. Lat. F 7* ΤΟΙϹΕΚ. *rell.*: *em. Casaubonus* ΓΡΑΙΑϹ *Reg. 1646* ΑΡΑΜΑΤ' (-ΑΤ *Voss. Lat. F 7*) 14 ΔΙΕΙΝ *Reg. 1646* 16 scribit *Paris.* scripsit *rell.*

*299*

his consulibus [*Cethego et Tuditano a. 204/550*], ut in veteribus commentariis scriptum est, Naevius est mortuus; quamquam Varro noster diligentissimus investigator antiquitatis putat in hoc erratum vitamque Naevii producit longius.

*Cic. Brut. 60* his enim consulibus — longius. *Hieron. ol. 144, 3 = Suet. rell. p. 23 R.* Naevius comicus Uticae moritur [*a. 201/553*] pulsus Roma factione nobilium ac praecipue Metelli. *de re cf. Ritschl, Parerg. p. 50. Leo, Pl. F. p. 59 sq. Cicero ex Attico sumpsisse videtur, hic vero ex Varronis annalibus. cf. ad fr. 58. Leo ibid. p. 57 sq.*

** 300*

Q. Ennius T. Caecilium Teucrum fratremque eius praecipue miratus propter eos sextum decimum adiecit annalem.

*Plin. n. h. 7, 101* Q. Ennius — annalem. haec Varroni tribuit

*Münzer (Quellenkr. d. Ng. d. Plin. p. 147; cf. fr. 61), pariter atque ea quae narrat Plinius n. h. 7, 114 de statua Ennii in sepulchro Scipionum constituta. cf. Cic. pro Arch. 22. Val. Max. 8, 14, 1—3.*

1 Q. *Ricc.* qua *Leid.* quam *Paris. Lat. 6797*

*301*

Publius Terentius Afer Carthagine natus servivit Romae Terentio Lucano senatori, a quo ob ingenium et formam non institutus modo liberaliter, sed et mature manu missus est. quidam captum esse existimant. — hic cum multis nobilibus familiariter vixit, sed maxime cum Scipione Africano et C. Laelio, quibus etiam corporis gratia conciliatus existimatur —, quamvis — Porcius suspicionem de consuetudine per haec faciat [*fr. 4*]: 'dum lasciviam nobilium et laudes fucosas petit, / dum Africani vocem divinam inhiat avidis auribus, / dum ad Philum se cenitare et Laelium pulchrum putat, / dum se ab his amari credit, crebro in Albanum rapi / ‒ ◡ ‒ ◡ ‒ ◡ ‒ ◡ ob florem aetatis suae, / post sublatis rebus ad summam inopiam redactus est. / itaque ex conspectu omnium abiit Graeciae in terram ultimam. / mortuust Stymphali, Arcadiae ⟨in⟩ oppido. nil P⟨ublio⟩ / Scipio profuit, nihil illi Laelius, nil Furius, / tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime: / eorum ille opera ne domum quidem habuit conducticiam, / saltem ut esset quo referret obitum domini servulus'. scripsit comoedias sex, ex quibus primam Andriam cum aedilibus daret, iussus ante Caecilio recitare, ad cenantem cum venisset, dicitur initium quidem fabulae, quod erat contemptiore vestitu, subsellio iuxta lectulum residens legisse, post paucos vero versus invitatus ut accumberet cenasse una, dein cetera percucurrisse non sine magna Caecilii admiratione. et hanc autem et quinque reliquas aequaliter populo probavit; quamvis Volcacius in enumeratione omnium ita scribat [*fr. 2*]: 'sumetur Hecyra sexta exilis fabula'. Eunuchus quidem bis die acta est meruitque pretium, quantum nulla antea cuiusquam comoedia, *id est octo milia* nummorum. — nam Adelphorum

principium Varro etiam praefert principio Menandri. non obscura fama est adiutum Terentium in scriptis a Laelio et Scipione; eamque ipse auxit numquam nisi leviter se tutari conatus, ut in prologo Adelphorum [*15sq.*]: 'nam quod isti dicunt malevoli, homines nobiles / hunc adiutare assidueque una scribere; / quod illi maledictum vehemens esse existumant, / eam laudem hic ducit maxumam, quom illis placet, / qui vobis universis et populo placent, / quorum opera in bello in otio in negotio / suo quisque tempore usust sine superbia'. videtur autem levius ⟨se⟩ defendisse, quia sciebat et Laelio et Scipioni non ingratam esse hanc opinionem, quae tum eo magis et usque ad posteriora tempora valuit. C. Memmius in oratione pro se 'P. Africanus' inquit 'a Terentio personam mutuatus, quae domi luserat ipse, nomine illius in scaenam detulit'. — post editas comoedias nondum quintum atque vicesimum egressus annum, animi causa et vitandae opinionis qua videbatur aliena pro suis edere, seu percipiendi Graecorum instituta moresque quos non perinde exprimeret in scriptis, egressus ⟨urbe⟩ est neque amplius rediit. de morte eius Volcacius sic tradit [*fr. 3*]: 'sed ut Afer populo sex dedit comoedias, / iter hinc in Asiam fecit: ut navem semel / conscendit, visus numquam est: sic vita vacat'. Q. Cosconius [*fr. 3*] redeuntem e Graecia perisse in mari dicit cum [C et VIII] fabulis conversis a Menandro, ceteri mortuum esse in Arcadia [Stymphali] sive Leucadiae tradunt Cn. Cornelio Dolabella M. Fulvio Nobiliore consulibus, morbo implicatum ex dolore ac taedio amissarum sarcinarum quas in nave praemiserat ac simul fabularum quas novas fecerat. fuisse dicitur mediocri statura, gracili corpore, colore fusco. reliquit filiam, quae post equiti Romano nupsit; item hortulos XX iugerum via Appia ad Martis [villam]. quo magis miror Porcium scribere: 'Scipio nil profuit, nil Laelius, nil Furius, / tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime: / eorum ille opera ne domum quidem habuit conducticiam, / saltem ut esset quo *referret obitum domini* servulus'. hunc Afranius quidem

omnibus comicis praefert scribens in Compitalibus [*supra fr. 3*]: 'Terenti num similem dicetis quempiam?' Volcacius autem [*fr. 1$^{a}$*] non solum Naevio et Plauto et Caecilio, sed Licinio quoque et Atilio postponit.

*Suet. vit. Ter. p. 26 R.* Publius Terentius — existimant; quod fieri nullo modo potuisse Fenestella docet [*HRF 9 P.*], cum inter finem secundi Punici belli et initium tertii natus sit et mortuus [natus est et *codd.*]; nec si a Numidis et Gaetulis captus sit, ad ducem [dominum *I Gronov.*] Romanum pervenire potuisse nullo commercio inter Italicos et Afros nisi post deletam Carthaginem coepto. hic cum multis — existimatur; quod et ipsum Fenestella arguit, contendens utroque maiorem natu fuisse, quamvis et Nepos [*fr. 10*] aequales omnes fuisse tradat et Porcius — nummorum. propterea summa quoque titulo ascribitur. nam — detulit Nepos [*cf. fr. 11*] —. Santra [*fr. 13*] —. post editas — Atilio postponit. *qui Ciceronis et Caesaris versus secuntur, eos a Varrone alienos existimavi. de Varrone Suetonii auctore cf. Ritschl, Parerg. p. 244. 622 sq. op. 3, 256. Leo, Rh. Mus. 38 (1883) p. 320. Körtge, diss. Hal. 14 (1901) p. 257. de collocatione fr. Ritschl op. ibid. ceteroqui cf. Don. Ter. adelph. prol. 15. Leo, Pl. F. p. 55 sq. Wessner, Donat. comm. app. p. 498 sq.*

1 servit *A = Paris. Lat. 7920* 4 quidem *A* 6 C.] cum *T = Vatic. Lat. 2905, F = Florent. Maruc. C 224, V = Vatic. Regin. Lat. 1496* 7 portius *AF* p$^{r}$otius *T* 8 *adn. crit. vd. ad Porc. Lic. l c.* 21 Caec. *Hieron.* caerio *A* cerio *TFV* recitare — contempti *om. A* 22 dicitur *Mommsen* dictus [-ctum *TF*] est *TFV* initio *TFV* 23 ⟨in⟩ subs. *Ritschl* 25 deinde *TFV* percurrisse *FV* 26 caerii *A* cerii *rell.* 27 volcatius (vulc.) denumeratione (de enum- *TV*) *ATV* de enunctiatione *F* ⟨in⟩ dinum. *Schopen; cf. Leo, Rh. Mus. 38, 321* 28 sumeretur *T* sumeret *F* hęc ira *A* hechirra *TF* 29 exilis *Bergk*: ex his die] deinceps *Ritschl* 30 cuiusque *ATF* 31 id est *del. Ritschl lac. sign. Wolf, ubi intercidisse videntur quaedam de ceteris fabulis* 34 eamque *Schopen* namque *A* eandemque *TFV* se tutare *TF* se $^{tu}$ditari *V* refutare *A* 35 conatur *TV* 36 ipsi *ATF* maliv. *TFV* hunc] eum *Ter. et Don. adelph. prol. 16* 38 quom] quod 39 quid *A* 40 usus est tempore *V* usus est *ATF* 41 se *add. Ritschl* se levius *in ras. V$^{2}$* laelius autem *A* lelius *TF* 42 ex laeliio ex scipionis *A* et lelii et scipionis *TFV: em. Fleckeisen* 43 tum eo *scripsi* tamen *codd.* tum *Ritschl* 44 *C. A Q. rell.* 45 se *A* se ait rell. inquit a Schopen qui a *V (ex quia em.) F* quia *AT* 46 quae Aemulus erat A

cenam *AT* coenam *F* scoenam *V* 47 ⟨sex⟩ comoed. *Baehrens* trigesimus *F* XXX *V* 48 ingressus *Ritschl* animi *om.* *TFV* ⁊ (= *et*) vitandę *A* evitandae *V* -de *TF* 49 qua *Hareus* qui *A* quia *rell.* percipiendi *codd. dett.* -da *ATF* ad percipienda *V* 50 non *om.* *TFV* 51 urbe *add.* *Muretus* 53 comedias ded̄. *A* itē *A* navem (-vim *TFV*) ut (cum *V*): *transp.* *Buecheler* ⟨in⟩ n. ut *Schoell* 54 nusquam *V* 55 periisse *TFV* 56 dicitur *F* *om.* *A* c et VIII *AV* *del.* *Ritschl* 57 Stymphali *del.* *Ritschl* sive] sinu *TV* 59 implicitam *A* ex *Ritschl* ac ex *A* acri *rell.* aut ex *Schoell* 60 navem *A* navim *TV* navi *F* 62 post *om.* *TFV* 64 villam *secl.* *Schopen* portium *ATF* 65 nil *1 et 2*] nichil *A* nihil *TF* ledius *A* nil *om.* *ATF* 68 referet *A* 69 praeferri *TFV* 70 terentii *A* -tio *TV* *om.* *F* num — dicetis *Buecheler* non (*A et in marg.* $V^2$ *om.* *TF*) — dicens *codd.* n. — dicent *Ribbeck* vulcanus *A* 71 nevio *codd.* ex plauto ex *A* celio *AT* 72 livio *TFV*

**302*

proxime celebrata est in foro boario aede Herculis Pacui poetae pictura. Enni sorore genitus hic fuit clarioremque artem eam Romae fecit gloria scaenae.

*Plin. n. h. 35, 19* proxime — scaenae. *Varroni vindicavit Münzer ibid. p. 148.*

DE POEMATIS

*303*

apud Romanos id carmen, quod cum lamentatione extremum atque ultimum mortuo accinitur, nenia dicitur, παρὰ τὸ νείατον id est ἔσχατον (unde et in chordis extremus nervus appellatus est νήτη); nam et elegia extrema mortuo accinebatur sicuti nenia, ideoque ab eadem elogium videtur tractum cognominari, quod mortuis vel morituris ascribitur novissimum.

*Diom. p. 484, 17* elegia est carmen conpositum hexametro versu pentametroque alternis ⟨in⟩ vicem positis. — elegia autem dicta sive παρὰ τὸ εὖ λέγειν τοὺς τεθνεῶτας (fere enim defunctorum laudes hoc carmine conprehendebantur) sive ἀπὸ τοῦ ἐλέου id est miseratione, quod θρήνους Graeci ⟨vel⟩ ἐλεεῖα isto *metro scriptitaverunt.* — apud Romanos autem id carmen — novissimum. *Paul. Fest. p. 163, 2* nenia est carmen quod in funere

laudandi gratia cantatur ad tibiam [ad tibias et fides *Varro de vit. p. R. ap. Non. p. 145, 28*]. — quidam aiunt neniae ductum nomen ab extremi intestini vocabulo; Graeci enim **νέατον** extremum dicunt; sive quod chordarum ultima *νήτη* dicitur, extremam cantionis vocem neniam appellarunt. *Varronem auctorem agnovit A Augustinus* (*cf. O Mueller ad hunc loc.*). *ceteroquin cf. Proclus chrestom. 6. Schol. Dion. Thr. p. 750, 10. 17 sq. de Diomedis auctore auctoribusve in tota 'de poematibus' disputatione alii alia sententia disputaverunt* (*cf. praesertim Usener ibid. p. 614—22; Kaibel, Proleg. περὶ κωμῳδίας Gött. Abh. N. F. II 4. 1898. p. 19. 28 sq. 49—52. 54. 64 sq.*); *mihique optimum visum est inter fragmenta ea sola recipere, de quibus certum indicium habemus. de 'satura' cf. ad fr. 52.*

5 ob    eodem *Paris. 7493*    elegia: *em. Rabbow*

## *304*

tragoedia, ut quidam, a *τράγῳ* et *ᾠδῇ* dicta est, quoniam olim actoribus tragicis *τράγος* id est hircus praemium cantus proponebatur, qui Liberalibus die festo Libero patri ob hoc ipsum immolabatur, quia, ut Varro ait, depascunt vitem.

*Diom. p. 487, 11* tragoedia est heroicae fortunae in adversis conprehensio. a Theophrasto ita definita est: '*τραγῳδία ἐστὶν ἡρωϊκῆς τύχης περίστασις*'. tragoedia — vitem; et Horatius in arte poetica [*220*] — et Vergilius in georgicon secundo [*380*] —. alii autem putant a faece, quam Graecorum quidam *τρύγα* appellant, tragoediam nominatam, per mutationem litterarum *υ* in *α* versa, quoniam olim nondum personis a Thespide repertis tales fabulas peruncti ora faecibus agitabant, ut rursum est Horatius testis sic [*AP 275—77*]. — alii ⟨a⟩ vino arbitrantur, propterea ⟨quod⟩ olim *τρύξ* dictitabatur, a quo *τρύγητος* hodieque vindemia est, quia Liberalibus apud Atticos die festo Liberi patris vinum cantoribus pro corollario dabatur, cuius rei testis est Lucilius in duodecimo [*437 Ma.*]. *cf. Varro r. r. 1, 2, 19. Prob. Verg. georg. 2, 380—84. Tzetzes περὶ διαφ. ποιητ. 119 sq. Glossa etymol. magni p. 764, 1. Euanth. de fab. 1, 2. Donat. de comoed. 5, 7 Kaib. Isid. or. 8, 7, 5. fortasse omnes enodationes a Varrone repetendae sunt.*

2 auctoribus    4 ipsud

## *305*

*comoedia* dicta ἀπὸ τῶν κωμῶν, κῶμαι enim appellan*tur pagi id est* conventicula rusticorum; itaque iuventus

Attica, ut ait Varro, circum vicos ire solita fuerat et quaestus sui causa hoc genus carminis pronuntiabat; aut certe a ludis vicinalibus; nam postea quam ex agris Athenas commigratum est et hi ludi instituti sunt, sicut Romae conpitalicii, ad canendum prodibant et ab urbana *κώμῃ καὶ ᾠδῇ* comoedia dicta est;. vel quod in ea viculorum id est humilium domuum fortunae conprehendebantur, non ut in tragoedia publicarum regiarumque; vel *ἀπὸ τοῦ κώμου* id est comisatione, quia olim in eius modi fabulis amantium iuvenum *κῶμοι* canebantur.

*Diom. p. 488, 3* comoedia est privatae civilisque fortunae sine periculo [vitae] conprehensio, apud Graecos ita definita: '*κωμῳδία ἐστὶν ἰδιωτικῶν πραγμάτων ἀκίνδυνος περιοχή*'. comoedia — canebantur. comoedia a tragoedia differt, quod in tragoedia introducuntur heroes duces reges, in comoedia humiles atque privatae ⟨personae⟩, in illa luctus exilia caedes, in hac amores, virginum raptus; deinde quod in illa frequenter et paene semper laetis rebus exitus tristes et liberorum fortunarumque priorum in peius * * adgnitio [tristes fortunarumque priorum in peius ⟨commutatio succedunt, in hac tristibus rebus exitus laeti velut nuptiae⟩ et liberorum adgnitio *Kaibel CGF p. 58*]. quare varia [variat *vel* vareat *codd.*] definitione discretae sunt; altera enim *ἀκίνδυνος περιοχή*, altera *τύχης περίστασις* dicta est [dictae sunt *codd.*]. tristitia namque tragoediae proprium; ideoque [ideo quod *codd.*] Euripides petente Archelao rege, ut de se tragoediam scriberet, abnuit ac precatus est ne accideret Archelao aliquid tragoediae [tragoedice *Usener ibid. p. 621 adn. 1*], ostendens nihil aliud esse tragoediam quam miseriarum conprehensionem. poetae primi comici fuerunt Susarion Mullus et Magnes. hi veteris disciplinae iocularia [-atria *AB*] quaedam minus scite ac venuste pronuntiabant, in quibus hi versus fuerunt: '*Σουσαρίων ταυτὶ λέγει· / κακὸν γυναῖκες· ἀλλ' ὅμως, ὦ δημόται, / οὐκ ἔστιν εὑρεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ*'. secunda aetate fuerunt Aristophanes Eupolis et Cratinus [oratius *codd.: em. vg.*], qui et principum vitia sectati acerbissimas comoedias conposuerunt. tertia aetas fuit Menandri Diphili et Philemonis, qui omnem acerbitatem comoediae mitigaverunt atque argumenta multiplicia gratis [graecis *codd.*] erroribus secuti sunt. ab his Romani fabulas transtulerunt, et constat apud illos primum Latino sermone comoediam Livium Andronicum scripsisse. sunt qui velint Epicharmum in Co *insula* exulantem primum hoc carmen frequentasse et sic a Coo comoediam dici. antea itaque galearibus

[-ler - *codd.*], non personis utebantur, ut qualitas coloris indicium faceret aetatis, cum essent aut albi aut nigri aut rufi. personis vero uti primis coepit Roscius Gallus, praecipuus histrio, quod oculis perversis [eversis *codd.: em. Keil coll. Cic. de nat. d. 1, 79*] erat nec satis decorus sine [in *codd.*] personis nisi parasitus pronuntiabat. *aliter Donat. de comoed. 6, 3 Kaibel* personati primi egisse dicuntur comoediam Cincius [et] Faliscus, tragoediam Minucius [et] Prothymus. *cf. Ribbeck, Röm. trag. p. 670. v.* 10 *Varro de l. L. 7, 89* comiter hilare ac lubenter, cuius origo Graeca κῶμος, inde comisatio latine dicta et in Graecia, ut quidam scribunt, κωμῳδία. *cf. Arist. poet. 3. Kaibel CGF p. 6 sq. 11. 12. 62. 67. 72. Isid. or. 8, 7, 6. haec omnia Varronis esse satis verisimile est, praesertim cum rara vox 'galearia' ab eo in libro De actionibus scaen. usurpata (fr. 82) hic rursus deprehendatur.*

1 comae *B = Paris. 7493, M(onac.)* comoe *A = Paris. 7492* 3 fuerit *AM* 6 ladi *AM* 7 compitalici (conp. *A*) comice (-cae *M*) odae 8 vela enea *AM* 11 comisationem (-esa - *B*) *AB* commirationem *M* qui *AM* 12 comae *B*

*306*

togatae fabulae dicuntur quae scriptae sunt secundum ritus et habitum hominum togatorum id est Romanorum (toga namque Romana est), sicut Graecas fabulas ab habitu aeque palliatas Varro ait nominari.

*Diom. p. 489, 14* initio togatae comoediae dicebantur, quod omnia in publico honore confusa cernebantur; quae togatae postea in praetextatas et tabernarias dividebantur. togatae — nominari. togatas autem, cum sit generale nomen, specialiter tamen pro tabernariis non modo communis error usurpat, qui Afrani [quia fauni *codd.*] togatas appellat, sed et poetae, ut Horatius qui ait [*AP 288*]: 'vel qui praetextas vel qui docuere togatas'. togatarum fabularum species tot fere sunt quot et palliatarum. nam prima species est togatarum quae praetextatae dicuntur, in quibus imperatorum negotia agebantur et publica et reges Romani vel duces inducuntur, personarum dignitate et [personarum] sublimitate tragoediis similes. praetextatae autem dicuntur, quia fere regum vel magistratuum, qui praetexta utuntur, in eius modi fabulis acta conprehenduntur. secunda species ⟨est⟩ togatarum quae tabernariae dicuntur et humilitate personarum et argumentorum similitudine comoediis pares, in quibus non magistratus regesve sed humiles homines et privatae domus inducuntur, quae quidem [quaedam *codd.*] *olim, quod tabulis* tegerentur, communiter tabernae [-nariae *codd.*] *vocabantur.* tertia species est fabularum Latinarum,

quae a civitate Oscorum Atella, in qua primum coeptae, appellatae sunt Atellanae, argumentis dictisque iocularibus similes satyricis fabulis Graecis. quarta species est planipedis, qui graece dicitur mimus. ideo autem latine planipes dictus, quod actores pedibus planis id est nudis proscenium introirent, non ut tragici actores cum coturnis neque ut comici cum soccis; sive quod olim non in suggestu scaenae sed in plano orchestrae positis instrumentis mimicis actitabant. cuius planipedis Atta togatarum scriptor ita in Aedilicia fabula meminit [*v. 1 Ribb.*[3]]: 'daturin estis aurum? exultat planipes'. — togata praetextata a tragoedia differt, quod in tragoedia heroes inducuntur, ut Pacuvius tragoedias nominibus heroicis scripsit, Orestem Chrysen et his similia, item Accius, in praetextata autem ⟨duces Romani, ut in ea⟩ quae inscribitur Brutus vel Decius, item Marcellus. togata tabernaria a comoedia differt, quod in comoedia Graeci ritus inducuntur personaeque Graecae, Laches Sostrata, in illa vero Latinae. togatas tabernarias in scaenam dataverunt praecipue duo, L. Afranius et C. Quintius [g. quintius *AM* quintilis *B*]; nam Terentius et Caecilius comoedias scripserunt. Latina Atellana a Graeca satyrica differt, quod in satyrica fere satyrorum personae inducuntur aut si quae sunt ridiculae similes satyris, Autolycus Busiris in Atellana Oscae personae, ut Maccus. *cf. Fest. p. 352$^a$, 8. Paul. Fest. p. 223, 6. Euanth. de fab. Donat. de comoed. I p. 13—31 We. Don. Ter. adelph. praef. 7. Comm. Cruq. in Hor. AP 288. Lyd. de mag. p. R. 1, 40. alia de comoedia Diomedes tradidit (p. 491, 20) Suetonio auctore usus, quae una cum superioribus ad Varronis auctoritatem revocari possint; sed certa indicia desiderantur.*

## DE QUAESTIONIBUS SCAENICIS

### *307*

docet Varro neque in hac fabula [*Hecyra*] neque in aliis esse mirandum, quod actus impares scaenarum paginarumque sint numero, cum haec distributio in rerum discriptione, non in numero versuum constituta sit, non apud Latinos modo, verum etiam apud Graecos ipsos.

*Don. Ter. hec. praef. 3, 6* docet autem Varro — ipsos. *cf. Don. andr. praef. 2, 3. 3, 6; eun. 1, 5$^b$; adelph. 1, 4$^b$. Scheidemantel, quaest. Euanth. p. 32 adn. 1. Leo, Pl. F. p. 209 sq. haec rectius ad libros De actionibus scaen., quam De actis scaen. referas. a Varrone item praefationes Donatiani* commentarii *ad Terentium derivatae videntur;* cf. Leo, Rh. Mus. 38 (1883) *p. 327. Hermes 24 (1889) p. 71.*

2 imparii tenarumque poganarumque fuit numero cum cum hec *Oxon.* 4 descriptione *Vatic. Regin. Lat. 1496* (*Dresd.*) -nẽ *Oxon.* sint *Oxon.*

*quid inter Varronem et Terentianas διδασκαλίας intersit vd. apud Dziatzko, Rh. Mus. 20 (1865) p. 570 sq. 21 (1866) p. 64 sq. cf. Karsten, Mnemos. 22 (1894) p. 176. supra De actis scaen. p. 219.*

### *308*

Antias [*55 P.*] et Varro et Livius relatos esse [*quartos ludos saeculares*] prodiderunt L. Marcio Censorino M.' Manilio coss. post Romam conditam anno DCV.

*Censor. d. n. 17, 11* Antias enim et Varro — DCV. *ista cum fr. 70 De scaen. orig. artissime cohaerent. cf. Cichorius, Comment. Ribb. (Lipsiae 1888) p. 421. praeterea cf. ap. Peter HRF L. Piso fr. 39. Cn. Gell. 28. Cass. Hem. 39.*

2 m̄ manlio cōs. *Darmst.* conš. *Vatic.*

### * *309*

in theatris [*vela*] tantum umbram fecere, quod primus omnium invenit Q. Catulus, cum Capitolium dedicaret. carbasina deinde vela primus in theatro duxisse traditur Lentulus Spinther Apollinaribus ludis.

*Plin. n. h. 19, 23* in theatris — ludis. mox Caesar dictator totum forum Romanum intexit viamque sacram ab domo sua et clivum usque in Capitolium, quod munere ipso gladiatorio mirabilius visum tradunt. *cf. Dio 43, 24, 2. Kettner, Varr. de vit. p. R. p. 19. Kempf, Val. Max. p. 20. Val. Max. 2, 4, 6* Q. Catulus Campanam imitatus luxuriam primus spectantium consessum velorum umbraculis texit. *haec Cichorius ibid. Varroni reddidit non secus atque ea quae proxime ex Plinio secuntur, de quibus omnibus cf. praef. ad libr. De scaen. orig.*

1 tantum] tenta *coni. Mayhoff*

### * *310*

versatilem [*scaenam*] fecerunt Luculli, argentatis choragiis P. Lentulus Spinther adornavit.

*Val. Max. 2, 4, 6* versatilem — adornavit. *cf. Münzer, Quellenkr. d. Ng. d. Plin. p. 145.*

*1* luculi *Laur. m. 1* lucuni *Bern.*: em. Sigonius

*311

Crassus Dives primus argento auroque folia imitatus ludis suis coronas dedit, accesseruntque et lemnisci, quos adici ipsarum coronarum honor erat, propter Etruscas, quibus iungi nisi aurei non debebant. puri diu fuere hi; caelare eos primus instituit P. Claudius Pulcher bratteasque etiam philyrae dedit.

*Plin. n. h. 21, 6* Crassus — dedit. *cf. Münzer ibid. p. 259. 315.*

4 hic *Paris. Lat. 6797* ii *Ricc.* 5 P.] C. *vult Münzer p. 145 adn. 1* bracteasque (*vel* -ttias-)

*312

C. Antonius ludos scaena argentea fecit, item L. Murena.

*Plin. n. h. 33, 53* Caesar, qui postea dictator fuit, primus in aedilitate munere patris funebri omni apparatu harenae argenteo usus est, ferasque etiam argenteis vasis incessivere tum primum noxii, quod iam etiam in municipiis aemulantur. C. Antonius — L. Murena. *cf. Val. Max. 2, 4, 6* quam totam [*scaenam*] argento C. Antonius, auro Petreius, ebore Q. Catulus praetexuit. *cf. ad fr. 309.*

*313

habuit et scaena ludis Claudii Pulchri magnam admirationem picturae, cum ad tegularum similitudinem corvi decepti imagine advolarent.

*Plin. n. h. 35, 23* habuit — advolarent. *Val. Max. 2, 4, 6* Claudius Pulcher scaenam varietate colorum adumbravit vacuis ante pictura tabulis extentam. *cf. fr. 309. 310. Bethe, Proleg. z. Gesch. d. Theat. im Altert. (Lpz. 1896) p. 307.*

3 imaginem *Ricc. Vatic. Leid.* advolarant *iidem codd.* -assent *suspic. Mayhoff coll. Plin. 35, 66*

*314

theatra iuxta duo fecit [*C. Curio*] amplissima ligno, cardinum singulorum versatili suspensa libramento, in quibus utrisque antemeridiano ludorum spectaculo edito inter sese aversis, ne invicem obstreperent scaenae, repente circumactis, ut constat, post primos dies etiam sedentibus *aliquis, cornibus* in se coeuntibus faciebat amphitheatrum.

*Plin. n. h. 36, 117* theatra — amphitheatrum gladiatorumque proelia edebat, ipsum magis auctoratum populum Romanum circumferens. *cf. ad fr. 309.*

1 amplissime *Leid.* -ma e *Ricc. Paris. Lat. 6797: em. Barbarus* 3 editio *Ricc.* aedicio *Leid.* 5 contra stat *Ricc.* post trinos *Paris. Lat. 6797 Tolet.* positrimos *Leid.* postremos *Ricc.: em. Barbarus*

### *315*

apud maiores theatri gradus tantum fuerunt, nam scaena de lignis ad tempus fiebat. — scaena autem quae fiebat, aut versilis erat aut ductilis; versilis tunc erat, cum subito tota machinis quibusdam convertebatur et aliam picturae faciem ostendebat; ductilis tunc, cum tractis tabulatis hac atque illac species picturae nudabatur interior. — quod Varro et Suetonius [*p. 341 R.*] commemorant.

*Serv. Verg. g. 3, 24* apud maiores — fiebat. unde hodieque permansit consuetudo, ut componantur pegmata a ludorum theatralium editoribus. scaena — interior. unde perite utrumque tetigit dicens 'versis discedat frontibus' singula singulis complectens sermonibus. quod — commemorant. *cf. Val. Max. 2, 4, 6.*

2 *bis* schena *Paris. 7959* scena *rell.*

### ** 316*

translatum, antea Poenicis indutum tunicis M. Scaurus exquisito genere vestis cultum induxit.

*Val. Max. 2, 4, 6* translatum — induxit. *cf. Münzer ibid. l. c.*

1 poeniceis *cod. Atrebat. Pighii; cf. Val. Max. 2, 6, 2 et Lachmann ad Lucr. p. 123*

### ** 317*

Cn. Pompeius ante omnes aquae per semitas decursu aestivum minuit fervorem.

*Val. Max. 2, 4, 6* Cn. — fervorem.

*1 gneius Laur.* gneus *Bern.*

*318*

'anno demum quinto et sexagesimo' haec aetas est, ut Varro ait, etiam comicorum senum.

*Don. Ter. adelph. 5, 8, 15*[s] anno — senum. *cf. id. eun. 2, 1, 25*[s].

## DE GENERIBUS LITTERARUM ORATIONE SOLUTA SCRIPTIS

*319*

prosa est producta oratio a lege metri soluta; prosum enim antiqui productum dicebant et rectum; unde ait Varro apud Plautum 'prosis lectis' significari rectis. unde etiam quae non est perflexa numero sed recta, prosa oratio dicitur, in rectum producendo. — praeterea tam apud Graecos quam apud Latinos longe antiquiorem curam fuisse carminum quam prosae; omnia enim prius versibus condebantur, prosae autem studium sero viguit. primus apud Graecos Pherecydes Syrus soluta oratione scripsit, apud Romanos autem Appius Caecus adversus Pyrrhum solutam orationem primus exercuit. iam exhinc et ceteri prosae eloquentia contenderunt.

*Isid. or. 1, 38, 1* prosa est — producendo. alii prosam aiunt dictam ab eo, quod sit profusa, vel ab eo quod spatiosius proruat et excurrat nullo sibi termino praefinito. praeterea — contenderunt. *cf. CGL V 576, 62. Wilmanns libris De serm. Lat. tribuit.*

4 perplexa *Bern. 95* per[p]lexa *Bern. 36* 9 ferecides *fort.* Syrius 10 pirrum 11 exin *Wilmanns*

*320*

grammatica Romae ne in usu quidem olim, nedum in honore ullo erat, rudi scilicet ac bellicosa etiam tum civitate necdum magnopere liberalibus disciplinis vacante. initium quoque eius mediocre extitit, si quidem antiquissimi doctorum, qui idem et poetae et semigraeci erant (Livium et Ennium dico, quos utraque lingua domi forisque docuisse adnotatum est) nihil amplius quam Graecos *interpretabantur*, aut si quid ipsi latine composuissent

praelegebant. — primus igitur, quantum opinamur, studium grammaticae in urbem intulit Crates Mallotes Aristarchi aequalis, qui missus ad senatum ab Attalo rege inter secundum ac tertium Punicum bellum sub ipsam Ennii mortem, cum regione Palatii prolapsus in cloacae foramen crus fregisset, per omne legationis simul et valetudinis tempus plurimas acroasis subinde fecit assidueque disseruit ac nostris exemplo fuit ad imitandum. hactenus tamen imitati, ut carmina parum adhuc divolgata vel defunctorum amicorum vel si quorum aliorum probassent, diligentius retractarent ac legendo commentandoque etiam ceteris nota facerent; ut C. Octavius Lampadio Naevii Punicum bellum, quod uno volumine et continenti scriptura expositum divisit in septem libros; ut postea Q. Vargunteius annales Ennii, quos certis diebus in magna frequentia pronuntiabat; ut Laelius Archelaus Vettiusque Philocomus Lucilii saturas familiaris sui. — instruxerunt auxeruntque ab omni parte grammaticam L. Aelius Lanuvinus generque Aelii Ser. Clodius, uterque eques Romanus multique ac varii et in doctrina et in re publica usus. Aelius cognomine duplici fuit; nam et Praeconinus, quod pater eius praeconium fecerat, vocabatur, et Stilo, quod orationes nobilissimo cuique scribere solebat, tantum optimatium fautor, ut Metellum Numidicum in exsilium comitatus sit. Servius, cum librum soceri nondum editum fraude intercepisset et ob hoc repudiatus pudore ac taedio secessisset ab urbe, in podagrae morbum incidit; cuius inpatiens veneno sibi perunxit pedes et enecuit ita, ut parte ea corporis quasi praemortua viveret. posthac magis ac magis et gratia et cura artis increvit, ut ne clarissimi quidem viri abstinuerint quo minus et ipsi aliquid de ea scriberent, utque temporibus quibusdam super viginti celebres scholae fuisse in urbe tradantur, pretia vero grammaticorum tanta mercedesque tam magnae, ut constet Lutatium Daphnidem — septingentis milibus nummum a Q. Catulo emptum ac brevi manumissum, L. Apuleium ab Aeficio Calvino equite *Romano praedivite* quadringenis annuis conductum ut

osce doceret. nam in provincias quoque grammatica penetraverat, ac non nulli de notissimis doctoribus peregre docuerunt, maxime in Gallia togata; inter quos Octavius Teucer et Sescennius Iacchus et Oppius Chares; hic quidem ad ultimam aetatem et cum iam non ingressu modo deficeretur sed et visu.

*Suet. de gramm. 1* grammatica Romae — praelegebant. nam quod non nulli tradunt duos libros de litteris syllabisque, item de metris ab eodem Ennio editos, iure arguit L. Cotta non poetae sed posterioris Ennii esse, cuius etiam de augurandi [-rali *Vindob. Ottob.*] disciplina volumina ferantur. primus — familiaris sui, quas legisse se apud Archelaum Pompeius Lenaeus, apud Philocomum Valerius Cato praedicant. instruxerunt — Daphnidem, quem Laevius Melissus per cavillationem nominis *Πανὸς ἀγάπημα* [Panosagacema (panas-) *vel* pansagacema (-gasan$^{c}$sema) *codd.*: *em. Toupius*] dicit, septingentis — et visu. *de errore temporum Attalicae legationis cf. Leo, Pl. F. p. 29 adn. 1. de agnomine 'Praeconinus' a Varrone tradito cf. Münzer ibid. p. 268. de Lutatio Daphn. Plin. n. h. 7, 128. de Varrone Plinii auctore Münzer ibid. p. 148. 272. ceteroqui de Varrone totius capitis auctore Leo ibid. p. 28 adn. 1. Roth, Suet. praef. adn. 58. G Körtge, Diss. Hal. 14 (1901) p. 257.*

5 qui idem *Lachmann*: quidem (-d$^{e}$ām *Gudian.* -d$^{a}$ēm *Neap.*) 7 adnot. *Beroaldus* annotatum *Neap. et I = Vatic. 1518* adnotum *V = Vatic. 1862, Ottob.* sat notum *Lachmann* (*cf. Rh. Mus. 9, 14*) 17 imitati *secl. I F Gronovius et Reiff.* 19 etiam] et *V Leid.* 23 pronunciabat *codd. praeter Leid.* 24 Vectiusqʒ *Vindob.* Vectius Q. (-ett- *Ottob.* -us ${}^{e}_{\wedge}$t Q. *Leid.*) 25 familiaribus suis *van Heusde* 26 gener Q. *codd. praeter Vindob. Leid.* 29 Praeconius (*vel* Prec-): *em Beroaldus* 30 Istilo 31 tm̃ *Neap.* 32 Metellum *Vindob.* M. Met. *rell.* 37 praemortui (*vel* prem.): *em. Stephanus* post hoc *V Ott. I* 43 Catullo *V* -llo *Leid.* 44 aefiio (-tio) *Vindob. Ott.* Eficio (-tio) *rell.* 45 conductos mutoscedo doceret *Vindob. Ott.* -os (-um ut *Gudian.*) multos edoc. *rell.*: *em. Buecheler* 46 nam *codd.* iam *Reiff.* 49 Fescennius *Leid. m. 2*

## DE IUDICIO LITTERARUM

*321*

in comoedia maxime claudicamus, licet Varro Musas Aelii Stilonis sententia Plautino dicat sermone locuturas fuisse, si latine loqui vellent.

*Quint. 10, 1, 99* in comoedia — vellent.

*322*

et in carmine et in soluta oratione genera dicendi probabilia sunt tria, quae Graeci χαρακτῆρας vocant nominaque eis fecerunt ἁδρὸν ἰσχνὸν μέσον. nos quoque, quem primum posuimus, uberem vocamus, secundum gracilem, tertium mediocrem. uberi dignitas atque amplitudo est, gracili venustas et subtilitas, medius in confinio est utriusque modi particeps. his singulis orationis virtutibus vitia agnata sunt pari numero, quae earum modum et habitum simulacris falsis ementiuntur. sic plerumque sufflati atque tumidi fallunt pro uberibus, squalentes et ieiunidici pro gracilibus, incerti et ambigui pro mediocribus. vera autem et propria huiusce modi formarum exempla in Latina lingua M. Varro esse dicit ubertatis Pacuvium, gracilitatis Lucilium, mediocritatis Terentium. sed ea ipsa genera dicendi iam antiquitus tradita ab Homero sunt tria in tribus: magnificum in Ulixe et ubertum, subtile in Menelao et cohibitum, mixtum moderatumque in Nestore. animadversa eadem tripertita varietas est in tribus philosophis, quos Athenienses Romam ad senatum populi ⟨R.⟩ legaverant inpetratum, uti multam remitteret, quam fecerat is propter Oropi vastationem. ea multa fuerat talentum fere quingentum. erant isti philosophi Carneades ex Academia, Diogenes Stoicus, Critolaus Peripateticus. et in senatum quidem introducti interprete usi sunt C. Acilio senatore; sed ante ipsi seorsum quisque ostentandi gratia magno conventu hominum dissertaverunt. tum admirationi fuisse aiunt Rutilius [*HRF 3 P.*] et Polybius [*33, 2 p. 1287 H.*] . philosophorum trium sui cuiusque generis facundiam. violenta inquiunt et rapida Carneades dicebat, scita et teretia Critolaus, modesta Diogenes et sobria.

*Gell. 6, 14* et in carmine — et sobria. unum quodque autem genus, ut diximus, cum caste pudiceque ornatur, fit illustrius, cum fucatur atque praelinitur, fit praestigiosum. 1*sq. cf. Quint. 12, 10, 58. Fronto p. 54 N. Rhet. lat. min. p. 126, 1. 438, 9. 515, 27. 561, 7 H. Schol. Bern. p. 742, 58 H. CGL VI 207. 499. Kroll, Rh. Mus. 62, 86.* 11sq. cf. Fronto p. 113 N. Euanth.

*de fab. 3, 5. Serv. Verg. g. 4, 150.* 14 *sq. Quint. 12, 10, 64 (Cic. Brut. 50. Auson. prof. Burd. XXI 16; grat. act. VIII 19; ep. XII 10 sq. P.).* 17 *sq. cf. Varro fr. 58. Macrob. 1, 5, 14. Cic. de or. 2, 155. tusc. 4, 5. acad. post. 2, 137. ad Att. 12, 23, 2. Plut. Cato ma. 22 (Plin. n. h. 7, 112). Aelian. v. h. 3, 17. Lact. d. i. 5, 14, 3. haec ad V librum De serm. Lat. collato fr. 40 pertinere videntur.*

3 apponicx. (-ixc *Vatic.*) non mecon *codd.* (*om. Lugd-Bat.*): *em. IF Gronovius* nosque *Vatic.* 19 R. *add. Hertz dubitans; sed. cf. Gell. 17, 21, 49* legaverunt imperatum *Lugd-Bat.* 20 remitterent — fecerant *Lugd-Bat. Vatic.* 24 cacilio *Paris.* cecilio *Lugd-Bat. Vatic.* Caelio *Macrobius*

## III. VERBORUM ORIGINUM EXPLICATIONUMVE

*de disciplina verborum originis apud antiquos cf. Woelfflin, Arch. f. Lat. Lex. 8, 420—40. 561—85. Steinthal, Gesch. d. Sprachw. (Berlin 1891) 1, 331 sq.*

### PRAENOMINUM

*323*

Varro simplicia in Italia nomina fuisse ait existimationisque suae argumentum refert, quod Romulus et Remus et Faustulus neque praenomen ullum neque cognomen habuerint. — Romanos autem arbitrandum est maxime ab Albanis et Sabinis multiplicandorum nominum consuetudinem traxisse, quoniam ab illis orti sunt. omnia autem, quae ad unum quemque nostrum definiendum excogitata sunt, eandem vim significandi hominis obtinent. quod proprie tale dicitur, hoc distat, quia eo gens cognoscitur, ideoque dicitur gentilicium. cetera ordine variantur; nam quod praeponitur praenomen, quod post fertur cognomen, quod ad ultimum, dicitur agnomen. — gentilicia nomina Varro putat fuisse numero ∞, praenomina circa XXX. pueris non prius quam togam virilem sumerent, puellis non ante quam nuberent praenomina imponi moris fuisse Q. Scaevola auctor est. quae olim praenomina fuerunt, nunc cognomina sunt, ut Postumus Agrippa Proculus Caesar.

*Inc. de praenom. 1—3* Varro — habuerint. qui ab eo dissentiunt *aiunt matrem* eorum Ream Silviam vocatam, avum Sil-

vium Numitorem, fratrem eius Amulium Silvium ac superiores Albanorum reges Capetum Silvium, Agrippam Silvium posterioresque duces Mettium Fufetium et Tutorem Cloelium vocatos. nec contenti his ad Sabinos transgrediuntur: Titum Tatium, Numam Pompilium —. in hunc modum Varronis sententia subruitur. Romanos — agnomen. quorum series non ita, ut exposui, semper servata est; animadverto enim in consulum fastis perplexum usum praenominum et cognominum fuisse. — gentilicia — Caesar. *de re cf. Mommsen, Röm. Forsch. 1, 20. 31. 62. quin cum hoc ea quoque quae secuntur fragmenta, ubi semel denuo Varro auctor laudatur (fr. 324), ad eum referenda sint, dubitari non potest (cf. Mommsen, Rh. Mus. 15, 181 adn. 24); neque aliunde Verrius sua de iisdem praenominibus hausit. cf. Reitzenstein, Verr. Forsch. p. 23 sq. fortasse de his Varro in Antiq. rer. hum. disputavit, certe non in libris De vita p. R. (cf. Kettner, M. Ter. Varr. de vita p. R. p. 16).*

1 fuisse nom. *a = cod. Bern. schedulae Paridis epit. partem continentes* 6 nomina *Gertz* 8 ⟨non⟩ eand. *Gertz* optinent *cod. m. 2 et a* 9 proprie tale *scripsi* ⟨propri⟩etate *a* per proprietatem *cod. m. 2* per *om. m. 1* proprie ita *Gertz* 12 dicitur *a Halm* adic. *cod.* est *post* agn. *add. Pighius*

*324*

Ancum praenomen Varro e Sabinis translatum putat, Valerius Antias [*fr. 1*] scribit, quod cubitum vitiosum habuerit, qui graece vocatur ἀγκών.

*Ibid. 4* Ancum — ἀγκών. *Paul. Fest. p. 19, 15* Ancus appellatur, qui aduncum brachium habet et exporrigi non potest.

2 Antias *Pighius* antea *cod. Mai* ita vocatum regem Ancum *post* Antias *add. Gertz* quo 3 ANKΩN

*325*

Appius ab Atto eiusdem regionis [*Sabinae*] praenomine.

*Ibid. 6* Appius — praenomine *cf. ad fr. 323.*

*326*

Auli [*iudicantur dicti*], quod iis [*parentibus*] aventibus nascuntur.

*Ibid. 5* Auli — nascuntur. *cf. ad fr. 323.*

*dis alentibus cod. m. 2 Halm*; sed cf. fr. 346

*327*

Caesones adpellati sunt quod mortuis matribus exsecti erant.

*Ibid. 6* Caesones — erant. *Paul. Fest. p. 57, 13* Caesones appellantur ex utero matris exsecti. *cf. Plin. n. h. 7, 47. Isid. or. 9, 3, 12. ceteroqui cf. ad fr. 323.*

1 mortua

*328*

Faustus a favore

*Ibid. 4* Statius —, Faustus a. f. praenomina ceperunt [coep. *cod.*]. *Non. p. 426, 15* faustum quasi a favendo dictum ac per hoc prosperum et propitium. *cf. ad fr. 323.*

*329*

Gai iudicantur dicti a gaudio parentum.

*Ibid. 5* Gai — parentum.

Gaii *Mai* Cn *cod.*

*330*

Gnaeus ob insigne naevi adpellatus est. quod unum praenomen varia scriptura notatur; alii enim Naeum, alii Gnaeum, alii Cnaeum scribunt. qui G littera in hoc praenomine utuntur, antiquitatem sequi videntur, quae multum ea usa littera est. olim enim dicebatur frugmentum, nunc frumentum effertur, et forgtis, non fortis, et gnatura, non natura. ergo etiam qui in corporibus gigni solet gnaevus adpellabatur. qui Cn. ponunt, correptione syllabae delectari videntur, qui Naeus, levitate.

*Ibid. 5* Gnaeus — levitate. *Paul. Fest. p. 96, 8* Gnaeus [Gneus *boni codd.*] et corporis insigne et praenomen a generando dicta esse, et ea ipsa ex Graeco γίγνεσθαι, apparet.

2 naevum  3 G *vett. edd.*: C  6 et fertur  et forgtis] *cum olim diceretur* forctis (*cf. Paul. Fest. p. 84, 8. Fest. p.* $348^{b}$*, 15*), *hic interpolationem latere suspicatur Gertz*  8 corruptione *Halm*  9 lenitate *Gertz*

*331*

*Hostus praenomen* fuit in eo, qui peregre apud hospi-

tem natus erat, idque habuit Lucretius Tricipitinus, collega L. Sergii.

*Ibid. 4* Hostus — Sergii. *cf. Varro de l. L. 5, 3. Paul. Fest. p. 102, 7.*

1 Hostus *Pighius* hospes *cod. Mai*

*332*

Lartis praenomen sumptum est a Laribus, Tuscum autem esse creditum, fuitque consul Lars Herminius cum T. Verginio ⟨Tri⟩costo.

*Ibid. 4* Lartis — ⟨Tri⟩costo. *cf. ad fr. 323.*

1 laertis 2 consularis herm.: *em. Pighius qui* Lar, *ut sane Char. p. 136, 13* 3 costo

*333*

Lucii coeperunt adpellari qui ipso initio lucis orti erant, aut, ut quidam arbitrantur, a Lucumonibus Etruscis.

*Ibid. 5* Lucii — Etruscis. *Varro de l. L. 9, 60* qui luci [*natus*], Lucius. *Paul. Fest. p. 119, 15* Lucius praenomen est eius, qui primum fuit, quia oriente luce natus est.

*334*

Manii qui mane editi erant, vel ominis causa quasi boni; manum enim antiqui bonum dicebant.

*Ibid. 5* Manii — dicebant. *Varro de l. L. 9, 60* forsitan ab eo, qui mane natus diceretur, ut is Manius esset. *Paul. Fest. p. 148, 16* Manius praenomen dictum est ab eo, quod mane quis initio natus sit, ut Lucius qui luce. *cf. Ael. Stil. fr. 60. Paul. Fest. p. 125, 14.*

*335*

Marci Martio mense geniti.

*Ibid. 5* Marci — geniti.

Marci] M̈

*336*

Numeriis sola tantum modo patricia familia usa est *Fabia, idcirco* quod trecentis sex apud Cremeram flumen *caesis, qui* unus ex ea stirpe extiterat, ducta in matri-

monium uxore filia Numerii Otacilii Maleventani sub eo pacto, ut quem primum filium sustulisset, ei materni avi praenomen inponeret, obtemperavit.

*Ibid.* 6 Numeriis — obtemperavit. *prorsus eadem Festus p.* 170[b], 32. *de re cf. fr.* 107, *de Varrone auctore ad fr.* 323.

1 numerii 4 numeri iotacilii 5 avi *cod. m.* 2 aut *m.* 1

*337*

Opiter qui patre mortuo, avo vivo gignebatur.

*Ibid.* 4 Opiter — gignebatur. *Paul. Fest. p.* 184, 10 Opiter est cuius pater avo vivo mortuus est ducto vocabulo, aut quod obitu patris genitus sit, aut quod avum ob patrem habeat id est pro patre. *cf. Quint.* 1, 4, 25. *CGL VI* 25. *cf. ad fr.* 323.

vocabatur *ante* qui *add. Gertz*

*338*

Publi [*iudicantur dicti*] qui prius pupilli facti erant quam praenomina haberent, † alii ominis causa e pube.

*Ibid.* 5 Publi — e pube. *cf. ad fr.* 323.

2 alii] aut *Gertz recte ut videtur*

*339*

Sertor qui per sationem natus erat adpellatus est.

*Ibid.* 4 Sertor — est. *Fest. p.* 340[b], 22 Sertorem quidam putant dictum a prendendo, quia cum cuipiam adserat manum, educendi eius gratia ex servitute in libertatem, vocetur adsertor, cum verisimilius sit dictum, qui sereret quid. *cf. ad fr.* 323.

*340*

Servius quod mortua matre in utero servatus est.

*Ibid.* 6 Servius — est. *cf. ad fr.* 323.

*341*

Spurii patre incerto geniti quasi σποράδην.

*Ibid.* 6 Spurii — σποϱ. *cf. ad fr.* 323.

*CΠΟΡΑΔΙΙ: em. Gertz* -διοι *Halm*

*342*

Statius a stabilitate.

*Ibid. 4* St. a stab. *cf. ad fr. 323.*

*343*

Tiberii vocitari coeperunt qui ad Tiberim nascebantur.

*Ibid. 6* Tiberii — nasceb. *cf. ad fr. 323.*

*344*

Titus e Sabino nomine Tito fluxit.

*Ibid. 6* Titus — fluxit. *Paul. Fest. p. 366, 9* tituli milites appellantur quasi tutuli, quod patriam tuerentur, unde et Titi praenomen ortum est. *cf. ad fr. 323.*

nomine titulo *coni. Perizonius ex Paulo l. c.* Titio *an* Tatio? *cf. Varro de l. L. 5, 55*

*345*

Tullus praenominatus est ominis gratia quasi tollendus o littera in u conversa.

*Ibid. 4* Tullus — conversa. *cf. ad fr. 323.*

*346*

Volero in praenomen abiit, quod volentibus nasci liberi parentibus videbantur, quo usus est Publi⟨li⟩us Philo.

*Ibid. 4* Volero — Philo. *cf. ad fr. 323.*

1 liberis par. (a par. *Grotef.*) indebatur *Pighius, Grotefend in Zeitsch. f. Altertw. 1843 p. 179* 2 publius: *em. Pighius*

*347*

Vopiscus qui in utero matris geminus conceptus altero abortu eiecto incolumis editus erat.

*Ibid. 4* Vopiscus — erat. *Plin. n. h. 7, 47* Vopiscos appellabant e geminis qui retenti utero nascerentur altero interempto abortu. *Non. p. 557, 3* Vopiscus qui ex duobus conceptis uno abortu excluso ad partum legitimum deducitur. *cf. Plut. Coriol. 11. Quint. 1, 4, 25.*

*348*

antiquarum mulierum frequenti in usu praenomina fuerunt, Rutila Caesellia Rodacilla Murrula Burra, a colore ducta. illa praenomina a virilibus tracta sunt, Gaia Lucia Publia Numeria. ceterum Gaia usu super omnes celebrata est; ferunt enim Gaiam Caeciliam Tarquinii Prisci regis uxorem optimam lanificam fuisse, et ideo institutum, ut novae nuptae ante ianuam mariti interrogatae quaenam vocarentur, Gaias esse se dicerent.

*Ibid. 7* antiquarum — dicerent. *Paul. Fest. p. 224, 14* praenominibus feminas esse appellatas testimonio sunt Caecilia et Tarracia, quae ambae Gaiae solitae sint appellari, pari modo Lucia et Titia. *id. p. 95, 18* Gaia Caecilia appellata est, ut Romam venit, quae antea Tanaquil vocitata erat, uxor Tarquinii Prisci regis Romanorum, quae tantae probitatis fuit, ut id nomen ominis boni causa frequentent nubentes; quam summam asseverant lanificam fuisse. *cf. Varro de l. L. 9, 60. 61. Plin. n. h. 8, 194.*

2 rutilia: *em. Kempf coll. Varr. de l. L. 7, 83 et Mueller ap. Fest. p.* $262^b$*, 20* Caesulla *coni. Kempf coll. Fest. p.* $274^b$*, 9* Murtulla *Grotefend* 3 viris *Halm* 5 ferunt] *quae secuntur extant in a*

*ex istis quae in fragmentis adnotavimus verisimillimum fit a Varrone reliqua quoque Verrii praenominum veriloquia repetenda esse: p. 26, 11* Aquilius (ab aquilo colore); *p. 130, 1* Mamercus praenomen Oscum; *p. 359, 19* Talus in Sabinorum nominibus praenominis loco videtur fuisse. *vd. p. 151, 1* Manliae gentis. *cf. Reitzenstein, Verr. Forsch. p. 25.*

## COGNOMINUM AGNOMINUMQUE

*de hominum nominibus Varronem via ac ratione scripsisse ex incerto auctore De praenominibus (fr. 323 sq. et praesertim 348) non aliter atque ex fr. 368 patet. cf. etiam Varro r. r. 2, 1, 10* quod nomina multa habemus ab utroque pecore, a maiore et a minore. ⟨a minore⟩ Porcius Ovinius Caprilius, sic a maiore Equitius Taurius. cognomina adsignificant [-ri *cod.*], quod dicuntur ut Anni Caprae, Statili Tauri, Pomponi Vituli; sic a pecudibus alii multi. *eorundem complura vestigia apud Plinium aliosque extare Münzer demonstravit* (ibid. p. 265 sq.). cf. Reitzen*stein ibid. p. 25. Willers, de Verr.* Fl. glossar. interpr. p. 17 sq.

*349*

in pedes procidere nascentem contra naturam est, quo argumento eos appellavere Agrippas ut aegre partos.

*Plin. n. h. 7, 45* in pedes — partos, qualiter et M. Agrippam ferunt genitum, unico prope felicitatis exemplo in omnibus ad hunc modum genitis. *cf. Varro fr. 145. Quint. 1, 4, 25. Serv. Dan. Aen. 8, 682. Non. p. 557, 1. Solin. 1, 65. Anecd. H. p. 239, 19. CGL VI 46 (Inc. de praenom. 3).*

1 procedere *Leid. m. 2 Ricc. m. 2 vg. Solin. 1, 65*

** 350*

Iuniorum ⟨in⟩ familia Bubulcum nominarunt, qui bubus optime utebatur.

*Plin. n. h. 18, 10* Iuniorum — utebatur. *cf. supra Varro r. r. 2, 1, 10. eadem Plinii paragrapho certum Varronis fragmentum (358) continetur.*

⟨e⟩ *Mayhoff, qui de* in *quoque cogitavit*

** 351*

Scipio Africanus prior natus primusque Caesarum a caeso matris utero dictus.

*Plin. n. h. 7, 47* auspicatius enecta parente gignuntur; sicut Scipio — dictus, qua de causa et Caesones appellati. *cf. Tert. de an. 25* qui exsecto matris utero vivi aërem hauserunt, Liberi aliqui et Scipiones. *Non. p. 556, 26* Caesares dicti qui caesa matre nascuntur. *aliter Paulus Fest. p. 57, 14* (a caesarie). *cf. Isid. or. 9, 3, 12.*

** 352*

Calpurni a Calpo Numae regis filio sunt oriundi.

*Paul. Fest. p. 47, 2* Calpurni — oriundi. *de hoc Plut. Numa 21. Laus Pison. 15 (PLM I 226 B.). Schol. Cruq. in Hor. art. p. 292. cf. Münzer ibid. p. 268. glossa, quae apud Verrium proxime praecedit, 'calix' ex Varrone ad litteram fere hausta est (de l. L. 5, 127).*

** 353*

Chilo dicitur cognomento a magnitudine labrorum, Cilo *sine aspiratione* cui frons est eminentior ac dextra sinistra*que veluti* recisa videtur.

*Paul. Fest. p. 43, 10* Chilo — videtur. *Vel. Long. p. 74, 13* item alium esse cilonem, alium chilonem [*voluerunt*], et cilones vocari homines angusti capitis et longi, chilones vero improbioribus labris homines a Graeco παρὰ τὰ χείλη. *cf. supra fr. 280 sq. Vel. Long. ap. Cassiod. orth. p. 155, 12. eadem fere tradit Char. p. 102, 1. Caper orth. p. 97, 17. CGL VI 211.*

**354*

ab iisdem [*Quiritibus*] qui altero lumine orbi nascerentur Coclites vocabantur, qui parvis utrisque Ocellae, Luscini iniuriae cognomen habuerunt.

*Plin. n. h. 11, 150* ab — habuerunt. *Varro d. l. L. 7, 71* ab oculo Cocles ut ocles, dictus qui unum haberet oculum. *cf. Plut. Popl. 16. Dion. H. 5, 23. de 'Luscinio' cf. fr. 219.*

**355*

cognomina etiam prima inde: [*358*]. iam Fabiorum Lentulorum Ciceronum, ut quisque aliquod optime genus sereret.

*Plin. n. h. 18, 10* cognomina — sereret. *hoc fr., 350, 358 apud Plinium inter se excipiunt. aliter de 'Fabii' Paul. Fest. p. 87, 7. de 'Lent.' cf. Cic. ad Att. 1, 19, 2. de 'Cicero' Drumann, Ge. Roms 5, 207.*

1 Lentinorum: *em. Barbarus*

*356*

*Char. p. 82, 7 (= Plin. dub. serm. p. 47, 24 B.) = fr. 280*[d]

**357*

in nullo genere aeque facilis mixtura cum fero, qualiter natos antiqui hybridas vocabant ceu semiferos, ad homines quoque ut C. Antonium Ciceronis in consulatu collegam appellatione tralata.

*Plin. n. h. 8, 213* in nullo — tralata. *Val. Max. 8, 6, 4* Q. autem Varius propter obscurum ius civitatis Hybrida cognominatus *cf. Münzer ibid. p. 265.*

*358*

cognomina etiam prima inde: Pilumni, qui pilum pistrinis *invenerat*, Pisonis a pisendo.

*Plin. n. h. 18, 10* cognomina — pisendo. *cf. Varro ap. Serv. Dan. Aen. 10, 76 (fr. 375) et Isid. or. 4, 11, 6. Fest. p. 205*$^a$*, 24. Laus Pison. 15 sq. (PLM I 226 B.).*

### *359

apud Romanos quoque honos mature huic arti [*picturae*] contigit, si quidem cognomina ex ea Pictorum traxerunt Fabii clarissimae gentis, princepsque eius cognominis ipse aedem Salutis pinxit anno urbis conditae CCCCL.

*Plin. n. h. 35, 19* apud — CCCCL, quae pictura duravit ad nostram memoriam aede ea Claudi principatu exusta. *Val. Max. 8, 14, 6* C. Fabius nobilissimus civis, qui cum in aede Salutis, quam C. Iunius Bubulcus dedicaverat, parietes pinxisset, nomen his suum inscripsit *cf. Münzer ibid. p. 231. 268.*

### *360

vola homini tantum exceptis quibusdam. namque et hinc cognomina inventa, Planci Plauti Pansae Scauri, sicut a cruribus Vari Vatiae Vatini.

*Plin. n. h. 11, 253 sq.* vola — Vatini, quae vitia et in quadripedibus. *Quint. 1, 4, 25* scrutabitur — origines nominum, quae ex habitu corporis Rufos Longosque fecerunt; ubi erit aliud secretius, Sullae Burri Galbae Plauti Pansae Scauri taliaque. *Paul. Fest. p. 231, 3* plancae tabulae planae, ob quam causam et planci appellantur, qui supra modum pedibus plani sunt. *Fest. p. 238*$^a$*, 31* ⟨Plotos appellant⟩ Umbri pedibus planis ⟨natos. hinc soleas dimidiatas, qui⟩bus utuntur in venando ⟨quo planius pedem ponant, vo⟩cant semiplotia et ⟨. . . . . unde et Macci⟩us poeta, quia Umber Sarsinas erat, a pedum planitia initio Plotus, postea Plautus coeptus est dici. *haec excipit Varronis fr. 361.*

### 361

Postumus cognominatur post patris mortem natus. Plautus in Aulularia [162]: 'post mediam aetatem qui mediam ducit uxorem domum, / si eam senex anum praegnatem fortuito fecerit, / quid dubitas quin sit paratum his nomen pueris Postumi?'

*Fest. p. 238*$^b$*, 2* Postumus — Postumi? *Varro de l. L. 9, 60* qui *post patris mortem* [*natus*], Postumus. 61 videmus — Po-

stumam a multis post patris mortem etiam nunc appellari. *cf. Inc. de praenom. 3. Plut. Coriol. 11. Quint. 1, 4, 25.*

3 sine xanum 5 Postumi *Urs.*: Postume

* *362*

vulgo purpura latiore tunicae usos invenimus etiam praecones, sicut patrem L. Aelii Stilonis Praeconini ob id cognominati.

*Plin. n. h. 33, 29* anuli distinxere alterum ordinem a plebe, ut semel coeperant esse celebres, sicut tunica ab anulis senatum, quamquam et hoc sero, vulgoque purpura — cognominati. *cf. fr. 320.*

* *363*

Proculum inter cognomina eum dicunt, qui natus est patre peregrinante a patria procul. Proculos sunt qui credant ideo dictos, quia patribus senibus quasi procul progressis aetate nati sunt.

*Paul. Fest. p. 225, 2* Proculum — sunt. *cf. Plut. Coriol. 11* (συντυχίᾳ γενέσεως). *Inc. de praenom. 3. CGL V 607, 11* Proculus qui patre longius peregrinante nascitur. *cf. CGL VI 135.*

* *364*

laeva sinistra, quam Graeci σκαιάν; unde tractum cognomen Scaevola.

*Paul. Fest. p. 117, 6* laeva — Scaevola. *Varro de l. L. 7, 97* pueris turpicula res in collo quaedam suspenditur, ne quid obsit, bonae scaevae causa Scaevola appellata. ea dicta ab scaeva id est sinistra —. id a Graeco est, quod hi sinistram vocant σκαιάν. *cf. Plut. Popl. 17.*

1 scean *boni codd.*

* *365*

pampinatio inventa primo Stoloni dedit nomen.

*Plin. n. h. 17, 7* ita [*stolo*] appellatur in ipsis arboribus fruticatio inutilis, unde et pampinatio — nomen. *Varro r. r. 1, 2, 9* qui [*C. Licinius Stolo*] propter diligentiam culturae Stolonum confirmavit cognomen, quod nullus in eius fundo reperiri poterat stolo, *quod* effodiebat circum arbores e radicibus *quae nascerentur e solo*, quos stolones appellabant.

**366*

uni animalium homini depravantur [*oculi*], unde cognomina Strabonum et Paetorum.

*Plin. n. h. 11, 150* uni — Paetorum. *cf Cic. de nat. d. 1, 80. Hor. sat. 1, 3, 44 sq. et Porphyr. ibid. Non. p. 27, 1. haec ap. Plin. fr. 354 in eadem paragrapho proxime antecedunt.*

**367*

*τῶν δὲ σωματικῶν οὐ μόνον Σύλλας οὐδὲ Νίγρους οὐδὲ Ῥούφους, ἀλλὰ καὶ Καίκους καὶ Κλωδίους ἐπωνυμίας τίθενται.*

*Plut. Coriol. 11* τῶν — τίθενται. *cf. fr. 360. Cornel. Epic. fr. 1. Macrob. 1, 17, 27.*

*368*

Varro cum de suo cognomine disputaret, ait eum qui primus Varro sit appellatus, in Illyrico hostem Varronem nomine quod rapuerat et ad suos portaverat, ex insigni facto vocabulum meruisse.

*Serv. Dan. Aen. 11, 743* Varro enim cum — meruisse.

3 ad suos *Commelinus* ad vos *Floriac.* 4 voc. *om. Floriac.*

*praeterea alia similia commemorare liceat, quae plus minus certa ratione Varroni vindicata sunt: Paul. Fest. p. 12, 9* Attae (propter vitium crurum aut pedum — attingunt magis terram quam ambulant). *cf. CGL VI 111; Plin. n. h. 11, 159* Brocchi; *id. 10, 21* Buteo; *Paul. Fest. p. 41, 9* Cossi (a similitudine vermium ligno editorum). *cf. Plin. n. h. 11, 113. 17, 220; Plin. n. h. 7, 68* Dentatus (cum dentibus nasci); *Paul. Fest. p. 88, 8* Falcones (quorum digiti pollices in pedibus intro sunt curvati, a similitudine falcis). *cf. id. 43, 14; Plin. n. h. 11, 136* Flaccorum (aures homini tantum inmobiles, ab iis Fl. cognomina). *cf. Cic. de nat. d. 1, 80; id. 11, 159* Labeones (a labris); *id. 19, 59* Lactucinos; *Fest. p. 182ᵇ, 13* Orata (quod duobus anulis aureis uteretur). *cf. Varro r. r. 3, 3, 10. Colum. 8, 16; Plin. n. h. 11, 244* Sedigitas (digiti quibusdam in manibus seni); *id. 18, 20* Serranum (serentem invenerunt). *cf. Val. Max. 4, 4, 5; id. 11, 158* Simiorum et Silonum (avibus serpentibus piscibus foramina tantum ad olfactus sine naribus, et hinc cognomina). *cf. Fest.* 340ᵇ, 13. Non. p. 25, 17; Fest.

*p.* $375^{a}$, *15* Valgos (qui diversas suras habeant). *cf. Non. p. 25, 8. Weichert, poett. Latt. rell. 231 adn. 16. adde Cic. de nat. d. 1, 80* Capitones; *id. ibid.* Frontones; *Varro de l. L. 7, 46* Catus.

DEORUM NOMINUM

*haec quae secuntur fragmenta ex rerum divinarum libris maxima ex parte fluxerunt.*

*369*

quam Varro [*Feroniam matrem*] Libertatem deam dicit, Feroniam quasi Fidoniam.

*Serv. Dan. Aen. 8, 564* quam — Fidoniam. *cf. Varro de l. L. 5, 74.*

*370*

Imporcitor, qui porcas in agro facit arando; porca autem est inter duos sulcos terra eminens.

*Paul. Fest. p. 108, 9* Imporcitor — eminens. *Fest. p.* $238^{b}$, *7* porcas, quae inter duos sulcos fiunt, ait Varro dici, quod porrigant frumentum. *Varro r. r. 1, 29, 3* quod est inter duos sulcos elata terra, dicitur porca, quod ea seges frumentum porricit. *hinc tamen Verrium non hausisse haud iniuria contendit Reitzenstein, Verr. Forsch. p. 33 adn. 2. aliter Varro de l. L. 5, 39.*

*371*

quod abiectis infantibus [*Romulo et Remo*] pepercit lupa non mitis, Luperca — dea est auctore appellata Varrone. — Praestana est — dicta, quod Quirinus in iaculi missione cunctorum praestiterit viribus; et quod Tito Tatio, Capitolinum ⟨ut⟩ capiat collem, viam pandere atque aperire permissum est, dea Panda est appellata vel Pantica.

*Arnob. 4, 3* quod — Pantica. *cf. fr. 201.*

5 ut *add. Sabaeus* caperet *Ursinus*

*372*

Varro haesitans nunc esse illos [Lares] Manes et ideo Maniam matrem esse cognominatam Larum, nunc

aërios rursus deos et heroas pronuntiat appellari, nunc antiquorum sententias sequens Laruas esse dicit Lares, quasi quosdam genios et functorum animas.

*Arnob. 3, 41* Varro similiter haesitans — animas [mortuorum]. *cf. Ael. Stil. fr. 1. Cic. de leg. 2, 22. Plut. quaest. R. 52. Serv. Aen. 3, 63. (Isid. or. 8, 11, 100). Non. p. 66, 8. Macrob. 1, 3, 13.*

1 manas 3 haerohas 5 effunctorum: *em. Stewechius*

*373*

Novensiles — novenarium numerum tradit Varro, quod in movendis rebus potentissimus semper habeatur et maximus.

*Arnob. 3, 38* Novensiles — maximus. *cf. Varro de l. L. 5, 74. Piso fr. 4. Aelius Stilo fr. 22. Cincius fr. 22. Cornificius fr. 8.*

2 in novandis *Ursinus*

*374*

Varro qui sunt introrsus atque in intimis penetralibus caeli deos esse censet quos loquimur [*Penates*], nec eorum numerum nec nomina sciri. hos Consentes et Complices Etrusci aiunt et nominant, quod una oriantur et occidant una, sex mares et totidem feminas, nominibus ignotis et miserationis parcissimae; sed eos summi Iovis consiliarios ac participes existimari.

*Arnob. 3, 40* Varro qui — existimari. *cf. Prob. Verg. buc. 6, 31. Serv. Dan. Aen. 2, 296. id. ibid. 3, 12* [*Varrone auctore*] quos Romani penitus in cultu habent, quos nisi sacerdoti videre fas nulli sit, qui ideo penates appellantur, quod in penetralibus aedium coli soleant; nam et ipsum penetral penus dicitur, ut hodie quoque penus Vestae claudi vel aperiri dicitur. *cf. Macrob. 3, 4, 8.*

6 memorationis *Ursinus* 7 participes *Scaliger*: principes

*375*

Varro Pilumnum et Pitumnum infantium deos esse *ait eisque pro* puerpera lectum in atrio sterni, dum ex*ploretur an vitalis* sit qui natus est; Piso [fr. 5] Pilum-

num dictum, quia pellat mala infantiae. sed Pilumnus idem Stercutius, ut quidam dicunt, qui propter pilum inventum, quo fruges confici solent, ita appellatus est.

*Serv. Dan. Aen. 10, 76* Varro — app. est. *cf. fr. 358. Serv. ibid. 9, 4. Fest. p. 205*ª*, 24. Isid. or. 17, 1, 3. mythogr. 2, 183. Non. p. 528, 11 (ex Varronis de vit. p. R. II, unde haec fortasse manaverunt).*

1 Pit.] picumnum *Floriac.* 3 vitalis *Casaubonus* utilis *Turon.* utili *Floriac.* 4 pellet — infantia *Floriac.: em. Daniel* 5 stercutius *Turon.* strictus *Floriac.* structus *Antiss.*

### *376*

Portunus, ut Varro ait, deus por⟨tuum porta⟩rumque praeses, quare huius dies festus Portunalia.

*Schol. Veron. Aen. 5, 241* Portunus — Portunalia, quo aput veteres claves in focum ad⟨dere prope⟩ mare institutum. hunc Graeci Palaemona vocant. *cf. Varro de l. L. 6, 19. Cic. de nat. d. 2, 66. Ovid. fast. 6, 547. Paul. Fest. p. 56, 5. 243, 1. Serv. Aen. 5, 241. g. 1, 437.*

1 *lac. suppl. Mai*

## LOCORUM POPULORUMQUE NOMINUM

*explicationum quae secuntur nominum duo fontes proferri solent, aut Antiquitates humanae (Reitzenstein, Hermes 20. 1885 p. 515 sq.), aut opus De ora maritima (Detlefsen, Hermes 21. 1886 p. 255 sq.). altera sententia saltem in fragmentis ad loca non Italica pertinentibus vera esse videtur. Verrii quoque enodationes infra relatae sunt, quarum similes in libris qui extant de l. L. reperiuntur, cum his Verrius vix usus sit; quamquam eae ad Varronem Verriumque ex communi fonte manare potuerunt. cf. O Mueller, praef. ad Fest. XXIX adn. 6 et praeterea Wilmanns ibid. p. 45.*

### *377*

Aegaeum mare appellatur, quod crebrae in eo sint insulae, ut procul aspicientibus species caprarum videantur.

*Paul. Fest. p. 24, 10* Aegaeum — videantur; sive quod [ut codd.] in eo Aege Amazonum regina perierit, sive quod [in] eo [eo *quia Monac.]* Aegeus pater Thesei se praecipitaverit. Varro

*de l. L. 7, 22* Aegaeum dictum ab insulis, quod in eo mari scopuli in pelago vocantur ab similitudine caprarum Aeges. *cf. Plin. n. h. 4, 51. Solin. 11, 1. Mart. Cap. 6, 658.*

*378*

novem insulae, quae sunt post fretum Siciliae, appellantur Aeoliae ab Aeolo rege Hippotae filio, licet habeant et propria nomina. — poetae quidem fingunt hunc regem esse ventorum, sed, ut Varro dicit, rex fuit insularum, ex quarum nebulis et fumo Vulcaniae insulae praedicens futura flabra ventorum inperitis visus est ventos sua potestate retinere.

*Serv. Aen. 1, 52* novem — nomina; unde et Vergilius ait [*Ae. 8, 416*] 'Aeoliam Liparem'. poetae — retinere. *cf. Isid. or. 14, 6, 36. mythogr. 2, 52. 3, 4, 10.*

6 imperitis *mythogr. 2* ab inp- *vel* ab imp- *codd. et Isid.* ab imp- creditus est *mythogr. 3*

*379*

sane omnes altitudines montium licet a Gallis Alpes vocentur, proprie tamen iuga montium Gallicorum sunt. quas quinque viis Varro dicit transiri posse: una, quae est iuxta mare per Ligures; altera, qua Hannibal transiit; tertia, qua Pompeius ad Hispaniense bellum profectus est; quarta, qua Hasdrubal de Gallia in Italiam venit; quinta, quae quondam a Graecis possessa est, quae exinde Alpes Graiae appellantur.

*Serv. Dan. Aen. 10, 13* sane — appellantur. *cf. Isid. or. 14, 8, 18. Paul. Fest. p. 4, 5.*

*380*

amineum vinum quasi sine minio dictum id est sine rubore, nam album est. vel Amineos Pelasgos fuisse Varro ait. hinc ab agro Amineo hanc vitem translatam dicunt.

*Schol. Bern. g. 2, 97* amineum — dicunt. *cf. Brev. expos. Verg. ibid.*

*381*

hic lacus [*Avernus*] ante silvarum densitate sic ambiebatur, ut exhalans inde per angustias aquae sulpureae odor gravissimus supervolantes aves necaret; unde et Avernus dictus est quasi ἄορνος.

*Serv. Aen. 3, 442* sane hic lacus — ἄορνος. *Plin. n. h. 31, 21* Coelius [*tradit*] apud nos in Averno etiam folia subsidere, Varro aves quae advolaverint emori. *eadem Servius Aen. 7, 563, qui addit:* sciendum sane Varronem enumerare quot loca in Italia sint huius modi [*gravi odore infesta*]. *cf. id. Aen. 7, 84. Isid. or. 13, 19, 8. Samter, quaest. Varron. p. 71.*

2 exalans    sulpureae *Cassell.* sulphureae *rell.*

*382*

Postumius de adventu Aeneae [*fr. 1*] et Lutatius communium historiarum [*fr. 3*] Boiam Euximi comitis Aeneae nutricem et ab eius nomine Boias vocatas dicunt; veteres tamen portum Baias dixisse. Varro a Baio Ulixis comite, qui illic sepultus est, Baias dictas tradit.

*Serv. Dan. Aen. 9, 707* Postumius — tradit. *cf. id. ibid. 6, 107.*

1 Postumius *Masvicius* postuinus *Floriac.* postunius *Autiss.* 2 historiam *Floriac: em. Daniel* (*cf. Riese, Rh. Mus. 18, 448 sq.*) Euxeni *Reifferscheid, Rh. Mus. 15, 609*    3 nutricae *Floriac.* -ce *Autiss.*    Boias *Commelinus* baias *Floriac.*

*383*

Varro putat Caere oppidum Etruriae ⟨a⟩ Pelasgis, cum sitientes inventum flumen proximum . . . . . . . . salutassent χαῖρε atque ea causa id vocabulum oppido datum.

*Schol. Veron. Aen. 10, 183* Varro — datum. *eadem fere Hyginus fr. 13. cf. Dionys. H. 3, 58, 1. 1, 20, 5.*

2 ab illo oppido *suppl. Keil*

*384*

Varro [*refert*] filiam Campi Campam dictam, unde *provinciae nomen*; post vero, sicut dictum est, Chaoniam

ab Heleno appellatam, qui fratrem suum Chaonem, vel ut alii dicunt comitem, dum venaretur, occiderat.

*Serv. Dan. Aen. 3, 334* Varro — occiderat. alii filiam Campi Cestriam ab Heleno ductam uxorem, et ⟨eum⟩ de nomine soceri Campos, de nomine Chaone Chaonas dixisse. *cf. id. 3, 335.*

1 Campaniam *Daniel* 3 ab heno *Floriac.* 4 venerator *Floriac.*

*385*

Varro dicit propter caeli temperiem et caespitis fecunditatem campum eundem Capuanum cratera dictum, quasi sinum salutis et fructuum.

*Serv. Dan. Aen. 10, 145* Varro — fructuum. *cf. Isid. or. 15, 1, 54. Varro de l. L. 5, 36. Paul. Fest. p. 43, 14. Plin. n. h. 3, 63.*

2 capuanum sive campanum dictum cratera *Turon.* capua nume oratera d. *Floriac.*

*386*

qui nunc Circeius mons a Circe dicitur, aliquando, ut Varro dicit, insula fuit, nondum siccatis paludibus quae eam dividebant a continenti.

*Serv. Aen. 3, 386* qui — continenti. *cf. id. ibid. 7, 10. Plin. n. h. 3, 57. Strabo 5, 232. Reitzenstein, Hermes 20, 544.*

1 circa *nonnulli codd.*

*387*

*συναγαγὼν χεῖρα πολλὴν τῶν περὶ ἐκεῖνα τὰ χωρία οἰκούντων [Μόδιος], ἐν ὀλίγῳ πάνυ χρόνῳ κτίζει τὰς καλουμένας Κύρεις, ὡς μέν τινες ἱστοροῦσιν ἐπὶ τοῦ δαίμονος, ἐξ οὗ γενέσθαι λόγος αὐτὸν εἶχε, τοὔνομα τῇ πόλει θέμενος, ὡς δ' ἕτεροι γράφουσιν ἐπὶ τῆς αἰχμῆς· κύρεις γὰρ οἱ Σαβῖνοι τὰς αἰχμὰς καλοῦσιν. ταῦτα μὲν οὖν Τερέντιος Οὐάῤῥων γράφει.*

*Dionys. H. 2, 48* συναγαγὼν δὴ χεῖρα — γράφει. *cf. Verr. fast. Praen. apud Pascal in Atene e Roma 1906 p. 212 sq. Paul. Fest. p. 49, 10. 63, 2. Fest. p. 254ᵃ, 14. 27. Ovid. fast. 2, 477. Macrob. 1, 9, 16.* aliter Varro de l. L. 5, 51. *Liv. 1, 13, 5. Ovid. fast. 2, 479. Steph. Byz.* s. v. Κούριοι.

*388*

ultra Pelusiacum ostium Arabia est ad Rubrum pertinens mare, quod Erythraeum ab Erythra rege Persei et Andromedae filio, non solum a colore appellatum Varro dicit.

*Solin collect. 33, 1* ultra — dicit. *cf. Curtius Ruf. 10, 1, 13. Pompon. Mela 3, 72.*

**389*

Erythea dicta est, quoniam Tyri aborigenes earum orti ab Erythro mari ferebantur.

*Plin. n. h. 4, 120* Erythea — ferebantur. *Char. p. 61, 7* idem [*Varro*], inquit [*Plinius*], antiquitatium humanarum XII: 'ab Erythro mare orti'. *haec ad librum a Charisio commemoratum pertinere fere certum est.*

**390*

hi inmutato h in f Falisci dicti sunt, sicut — Formiae quae Hormiae fuerunt ἀπὸ τῆς ὁρμῆς; nam posteritas in multis nominibus f pro h posuit.

*Serv. Aen. 7, 695* Faliscos Halesus condidit. hi autem inmutato — sicut febris dicitur quae ante hebris dicebatur, Formiae — posuit. *cf. Paul. Fest. p. 83, 9. Plin. n. h. 3, 59. Strabo 5, 233. Solin. 2, 7. de Varrone auctore cf. Samter ibid. p. 73. Reitzenstein, Hermes 20, 533.*

1 dicti s.] nominantur *nonnulli codd.*

**391*

dicti sunt ipsi populi Hirpi Sorani; nam lupi Sabinorum lingua vocantur hirpi.

*Serv. Aen. 11, 785* Soractis mons est Hirpinorum in Flaminia conlocatus [*sequitur historia de lupis qui huc venerunt*]. dicti sunt — hirpi. Sorani vero a Dite, nam Ditis pater Soranus vocatur; quasi lupi Ditis patris. *haec ex Varrone manavisse collatis Plin. n. h. 31, 27. Serv. Aen. 7, 563. Isid. or. 14, 9, 2 vidit Samter ibid. p. 70. de Hirpinis rursus* locutus est Varro (*Serv. Aen. 11, 787. Plin. n. h.* 7, 19) fortasse in libro disci*plinarum de medicina.*

*392*

Interamnae et Antemnae dictae sunt, quod inter amnes sint positae vel ante se habeant amnes.

*Paul. Fest. p. 17, 6* amneses appellantur urbes sitae prope amnem, ut a mari maritimae. unde Interamnae — amnes. *Varro de l. L. 5, 28* oppidum Interamna dictum, quod inter amnis est constitutum; item Antemnae, quod ante amnis, qua Anio [quanto *Flor.: em. LSp. et Buech.*] influit in Tiberim. *item Serv. Aen. 7, 631.*

*393*

vult[1] Varro Icarum Creten ibi [*in Icario mari*] interisse naufragio et de exitu hominis inpositum nomen loco.

*Solin. collect. 11, 30* vult ergo Varro — loco.

1 cretae *vel* cretem *nonnulli codd.*

*394*

Varro Latium dici putat, quod latet Italia inter praecipitia Alpium et Apennini.

*Serv. Aen. 8, 322* et Vergilius Latium vult dici, quod illic Saturnus latuit. — Varro autem Latium — Apennini. quidam ferunt a Latino dictum Latium, alii ipsum Latinum a Latio. *cf. Isid. or. 14, 4, 18. 15, 1, 50. CGL IV 449, 26. Saufeius fr. 1. aliter Varro de l. L. 5, 32.*

1 praecip. *Hamb.* praerupta *multi codd.*

*395*

dicta Libya, — ut Varro ait, quasi λιπινια id est egens pluviae.

*Serv. Aen. 1, 22* dicta autem Libya, vel quod inde libs flat, hoc est africus, vel ut Varro — pluviae. *item Schol. in Lucan. 1, 368. cf. Isid. or. 14, 4, 1. 5, 1. Hygin. fab. 149.*

1 *λιπνία τοῦ ὕειν vg.*

*396*

in universam Hispaniam M. Varro pervenisse Hiberos et Persas et Phoenicas Celtasque et Poenos tradit; lusum enim Liberi patris aut lyssam cum eo bacchantium nomen dedisse Lusitaniae et Pana praefectum eius universae.

*Plin. n. h. 3, 8* in universam — universae.

*397*

Oenotria dicta est — ut Varro dicit, ab Oenotro rege Sabinorum.

*Serv. Aen. 1, 532* Oenotria autem dicta est vel a vino optimo, quod in Italia nascitur, vel ut Varro — Sabinorum.

*398*

Palatinus — secundum Varronem et alios a filia Euandri Pallantia ab Hercule vitiata et postea illic sepulta, vel certe a Pallante eius filio illic sepulto —; alii [*Naevius fr. 2*] a balatu ovium Balanteum volunt dictum et exinde per antistoichon Pallanteum dictum.

*Serv. Aen. 8, 51* hic autem mons Palatinus secundum Vergilium a Pallante avo Euandri est dictus, secundum Varronem — sepulto inmaturae aetatis; alii a filio Euandri, qui post mortem patris seditione occisus est; alii — dictum. *cf. Varro de l. L. 5, 53. Dionys. H. 1, 43. Paul. Fest. p. 220, 5. Plin. n. h. 4, 20 Solin. 1, 15. Samter ibid. p. 26 sq.*

4 parantis titron *vel* per antistichon: *em. Masvicius*

*399*

insulam Samum scribit Varro prius Partheniam nominatam, quod ibi Iuno adoleverit ibique etiam Iovi nupserit.

*Lact. d. i. 1, 17, 8* insulam — nupserit.

*400*

Philochorus ait ideo nominatos Pelasgos, quod velis et verno tempore advenire visi sunt, ut aves. Hyginus [*fr. 17*] dicit Pelasgos esse qui Tyrrheni sunt. hoc etiam Varro commemorat.

*Serv. Dan. Aen. 8, 600* Philochorus — commemorat.

*401*

⟨Puteolos dictos putant ab aquae ca⟩ldae pu⟨tore, quidam a multitudine puteorum ear⟩undem ⟨aquarum gratia factorum⟩.

*Fest. p. 218ᵃ, 2* ⟨Puteolos⟩ — ⟨factorum⟩. *Varro de l. L. 5, 25* a puteis oppidum ut Puteoli, quod incircum eum locum *aquae frigidae et* caldae multae, nisi a putore potius, quod

putidus odoribus [odor ibi *OMueller*] saepe ex sulphure et alumine. *cf. Strabo 5, 245.*

1 *sq. suppletum ex Paulo*

*402*

⟨Romam antea Romulam appel⟩latam Terentius quidem ⟨Varro censet ab Romulo⟩, deinde detortam voca⟨buli formam in Romam existimat⟩ credibile.

*Fest. p. 269*$^{b}$*, 28* ⟨Romam⟩ — credibile. *cf. Varro de l. L. 9, 50. Ateius Phil. fr. 14.*

1 *sq. suppl. Urs. OMue.*

**403*

⟨Rosea in agro Reatino camp⟩us appellatur, ⟨quod in eo arva rore u⟩mida semper serunt.

*Fest. p. 282*$^{a}$*, 21* ⟨Rosea⟩ — serunt. *cf. Varro r. r. 1, 7, 10. id. apud Serv. Aen. 7, 712. de Varrone auctore vd. Reitzenstein, Hermes 20, 539. Samter ibid. p. 64 sq.*

1 *sq. suppl. ex Paulo* 2 serent *cod.* seruntur *Paulus*

*404*

Sabini dicti, ut ait Varro . . . . . . . . . ., quod ea gens p̃p̃ praecipue colat de⟨os, id est ἀπὸ τοῦ⟩ σέβεσθαι.

*Fest. p. 343*$^{b}$*, 32* Sabini — σέβεσθαι. *pariter Plin. n. h. 3, 108. cf. Isid. or. 9, 2, 85.*

1 *in lacuna* Terentius *add. Urs., libri nomen excidisse putat O Mueller* 2 p̃ p̃] penates *interpr. Urs. estne* proprios? *suppl. ex Paulo*

**405*

Tusci a frequentia sacrificii dicti sunt, hoc est ἀπὸ τοῦ θύειν.

*Serv. Aen. 2, 781 [postquam de Lydo et Tyrrheno fratribus locutus est]* Tusci autem a — θύειν. *cf. Fest. p. 355*$^{b}$*, 22. Dionys. H. 1, 28. Plin. n. h. 3, 50. Isid. or. 9, 2, 86. de Varrone auctore Reitzenstein, Hermes 20, 536.* Samter ibid. p. 38. 39.

406

Varro dicit Romulum dimicantem contra Titum Tatium a Lucumonibus, hoc est Tuscis, auxilia postulasse; unde quidam venit cum exercitu, cui recepto iam Tatio pars urbis est data; a quo in urbe Tuscus dictus est vicus.

*Serv. Aen. 5, 560* Varro tamen dicit — vicus. *Fest. p. 355*[b], *17* M. Varro [*Tuscum vicum dictum ait*] quod ex Cae⟨lio in eum locum deducti⟩ sint [*Caeles et Vibenna*]. *cf. Varro de l. L. 5, 46.*

*praeterea Varronianam doctrinam in huius modi nominibus apud Festum plus minus certis indiciis saepius deprehendes, uti in his: Paul. p. 20, 8* Aenariam (*Plin. n. h. 3, 82*); *p. 22, 11* Anxur (*Plin. n. h. 3, 59. Serv. Aen. 7, 799; cf. Samter ibid. p. 74*); *p. 34, 14* Beneventum (*Plin. n. h. 3, 105; cf. Liv. 9, 27*); *p. 69, 1* Daunia (*Plin. n. h. 3, 99. Serv. Aen. 8, 9*); *p. 100, 15* Hernici (*Serv. Aen. 7, 684. Schol. Veron Aen. 7, 683. Schol. Iuven. 14, 180; cf. Samter ibid. p. 74 adn. 4*); *p. 115, 15* Lectosia (*Dionys. H. 1, 53. Solin. 2, 13*); *Fest. p. 355*[b], *25* ⟨Tusculum⟩ (*Plin. n. h. 3, 50. Serv. Dan. Aen. 10, 164. Isid. or. 14, 4, 22*). *pariter Varrone Verrium usum esse in tribuum appellationibus enodandis L Mercklin demonstravit* (*ind. lect. Dorpat. 1852 p. 5 sq.*). *eae igitur sunt: Paul. p. 55, 10* Crustumina tribus a Tuscorum urbe Crustumeria; *p. 115, 11* Lemonia tribus a pago Lemonio; *p. 136, 13* Maecia tribus a quodam castro; *Fest. p. 194*[b], *2* Oufentinae tribus (*ab Oufente flumine*); *p. 233*[b], *8* ⟨Pomptina tribus a Pome⟩tia ur⟨be⟩; *p. 233*[b], *10* ⟨Pa⟩piria ⟨tribus a Papirio⟩; *p. 233*[b], *21* ⟨Pupinia tribus⟩ (*ab agro Pupinio*); *p. 233*[b], *25* Popillia tri⟨bus — a progenetrice Popilliorum⟩; *p. 254*[b], *14* Quirina tribus a Curensibus Sabinis; *p. 270*[a], *1* ⟨Romuliam tribum⟩ (*ab agro quem Romulus cepit a Veientibus*); *p. 302*[a], *15* Suburanam ⟨tribum⟩ (*locus est corruptus*); *p. 343*[b], *26* S⟨captia tribus a no⟩mine urbis Scaptiae; *p. 343*[b], *28* Stellati⟨na tribus⟩ (*a Stellatino campo*); *p. 343*[b], *31* Sabati⟨na a lacu Saba⟩te; *Paul. p. 367, 16* Tromentina tribus a campo Tromento dicta; *p. 368, 11* urbanas tribus appellabant, in quas urbs erat dispertita a Servio Tullio rege, id est Suburana Palatina Esquilina Collina. *ista tamen ex libris Antiquitatum potius quam ex libro Tribuum, ut Mercklin opinatur, manavisse puto; cf. Reitzenstein, Verr. Forsch. p. 54.*

VARIORUM NOMINUM PROPRIORUM

407

Varro Feralium diem ait a ferendis in sepulchra *epulis dici.*

*Macrob. 1, 4, 14* sed et ipsa festorum nomina secundum regulam declinata apud veteres reperio, si quidem Varro — dici non dixit 'Feraliorum'. *idem veriloquium est apud Varr. de l. L. 6, 13, sed ibi deest genetivus 'Feralium'.*

1 ferialium *codd.*

*408*

nomina decem mensibus antiquis Romulum fecisse Fulvius [*fr. 1*] et Iunius [*fr. 5*] auctores sunt; et quidem duos primos a parentibus suis nominasse, Martium a Marte patre, Aprilem ab Aphrodite id est Venere, unde maiores eius oriundi dicebantur; proximos duos a populo, Maium a maioribus natu, Iunium a iunioribus; ceteros ab ordine quo singuli erant, Quintilem usque Decembrem perinde a numero. Varro autem Romanos a Latinis nomina mensum accepisse arbitratus auctores eorum antiquiores quam urbem fuisse satis argute docet. itaque Martium mensem a Marte quidem nominatum credit, non quia Romuli fuerit pater, sed quod gens Latina bellicosa; Aprilem autem non ab Aphrodite, sed ab aperiendo, quod tunc fere cuncta gignantur et nascendi claustra aperiat natura; Maium vero non a maioribus sed a Maia nomen accepisse, quod eo mense tam Romae quam antea in Latio res divina Maiae fit et Mercurio; Iunium quoque a Iunone potius quam iunioribus, quod illo mense maxime Iunoni honores habentur; Quintilem quod loco iam apud Latinos fuerit quinto, item Sextilem ac deinceps ad Decembrem a numeris appellatos. ceterum Ianuarium et Februarium postea quidem additos, sed nominibus iam ex Latio sumptis; et Ianuarium ab Iano, cui adtributus est, nomen traxisse, Februarium a februo. est februum quidquid piat purgatque et februamenta purgamenta, item februare purgare et purum facere. februum autem non idem usquequaque dicitur; nam aliter in aliis sacris februatur, hoc est purgatur. in hoc autem mense Lupercalibus, cum Roma lustratur, salem calidum ferunt, quod februum appellant, unde dies Lupercalium *proprie februatus* et ab eo porro mensis Februarius *vocitatur.*

*Censor. d. n. 22, 9* nomina — vocitatur. *haec Varro in libr. de l. L. 6, 33 strictius repetivit.*

6 a *post* Maium *om. Vatic.* ceteris 9 arbitrantur *Darmst.* -tratur *Vatic. Darmst. m. 2: em. Jahn* actores *Darmst.* 10 argute *Carrio* arkti *Darmst.* arkyti *Vatic.* 13 ferre *Darmst.* 19 ĭoiam *Vatic.* 20 numis appellatus *Darmst.* 24 februm expiat *Vatic.* ex *initio superscr. in Darmst. m. 2* 26 februm

*409*

Cincio [*fr. 6*] etiam Varro consentit adfirmans nomen Veneris ne sub regibus quidem apud Romanos vel Latinum vel Graecum fuisse et ideo non potuisse mensem a Venere nominari. sed cum fere ante aequinoctium vernum triste sit caelum et nubibus obductum, sed et mare navigantibus clausum, terrae etiam ipsae aut aqua aut pruina aut nivibus contegantur, eaque omnia verno id est hoc mense aperiantur, arbores quoque nec minus cetera, quae continet terra, aperire se in germen incipiant, ab his omnibus mensem Aprilem dici merito credendum est quasi Aperilem, sicut apud Athenienses ἀνθεστηριὼν idem mensis vocatur ab eo quod hoc tempore cuncta florescant.

*Macrob. 1, 12, 13* Cincius [*fr. 6*]. Cincio — florescant. *Serv. g. 1, 43* Aprilis vero dictus est quasi terras tepore aperiens. *cf. Fulv. Nobil. fr. 1.*

1 cingio (cangio *ut vid. Paris. m. 1*) 2 regulis *Paris.* apud R.] Romanorum *Paris. m. 1* 3 mentem *Bamb. m. 1* 6 nubibus: *em. Veneta*

*410*

⟨Ta⟩u⟨rios⟩ ludos Varro ait vocari, quod ⟨eis ludis discipu⟩lus pendens a doctore in cr⟨udo corio tauri⟩ solitus sit inpelli, atque us⟨que eo inibi cogi⟩ docere, quoad consisteret ⟨atque virtu⟩te talorum constaret pedu⟨m firmitas⟩.

*Fest. p. 351ᵇ, 15* ⟨Tauri ludi in⟩stituti dis inferis — ⟨sed Ta⟩u⟨rios⟩ — ⟨firmitas⟩. *cf. Varro* de l. L. 5, 154. Liv. 39, 22. *Serv. Dan. Aen. 2, 140.*

NOMINUM COMMUNIUM

*411*

ager arcifinius, sicut ait Varro, ab arcendis hostibus est appellatus.

*Frontin. grom. Lat. I 6* nam ager — appellatus. *IV Disciplinarum tribuit Ritschl op. 3, 359.*

*412*

Varro diis superis altaria, terrestribus aras, inferis focos dicari adfirmat.

*Serv. Dan. buc. 5, 66* novimus enim aras et diis esse superis et inferis consecratas, altaria vero esse supernorum tantum deorum, quae ab altitudine constant esse nominata. — Varro — adfirmat. *Isid. app. XXIII diff. verb. 227* inter altaria et aras hoc interest, quod altaria deo ponuntur, arae etiam defunctis [= *Schol. Bern. buc. 5, 65*]. *id. or. 15, 4, 13* aram quidam vocatam dixerunt, quod ibi incensae victimae ardeant [= *de l. L. 5, 38*]; alii aras dicunt a precationibus, id est quas Graeci ἀρὰς dicunt, unde contra imprecatio κατάρα dicitur [= *Serv. Aen. 2, 515*]; alii volunt ab altitudine aras, sed male. *14* altare autem ab altitudine constat esse nominatum quasi alta ara. *cf. Paul. Fest. p. 5, 8. 29, 10. Macrob. 3, 2, 8* (= *Varr. fr. 128*). *Antiq. div. V tribuit Merkel.*

*413*

amoena — quasi amunia, hoc est sine fructu, ut Varro et Carminius docent.

*Serv. Aen. 6, 638* amoena autem, quae solum amorem praestant, vel, ut supra diximus [*5, 734*], quasi amunia — docent. *Isid. or. 14, 8, 33* amoena loca Verrius Flaccus [*fr. 27*]; Varro [Verrius Flaccus *codd., qui* Varro *antea*] quod sine munere sunt, nec quidquam in his officii, quasi amunia hoc est sine fructu, unde fructus nullus exsolvitur; inde etiam nihil praestantes immunes vocantur [= *Serv. Aen. 5, 734*]. *cf. Isid. diff. verb. 42. CGL V 439, 36.*

*414*

arundo dicta, quod cito arescat. hanc veteres cannam vocaverunt, arundinem vero postea: dixit Varro.

*Isid. or. 17, 7, 57* arundo — Varro. *Agroec. orth. p. 122, 18 arundo canna* est ab ariditate dicta.

415

auruginem Varro appellari ait a colore auri.

*Isid. or. 4, 8, 13* auruginem vero Varro — auri. *Disciplinarum VIII adsignavit Ritschl op. 3, 368.*

416

baxeas calciamenta feminarum, ut Varro dicit.

*De dub. nom. CGK V 572, 21* baxeas — dicit.

417

διὰ τί κοσμοῦσι τοὺς παῖδας τοῖς περιδεραίοις, ἃ βούλλας καλοῦσι; — ὃ μὲν γὰρ οἵ περὶ Βάῤῥωνα λέγουσιν, οὐ πιθανόν ἐστι, τῆς βουλῆς ὑπὸ Αἰολέων βόλλας προσαγορευομένης, τοῦτο σύμβολον εὐβουλίας περιτίθεσθαι τοὺς παῖδας.

*Plut. quaest. R. 101* διὰ τί — παῖδας. *cf. id. Rom. 20.*

3 βούλλης *edd.*

418

caelum quidem haut dubie caelati argumento diximus, ut interpretatur M. Varro.

*Plin. n. h. 2, 8* caelum — Varro. *cf. supra fr. 91. Ael. Stilo fr. 7. Schol. in Lucan. 9, 578. Isid. or. 3, 31, 1. Gruppe, Hermes 11, 238. Disciplinarum VI tribuit Ritschl op. 3, 396.*

419

auctore M. Varrone is demum latine caper dicitur qui excastratus est.

*Gell. 9, 9, 8* quo enim pacto diceret [*Vergilius*] ‘τὸ καλὸν πεφιλημένε’, verba hercle non translaticia sed cuiusdam nativae dulcedinis? hoc igitur reliquit et cetera vertit non infestiviter [*Theocr. 3, 3sq. Verg. buc. 9, 23sq.*], nisi quod caprum dixit quem Theocritus ἐνόρχαν appellavit. auctore enim M. Varrone — est. *cf. Varro de l. L. 5, 97. r. r. 2, 3, 7. Paul. Fest. p. 48, 14. Isid. or. 12, 1, 15. CGL V 275, 17. VI 176. libro V De serm. Lat. tribuit Wilmanns.*

420

carceres quasi arceres secundum Varronem.

*Serv. Aen. 5, 145* carcer est numero tantum singulari custodia noxiorum; carceres vero tantum plurali ostia, quibus equi

arcentur; unde et carceres — Varronem. *id. Aen.* **1, 54** carcer autem undecumque prohibemur exire, dictus quasi arcer ab arcendo. *item Serv. g. 3, 104. Schol. Bern. ibid. aliter Varro de l. L. 5, 151* carcer a coercendo quod exire prohibentur. *id. 153* carceres dicti quod coercuntur equi, ne inde exeant. *cf. Isid. or. 5, 27, 13. 15, 2, 46. 18, 32. utrum Varronis etymon a Servio relatum ex locis De l. L. perverse immutatum sit, an alio in libro Varronis fuerit dubitat Woelfflin, Arch. f. Lat. Lex. 8, 573, sed cf. fr. 354. aliud etymon ap. Santram fr. 12.*

*421*

coram de praesentibus nobis, palam etiam de absentibus.

*Serv. Dan. Aen. 1, 595* et coram non nulli ad personam, ut 'coram Vergilio [viro *Paris. 1750*],' palam ad omnes referri volunt, ut 'palam omnibus'. Varro: coram — absentibus. *Serv. Dan. Aen. 2, 538* et coram ad personam certam refertur, palam ad omnes. *cf. Prisc. III 52, 13. Caper orth. p. 97, 10. Audax exc. p. 354, 18. Anecd. H. p. 277, 22. 216, 17. Suet rell. p. 286 R. Don. Ter. andr. 3, 2, 10*[1]. *adelph. 4, 3, 17. Isid. diff. verb. 91. app. XXIII diff. verb. 16. CGL IV 136, 28. 224, 13. libro V De serm. Lat. tribuit Wilmanns.*

*422*

curculio. Varro ait hoc nomen per antistoechum dictum quasi gurgulio, quoniam paene nihil est nisi guttur.

*Serv. g. 1, 186* curculio — guttur. *Schol. Bern. ibid.* curculio. Varro — gurgulio. curculio, genus bestiae. *cf. Schol. in Pers. 4, 38 (et adn. Jahni). Isid. or. 12, 8, 17.*

*423*

'dimidium librum legi' aut 'dimidiam fabulam audivi' vel quid aliud huiusce modi male ac vitiose dici existumat Varro. oportet enim inquit dicere 'dimidiatum librum', non 'dimidium', et 'dimidiatam fabulam', non 'dimidiam'. contra autem si ⟨ex⟩ sextario hemina fusa est, non 'dimidiatum sextarium fusum' dicendum est, et qui ex mille nummum, quod ei debebatur, quingentos recepit, non dimidiatum *recepisse dicemus*, sed dimidium. at si scyphus *inquit* argenteus mihi cum alio communis in duas

partis disiectus sit, dimidiatum eum esse dicere scyphum debeo, non dimidium, argentum autem, quod in eo scypho inest, dimidium meum esse, non dimidiatum, disseritque ac dividit subtilissime quid dimidium dimidiato intersit, et Q. Ennium scienter hoc in annalibus dixisse ait [*536 V.*[2]]: 'sicuti si quis ferat vas vini dimidiatum'. sicuti pars quae deest ei vaso, non dimidiata dicenda est, sed dimidia. omnis autem disputationis eius, quam subtiliter quidem, sed subobscure explicat, summa haec est: dimidiatum est quasi dismediatum et in partis duas pares divisum, dimidiatum ergo nisi ipsum, quod divisum est, dici haut convenit; dimidium vero est, non quod ipsum dimidiatum est, sed quae ex dimidiato pars altera est. cum igitur partem dimidiam libri legisse volumus dicere aut partem dimidiam fabulae audisse, si 'dimidiam fabulam' aut 'dimidium librum' dicimus, peccamus; totum enim ipsum quod dimidiatum atque divisum est, dimidium dicis. itaque Lucilius eadem secutus [*1342 Ma.*]: 'uno oculo' inquit 'pedibusque duobus dimidiatus / ut porcus'; et alio loco [*1283 Ma.*]: 'quidni? et scruta quidem ut vendat scrutarius laudat, / praefractam strigilem, soleam inprobus dimidiatam'. iam in vicesimo manifestius 'dimidiam horam' dicere studiose fugit, sed pro dimidia dimidium ponit in hisce versibus [*571 Ma.*]: 'tempestate sua atque eodem uno tempore et horae / dimidio et tribus confectis dum taxat eandem / ad quartam'.

nam cum obvium proximumque esset dicere 'dimidia et tribus confectis', vigilate atque attente verbum non probum vitavit. per quod satis apparet ne 'horam' quidem 'dimidiam' recte dici, sed vel 'dimidiatam horam' vel 'dimidiam partem horae'. propterea Plautus quoque in Bacchidibus [*1189*] 'dimidium auri' dicit, non 'dimidiatum aurum'; item in Aulularia 'dimidium obsoni', non 'dimidiatum obsonium', in hoc versu [*291*]: 'ei adeo obsoni hic iussit dimidium dari'; in Menaechmis autem 'dimidiatum diem', non 'dimidium' in hoc versu [157]: '*dies quidem iam* ad umbilicum dimidiatus mortuust.'

M. etiam Cato in libro, quem de agri cultura conscripsit [*151*]: 'semen cupressi serito crebrum, ita uti linum seri solet. eo cribro terram incernito dimidiatum digitum. iam id bene tabula aut pedibus aut manibus complanato'. 'dimidiatum' inquit 'digitum', non 'dimidium'. nam 'digiti' quidem 'dimidium', digitum autem ipsum dimidiatum dici oportet. item M. Cato de Carthaginiensibus ita scripsit [*p. 56 fr. 3 J.*]: 'homines defoderunt in terram dimidiatos ignemque circumposuerunt, ita interfecerunt'. neque quisquam omnium, qui probe locuti sunt, his verbis sequius quam dixi usus est.

*Gell. 3, 14* dimidium librum — usus est. *cf. Agroec. orth. p. 116, 21. Beda orth. p. 269, 27. Anecd. H. p. 287, 21. Isid. diff. verb. 146. haec V Disciplinarum vulgo adscribuntur; cf. Ritschl op. 3, 363. Kretzschmer, de Gell. font. p. 10. 51. Ruske, de Gell. Noct. Attic. font. p. 29.*

4 *et* 5 non dim. *om. Lugd-Bat.* 5 ex *add. codd. deterr.* 6 ⟨dimidium⟩, non dim. *edd. vett.* dim. ⟨sed dimidium⟩ *Skutsch* 9 ac *Paris. Vatic.* 12 delebo *Lugd-Bat.* argenti *Lugd-Bat. Vatic.* 13 eum 16 dixisset *Paris. Vatic. m. 1* 18 dimidiato *Paris. m. 1 Lugd-Bat. Vatic.* 28 eandem *Paris. Vatic.* 30 dimiditus *Lugd-Bat. Vatic.* dimidius *Paris.* 31 vendat et praefactam *Lugd-Bat. Vatic.* 35 hora: *em. codd. deterr.* 36 at *codd. optt.* 37 dimidiam: *em. Hertz* 40 dicit *Paris. Lugd-Bat.* 45 obsonii (*ita et Vatic.*) hinc *Plautus* 47 mortuus est 51 tabulam 56 igneque *Lugd-Bat. Vatic.* 57 sequi usquam

### *424*

divos perpetuos, deos qui propter sui consecrationem timentur, ut sunt dii manes.

*Serv. Aen. 5, 45* 'divum' et 'deorum' indifferenter plerumque ponit poeta, quamquam sit discretio, ut deos perpetuos dicamus, divos ex hominibus factos, quasi qui diem obierint; unde divos etiam imperatores vocamus. sed Varro et Ateius [*Phil. fr. 12. Cap. 15*] contra sentiunt dicentes divos — manes. *cf. Serv. Aen. 8, 275. Isid. diff. verb. 168.*

### *425*

dolo est — secundum Varronem ingens contus cum *ferro brevissimo.* dolones autem a fallendo dicti sunt, *quod decipiant* ferro cum speciem praeterant ligni.

*Serv. Aen. 7, 664* dolo est aut flagellum intra cuius virgam latet pugio aut secundum — ligni. *Isid. or. 18, 9, 4* dolones autem a dolo dicti sunt, quod fallant et decipiant ferro cum speciem praeferant ligni. *item CGL V 551, 34. aliter Don. Ter. eun. 3, 3, 9*[1].

1 dolon *plerique codd.* Varr. *om. Regin.*

*426*

frendere significat dentibus frangere, unde nefrendes infantes, quia nondum habent dentes. et Varro frenos hinc putat dictos.

*Serv. Dan. Aen. 8, 230* proprie infrendens est inter se conprimens dentes; nam et frendere — dictos. frendere ergo quoquo modo frangere, ut 'fresa faba' fracta. *Varro r. r. 2, 4, 17* amisso nomine lactantes dicuntur nefrendes ab eo, quod nondum fabam frendere possunt id est frangere. *item Ter. Scaur. p. 12, 3. cf. Muc. Scaev. fr. 3. At. Phil. fr. 13. Paul. Fest. p. 91, 12. 74, 17. Non. p. 447, 14. Lact. Plac. Stat. Theb. 5, 663. 9, 446. Isid. or. 4, 6, 3. 10, 106. 138. 17, 4, 4. 20, 16, 1. diff. verb. 226. CGL V 33, 39. Wessner, Comment. Jen. 6*[2]*, 107*

1 unde et *Daniel*

*427*

oculorum orbes concavis foraminibus [*deus*] conclusit, a quo foratu frontem nominatam Varro existimat.

*Lact. de opif. d. 8, 6* ac primum quod oculorum — existimat, eos neque minus neque amplius quam duos esse voluit. *Isid. or. 11, 1, 35* frons ab oculorum foraminibus nominata est. *cf. id. diff. rer. 53. haec ad logistoricum Tuberonem pertinere videntur, non secus ac fr. 433. 437. 448. 461. cf. SBrandt, Wien. Stud. 13 (1891) p. 266.*

2 fora *cum spatio Floriac.*

*428*

facem de fune, ut Varro dicit, unde et funus dictum est.

*Serv. Aen. 6, 224* facem — est. *id. Aen. 1, 727* funalia sunt quae intra ceram sunt, dicta a funibus, quos ante usum papyri cera circumdatos habuere maiores; unde et funera dicuntur, quod funes incensos mortuis praeferebant. — [*Dan.*] Varro *de vita p. R. [1, 52 Kettn.]*: 'facibus aut candela simplici † aut ex

**e funiculo facto earum vestigia quod ubi ea figebant appellarunt funalia'.** *cf. id. Dan. 11, 143. Isid. or. 11, 2, 34. 19, 4, 1. 20, 10, 5. Don. Ter. andr. 1, 1, 81*[1]*. 88. 100. aliter Paul. Fest. p. 84, 6.*

*429*

hilum Varro ait significare medullam eius ferulae, quam Graeci ἀσφόδελον vocant, et sic dici apud nos nihilum, quomodo apud Graecos οὐδὲ γρῦ.

*Isid. or. 10, 186* hilum — γρῦ. *Varro de l. L. 9, 54* quod [nihili] est ex ne et hili; quare dictus est nihili qui non hili erat. *item 10, 81. Paul. Fest. p. 101, 8* hilum putant esse, quod grano fabae adhaeret, ex quo nihil et nihilum. *cf. id. p. 175, 3. Non. p. 121, 2. supra fr. 123.*

*430*

ex senatus consulto et Maenia lege ad propitiandum Iovem additus est illis circensibus dies, isque instauraticius dictus est non a patibulo, ut quidam putant, Graeco nomine ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, sed a redintegratione, ut Varroni placet, qui instaurare ait esse instar novare.

*Macrob. 1, 11, 5* ex senatus itaque consulto — novare. *cf. Paul. Fest. p. 111, 4. Serv. Aen. 2, 15 (Serv. Dan. Aen. 2, 669). Isid. or. 19, 10, 1. CGL V 78, 15.*

*431*

idem Varro spargendarum nucum hanc dicit esse rationem, ut Iovis omine matrimonium celebretur, ut nupta matrona sit, sicut Iuno; nam nuces in tutela sunt Iovis, unde et iuglandes vocantur quasi Iovis glandes.

*Serv. buc. 8, 29* idem — glandes. *Varro de l. L. 5, 102* nux iuglans*— similis glandis, haec glans optima et maxima a Iove et glande iuglans est appellata. *cf. Plin. n. h. 15, 91. Macrob. 3, 18, 3. Non. p. 122, 30. cum Servius proxime antea Varronis Aetia ad institutum quoddam in nuptiis explicandum memoret pergatque 'idem Varro' etc., ex eodem opere haec ducta esse videntur.*

4 iugulandes *Paris.* (vigul- *Hamb.*) *fort. recte* dicuntur *Bern. Lemov.*

*432*

*cur triumphantes* lauro coronentur haec ratio est, quo-

niam apud veteres a laude habuit nomen, nam laudum dicebant.

*Serv. buc. 8, 12* cur tamen triumphantes — dicebant. —. Varro ait Liberum patrem propter calorem vini hedera coronatum. idem Varro etiam Musas ait hedera coronari. *cf. Paul. Fest. p. 117, 13 et praesertim Macrob. 3, 12, 3. haec l. II Antiq. hum. tribuenda esse videntur.*

*433*

Varro a ligando cibo putat linguae nomen inpositum.

*Lact. de opif. d. 10, 16* itaque Varro — inpositum. *Isid. or. 11, 1, 51* linguae a ligando cibo putat Varro nomen inpositum. *cf. id. diff. rer. 58. de collocatione cf. ad fr. 427.*

**434*

hinc et locupletes dicebant loci, hoc est agri, plenos. pecunia ipsa a pecore appellabatur. etiam nunc in tabulis censoriis pascua dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc solum vectigal fuerat. multatio quoque non nisi ovium boumque inpendio dicebatur, nec omittenda priscarum legum benevolentia. cautum quippe est, ne bovem prius quam ovem nominaret qui indiceret multam. ludos boum causa celebrantes Bubetios vocabant.

*Plin. n. h. 18, 11* hinc et — vocabant. Servius rex ovium boumque effigie primum aes signavit. *Varro de l. L. 5, 92* pecunia a pecu *95* in pecore pecunia tum pastoribus consistebat. *Ovid. fast. 5, 280* aut pecus aut latam dives habebat humum, / hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est. *cf. Plin. n. h. 33, 43. Varro r. r. 2, 1, 9. Inc. de diff. CGK VII 525, 5. Nig. Fig. fr. 15. Verrius (Paul. Fest. p. 119, 2). de Varrone auctore Münzer ibid. p. 252 sq.*

5 nec *Leid. m. 2 Detlefsen* non *vg.* 7 ne quis bovem *Leid. m. 2 cod. Chiffletian. Detl.*

*435*

Varro lu⟨dios a ludo id est a⟩ lusu interpretatur, sicut et Lupercos lud⟨i⟩os appel⟨labant, quod lude⟩ndo discurrant.

*Tert. de spect. 5* (= *Suet. rell. p. 333 R.*) ⟨in⟩de [ab *Etruria*] Romani arcessitos artifices [Lydos] mutuantur tem⟨*pus enuntiatio*⟩nem, ut ludii a Lydis vocarentur. sed etsi

Varro — discurrant, tamen eum lusum iuvenum et die⟨bus festis et tem⟩plis et religionibus reputat. *Isid. or. 18, 16, 2* Varro autem dicit ludos a lusu vocatos, quod iuvenes per dies festos solebant ludi exultatione populum delectare. *an ex libro IX aut X Antiq. div.? cf. Krahner, Zeitsch. f. Altw. 1852. 10 Jahrg. p. 409. Samter, quaest. Varron. 38 adn. 4. aliter Cichorius, Comment. Ribb. p. 425. ceterum cf. etiam Varro de vita p. R. I (Non. p. 530, 21; fr. 25 Kettner).*

1 lu⟨dios⟩ *Reiff.* lu⟨dos⟩ *vg.* 2 lud⟨i⟩os *Oehler*

*436*

omnes candido tantum marmore usi sunt e Paro insula, quem lapidem coepere lychnitem appellare, quoniam ad lucernas in cuniculis caederetur, ut auctor est Varro.

*Plin. n. h. 36, 14* omnes autem candido — Varro, multis postea candidioribus repertis, nuper vero etiam in Lunensium lapicidinis. *Varro de l. L. 5, 119* lucerna post inventa, quae dicta a luce aut quod id vocant λύχνον Graeci.

*437*

ut oculi munitiores essent ab iniuria, eos ciliorum tegminibus occuluit [*deus*], unde oculos esse dictos Varroni placet.

*Lact. de opif. d. 10, 1* ut igitur oculi — placet. nam ipsae palpebrae, quibus mobilitas id est palpitatio vocabulum tribuit, pilis in ordinem stantibus vallatae saeptum oculis decentissimum praebent. *cf. Isid. or. 11, 1, 36. diff. rer. 54. fortasse palpebrarum quoque etymologia Varronis est. cf. supra fr. 17. de collocatione ad fr. 427.*

2 occulit *Bonon.*

** 438*

ovalis corona est murtea, quam habebant qui ovantes introibant, cum bella non erant indicta aut sine sanguine confecta.

*Paul. Fest. p. 195, 7* ovalis — confecta. *cf. Plut. Marc. 22. Dionys. H. 5, 47. Suet. rell. p. 283 R. Gell. 5, 6, 21. Festi glossas de coronis militaribus ex Varronis Antiquitatibus (ex libro, ut videtur, de bello et pace;* cf. Gruppe, Comment. *Momms. 546) sumptas esse ostendit Merklin,* ind. lect. Dorpat. 1859.

*verum tamen etymon in hac sola inest, nisi quod fortasse 'corona' quoque glossa (Paul. Fest. p. 37, 1) Varronis est. cf. etiam Fest. p. 313a, 12 et Plin. n. h. 21, 3 (Varro de l. L. 6, 64) et de his Cichorius, Comment. Ribb. p. 429.*

*439*

ὀπίμια δὲ τὰ σκῦλά φησι Βάῤῥων, καθότι καὶ τὴν περιουσίαν ὄπεμ λέγουσιν.

*Plut. Rom. 16* ὀπίμια — λέγουσιν. *cf. Fest. p. 186b, 21. Liv. 1, 10. 4, 20. Serv. Aen. 6, 855.*

*440*

ostentum, quod aliquid hominibus ostendit; portentum, quod aliquid futurum portendit; prodigium, quod porro dirigit; miraculum, quod mirum est; monstrum, quod monet.

*Serv. Dan. Aen. 3, 366* prodigium portentum ⟨et⟩ monstrum modico fine discernuntur, sed confuse pro se plerumque ponuntur. Varro sane haec ita definit: ostentum — monet. *Isid. diff. verb. 459* portentum nascitur et in sua permanet qualitate; ostentum vero subito offertur oculis et subducitur. sic portentum dicitur a portendendo id est porro ostendendo, sicut et prodigium, quod porro dicat id est futura de longe praedicat. monstrum sane a monitu vel monstrando dictum, quod aliquid significando demonstret et statim. quinque sunt autem genera prodigiorum, ut Varro dicit, id est portentum ostentum prodigium miraculum et monstrum. *cf. Isid. ibid. 457. or. 11, 3, 1. Ael. Stilo fr. 17. Sinn. Cap. fr. 7. August. civ. d. 21, 8. Non. p. 375, 27. 429, 1. 435, 27. Inc. de diff. CGK VII 520, 20. de prodigiis Varro in Antiq. humanis (Serv. Dan. Aen. 8, 526), in libris De gente p. R. (August. l. c.), in logistorico De admirandis locutus est.*

3 p. dicit *fort. ex Isid. scribendum*

*441*

secundum Varronem palla dicta est ab inrugatione et mobilitate, quae est et circa finem huius modi vestium, ἀπὸ τοῦ πάλλειν.

*Serv. Aen. 1, 648* pallam rigentem. — significat autem tunicopallium, quod secundum — πάλλειν. *cf. Isid. or. 19, 25, 2. Non. p. 537, 32. aliter Varro de l. L.* 5, 131.

*3* παλλιν *Casell.* -λει *Lips.* -λαειν *Monac.*

*442*

Varro refert Pilumnum quendam in Italia fuisse, qui pinsendis praefuit arvis; unde et pilumni et pistores. ab hoc igitur pilum et pilam inventa, quibus far pinsitur, et ex eius nomine ita appellata.

*Isid. or. 4, 11, 5* est enim pila vas concavum et medicorum apta usui, in qua proprie ptisanae fieri et pigmenta confici [concidi *vg.*] solent. Varro autem refert — appellata. *cf. supra fr. 358. 475. Varro de l. L. 5, 138. Disciplinarum VIII tribuit Ritschl op. 3, 368.*

2 pinsendi praebuit artem *nonnulli codd.* Pilumni cultores pist. *Ritschl coll. Serv. Aen. 9, 4* 3 inventam

** 443*

qui versus facit παρὰ ⟨τὸ⟩ ποιεῖν dictus est ποιητής, Latina lingua vates, quod verba modulatione conectat; viere enim conectere est; unde vimen dictum virgulti species et viti in rotis.

*Mar. Vict. p. 56, 16* qui — in rotis. poetice est ars ipsa; nam poesis et poema distant eo, quod poema ⟨uno⟩ tantum modo clauditur carmine, ut tragoedia vel rapsodia, poesis autem ex pluribus [id] est, corpus operis confecti, ut Ilias Homeri et Aeneis Vergilii. *Don. Ter. andr. prol.*[3] 'quas fecisset fabulas': bene 'fecisset', non 'scripsisset'; unde et poetae a faciendo dicti sunt, ἀπὸ τοῦ ποιεῖν. *cf. Diom. p. 491, 18. de Varrone auctore cf. fr. 66.*

1 τὸ *add. edit. princ.* 2 vates dicitur qui *Paris.* 4 vitis et vietores *Keil*

*444*

poscere est secundum Varronem quotiens aliquid pro merito nostro deposcimus, petere vero est cum aliquid humiliter et cum precibus postulamus.

*Serv. Aen. 9, 192* poscere — postulamus. *cf. Don. Ter. andr. 2, 5, 11*[2]. *Non. p. 375, 14. Isid. diff. verb. 438. CGL V 556, 7.*

** 445*

*procum* patricium in discriptione classium, quam fecit *Ser. Tullius, significat* procerum; i enim sunt principes.

*Fest. p. 249ᵃ, 1* procum — principes. *Varronem auctorem esse apparet ex fr. 32 (cf. fr. 111. 112. 113). cf. Mommsen, die Röm. Tribus p. 216.*

1 discriptionec eas sium *cod.* 2 proceres enim *post* significat *interpungens Reitzenstein, Verr. Forsch. p. 28 adn. 1*

*446*

Varro pronubam dicit quae ante nupsit et quae uni tantum nupta est.

*Serv. Dan. Aen. 4, 166* Varro — est. ideoque auspices deliguntur ad nuptias. *cf. Paul. Fest. p. 244, 3. Fest. p. 242ᵇ, 29. Isid. or. 9, 7, 8. CGL V 325, 35.*

1 nupserit *Floriac.* vel quae *Turon. et in marg. Ambros.* ueque *Floriac.* neque *Daniel et Ambros.* et quae *Scal.*

*447*

Varro quinque gradus aetatis aequabiliter putat esse divisos, unum quemque scilicet praeter extremum in annos XV. itaque primo gradu usque annum XV pueros dictos, quod sint puri id est inpubes; secundo ad tricensimum annum adulescentes ab alescendo sic nominatos; in tertio gradu qui erant usque quinque et quadraginta annos iuvenis appellatos, eo quod rem publicam in re militari possent iuvare; in quarto autem adusque sexagensimum annum seniores vocitatos, quod tunc primum senescere corpus inciperet; inde usque finem vitae unius cuiusque quintum gradum factum, in quo qui essent senes appellatos, quod ea aetate corpus iam senio laboraret.

*Censor. d. n. 14, 2* Varro — laboraret. *cf. Paul. Fest. p. 5, 6. Isid. or. 11, 2, 1 sq.*

4 secundus *Colon.* -dos *Vatic. 4929* 5 allescendo *Colon. Vatic. id.* 6 erat

*448*

quos [*rienes*] ait Varro ita dictos, quod rivi ab his obsceni umoris oriantur.

*Lact. de opif. d. 14, 3* quid rienum gemina similitudo? quo ait — oriantur. *item Isid. or. 11, 1, 97. de collocatione cf. fr. 427.*

2 umores *Bonon. m. 1* humoris *Bonon. m. 2 is in ras. et h postea eras.* humoris *Valent.* hu *in ras.*

*449*

Varro regium cognominatum arquatorum morbum tradit, quoniam mulso curetur.

*Plin. n. h. 22, 114* Varro — curetur.

1 marquatorum *Ricc.* arquatum *Barbarus*

*450*

robigo est — vitium obscenae libidinis, quod ulcus vocatur.

*Serv. g. 1, 151* robigo autem genus est vitii, quo culmi pereunt —. inde et Robigus deus et sacra eius decimo [septimo *Masvicius*] Kł. Maias Robiginalia appellantur. sed haec res abusive robigo dicitur; nam proprie robigo est, ut Varro dicit, vitium — vocatur. *Schol. Bern. ibid.* rubigo genus vitii, quo culmi pereunt, abusive. proprie vitium — vocatur, ut Varro ait. *Anecd. H. p. CLXXVIII* rubigo est vitium obsc. lib. vel obsceni livoris, ut Varro ait, quod u. voc. *haec a Disciplinarum VIII Ritschl (op. 3, 400) dubitanter, ab Antiq. div. Agahd ducta esse putant.*

1 rubigo *nonnulli codd.*

*451*

Varro asinos rudere, canes gannire, pullos pipare dixit.

*Non. p. 450, 6* gannire cum sit proprie canum (Varro — dixit, et Lucretius lib. V [*1070*] 'alio pacto gannitu vocis adulent'), etiam humanam vocem non nulli gannitum vocaverunt. *cf. Varro de l. L. 7, 103. Paul. Fest. p. 177ª, 21. Non. p. 156, 21. Suet. rell. fr. 161 R. Woelfflin, Arch. f. Lat. Lex. 8, 432 sq. lib. II De l. L. tribuit Wilmanns.*

1 garrire *Lugd. 73 Harl. m. 2 Gudian. Bamb.*

*452*

⟨ruminalem ficum appel⟩latam ait Varro ⟨prope curiam sub veter⟩ibus, quod sub ea ar⟨bore lupa a monte decurrens⟩ Remo et Romulo ⟨mammam dederit. mamm⟩a autem rumis di⟨cebatur, unde rustici lactenses haed⟩os subrumos vo⟨cant, quia adhuc sub mammis habentur⟩.

*Fest. p. 270ª, 21* ruminalem — ⟨habentur⟩. alii [alibi *cod.*] autem sunt ⟨qui dictam putent, quod sub ea pecus⟩ ruminari solitum ⟨esset⟩. *cf. fr. 102. Varro r. r. 2, 1, 11. de l. L. 5, 54.*

*1 sq. suppl. Urs. ex Paulo* 3 ded. *scripsi ex Paulo* praebuerit *vg.* 4 ⟨haedos lactent⟩es *vg.* 5 subrimios *cod.*

453

sacellum — sacra cella est.

*Don. Ter. adelph. 4, 2, 37*[2] et sacellum, ut Varro ait, s. c. est. *cf. Trebatius fr. 3. Antiq. div. V tribuit Smutny, de schol. Terent. auct. et font. 121.*

454

saltatores nominatos Varro dicit ab Arcade Salio, quem Aeneas in Italiam secum adduxit quique primo docuit Romanos adulescentes nobiles saltare.

*Isid. or. 18, 50* saltatores autem nominatos — saltare. *cf. Fest. p. 326*ᵇ*, 32. Dionys. H. 1,49. Strabo 13, 608. Serv. Dan. Aen. 8, 285.*

455

Varro ait sparum telum missile, a piscibus ducta similitudine, qui spari vocantur.

*Serv. Dan. Aen. 11, 682* Varro — vocantur. alii sparus a spargendo dici putant (= *Fest. p. 330*ᵃ*, 16*). *cf. Non. p. 224, 1. 555, 20. Isid. or. 12, 6, 31. CGL V 515, 24. 647, 1. 2.*

456

spiracula appellata omnia loca pestiferi spiritus, quae Graeci χαρώνεια appellant vel Acherontea. etiam Varro spiraculum dicit huiusce modi locum, et spiracula ex eo dicuntur loca, qua terra spiritum edit.

*Isid. or. 14, 9, 2* spiracula — edit. *haec ex Antiq. hum. (cf. Serv Aen. 7, 563) tracta esse puto.*

1 quae *Arev.* quem *vg.*

457

⟨talas⟩sionem in nuptiis Varro ait ⟨signum esse lani⟩fici, τάλαρον id est quasillum, i⟨nde enim so⟩litum appellari talassionem.

*Fest. p. 351*ᵇ*, 27* ⟨talas⟩sionem — talassionem. *cf. Liv. 1, 9. Plut. Rom. 15 (Iuba fr. 9). Dionys. H. 2, 30.* Serv. Aen. 1, 651. *Aetiis tribuit Thilo, de Varr. Plut. quaest.* Rom. auctore praecipuo *(Bonnae 1853) p. 25, sed fortasse* Antiquitates anteponendae sunt.

*458*

valvae sunt — quae revolvuntur et se velant.

*Serv. Aen. 1, 449* valvae autem sunt, ut dicit Varro, quae — velant.

*459*

Plautus in Faeneratrice [*1 L.*]: 'heus tu, in barbaria quod dixisse dicitur / libertus suae patronae, id ego dico ⟨tibi⟩: / "Libertas salve, vapula Papiria". in barbaria est in Italia. Aelius [*fr. 44*] hoc loco vapula positum esse ait pro dole, Varro pro peri teste Terentio in Phormione [*849*]: 'non ⟨manes? / vapula. id quidem tibi iam fiet, nisi⟩ resistis verbero'. et Plautus in Curculione [*566*]: 'reddin an non mulierem / prius, quam te huic meae machaerae obicio, mastigia? / vapulare ego te vehementer iubeo, ne me territes'.

*Fest. p. 372$^b$, 27* 'vapula Papiria' in proverbio fuit antiquis —. Plautus — me territes. *cf. Sinn. Cap. fr. 22. an ex Plautinis quaestionibus?*

2 dixisse *vg.*: fecisse    id eo dico *cum spatio cod.: em. Scal.*    3 liberta    6 num tu . . . . . . . . . resistis verbero: *em. et suppl. ex Ter.*

*460*

vestibulum, ut Varro dicit, etymologiae non habet proprietatem, sed fit pro captu ingenii; nam vestibulum — dictum ab eo, quod ianuam vestiat.

*Serv. Aen. 6, 273* vestibulum — n. vestibulum, ut supra [*2, 469*] diximus, dictum — vestiat. alii dicunt a Vesta dictum per inminutionem; nam Vestae limen est consecratum. alii dicunt ab eo, quod nullus illic stet; in limine enim solus est transitus: quomodo vesanus dicitur non sanus, sic vestibulum quasi non stabulum. *cf. Gell. 16, 5. Macrob. 6, 8, 14 sq. Prisc. p. 124, 10. Isid. or. 15, 7, 2 (8, 11, 61). CGL VII 409.*

*461*

vir nuncupatus est, quod maior in eo vis est quam *in femina*, et hinc virtus nomen accepit; item mulier, ut *Varro interpretatur*, a mollitie inmutata et detracta littera *velut mollier.*

*Lact. de opif. d. 12, 16* vir itaque nuncupatus — mollier. *Isid. or. 11, 2, 17. 18. diff. rer. 82* vir itaque nuncupatus, ut ait Lactantius, quod — mollier. *Varro de l. L. 5, 73* virtus ut viri vis [viri ius *Flor.* viritus *Scal.*] a virilitate. *cf. Cic. tusc. 2, 43. de collocatione cf. fr. 427.*

1 nuncup. *Paris. m. 1* nominatus *Bonon. Valent., sed cf. Isid. ibid.*

FALSA

*462*

nebulones — Varro obscuros, ignoto loco natos.

*Ps-Acro Hor. ep. 1, 2, 28* nebulones, perditi luxuriosi molles inepti. Varro — natos. *cf. de Varronis auctoritate Wilmanns l. c. p. 138.*

*463*

ego insolens atque infrequens verbum proferre velut spinam calcare devito.

*Cod. Asburnhamensis 27 [XI saec.]* Varro: ego — devito. *haec initio συλλογῆς cuiusdam sententiarum legit Reitzenstein, qui collato l. 9, 20 de l. L. ea ex libro quodam Varronis grammatico tracta esse coniecit (M. Ter. Varr. u. Ioh. von Euch. p. 64 adn.); at 'devito' cum infinitivo Varronis esse non potest, ut me Buecheler monuit, nec placet 'dubito', itaque ista inter Varronis sententias recipienda censeo.*

2 velud

# L. CINCIUS

## A. TESTIMONIA

VITAE

*1. de Lucio (praenomen vd. in fr. 25) Cincio grammatico ab antiquo rerum scriptore seiungendo hodie nemo iam dubitat (cf. Hertz, de Luciis Cinciis. Berol. 1842 p. 61sq. Peter, vet. hist. Rom. rell. p. CIIIIsq.); qui tamen quando vixerit*, certo statui *non potest, cum alius esse videatur* atque Attici procurator, *in quo litteratissimum illum hominem* totius antiquitatis studiosum *latere nullum extat indicium* (Cic. ad Att. 1, 1, 1. 7. 8, 2. *16, 17. 20, 1. 7; 4, 4a; 6, 2, 1;* ad Q. fr. 2, 2, 1). neque vero ad

*iis qui Cincium commemorant multum hac in re iuvamur, quia non sine temporum confusione scriptores apud eos afferuntur (Fest. p. 170 Santra Aelius Cincius; p. 173 Cincius Santra; p. 277 Cincius Aelius etc. Char. p. 132 Varro Tullius Cincius; Arnob. 3, 38 Piso Granius Varro Cornificius Manilius Cincius); nisi quod Gellius Cincii industriam celebrans eum inter Aelium et Santram collocat (test. 2) ad aetatemque fere Varronis deducit. quae res a natura ipsa varietateque Cincianae doctrinae confirmatur; in hac enim, ut in Varroniana et Nigidiana, studiorum maturitas elucet, quae Stilonis aetatem secuta est (cf. etiam Ael. Stilo test. 8 et infra ad fr. 27). uter tamen senior fuerit, Cinciusne an Varro, ex Macrobio (fr. 6* Cincio Varro consentit) *colligere non audeo, qui summum indicio mihi est Cincium De fastis librum ante Varronis Antiquitates scripsisse, ubi ea Varro exposuisse videtur, quae in fr. 6 leguntur. de verbo 'consentire' ap. Macrob. cf. etiam 1, 12, 20* adfirmant quidam (*Nigidius? cf. Swoboda, Nig. Fig. rell. p. 26. 28*), quibus Cornelius Labeo consentit; *1, 16, 33* Tuditanus — Cassius — Geminus — cui rei etiam Varro consentit. *Hertz ibid. p. 72.*

*2. Gell. 7, 15, 5 = Ael. Stilo test. 15* (ne si Aelii quidem, Cincii et Santrae dicendum ita censuissent)

SCRIPTORUM

*3. Fest. p. 241a, 8* Cincius in libro de consulum potestate

*4. reliqui Cincii libri infra in fragmentis reperiuntur. quid praeterea inter hunc Cincium et vetustiorem in annalibus intersit vd. apud Mommsen, Röm. Chron. p. 315[2] sq. multo incertior coniectura est Pluessii, de Cinciis rer. Rom. scriptoribus (Bonn 1865) p. 24 sq.*

---

*Cincii reliquias collegerunt Hertz l. c. p. 32 sq. Egger, Lat. serm. vet. rell. sel. (Paris 1843) p. 34 sq. Huschke, iurisprud. anteiust.[5] p. 84 sq. Bremer, iurisprud. antehadr. (Lips. 1896) 1, 252 sq. cf. Pluess l. c. Wissowa RE 3, 2555/3.*

## B. FRAGMENTA

### DE VERBIS PRISCIS

#### *1* [*11 Bremer*]

*peremere* Cincius in lib. de verbis priscis ait significare *idem* quod prohibere.

*Fest. p. $214^{b}$, 31* peremere — prohibere; at Cato in li. qui est de re militari pro vitiare usus [est] est [*4 J.*]. *cf. Paul. Fest. p. 215, 14.*

*2* [*13*]

reconduit refecerit, ut condere urbem facere, aedificare, ut Cincius testatur in libro de verbis priscis.

*Fest. p. $277^{a}$, 3* reconduit — priscis.

1 reconductae fecerit: *em. Scal.* ut *O Mue.*: et

*3* [*15*]

quem ad modum omnis fere materia non deformata rudis appellatur, sicut vestimentum rude non perpolitum, sic aes infectum ruduscululm. apud aedem Apollinis aes conflatum iacuit, id ad rudus appellabant, ⟨et adhuc⟩ in aestimatione censoria aes infectum rudus appellatur. rudiari ab eodem dicuntur, qui saga nova poliunt.

*Fest. p. $265^{a}$, 4* rodus vel raudus significat rem rudem et inperfectam; nam saxum quoque raudus appellant poetae, ut Accius in Melanippo [*v. 437 Ribb.$^{3}$*]: 'constitit [constituit *cod.: em. Augustinus*] cognovit sensit, conlocat sese in locum / celsum, hinc manibus rapere raudus saxeum grande et grave'; et in Chrysippo [*v. 263*]: 'neque quisquam a telis vacuus, sed ut cuique obviam / fuerat, ferrum alius, ⟨alius⟩ saxi rodera [saxio rudem *cod.: em. Buecheler*]'. vulgus quidem in usu habuit, non modo pro aere inperfecto, ut Lucilius cum ait [*1192 Ma.*] 'plumbi paxillum rodus linique mataxam [matexam *cod.*]', sed etiam ⟨pro⟩ signato, quia in mancipando cum dicitur 'rudusculo libram ferito', asse tangitur libra. Cincius de verbis priscis sic ait: quem ad modum — poliunt. hominem inperitum rudem dicimus. *totam glossam e Cincio promptam esse puto.*

1 nondum formata *Huschke* 2 rudem: *em. Urs.* 3 rudus cuium: *em. Urs.* rudus. quia *alii* 5 et adhuc *add. Huschke* inestimatione 6 rud$^{u}$is 7 quod *vg.*

*4* [*17*]

scenam — Cincius in libro, qui est [ei] de verbis priscis, *dolabram* ait esse pontificiam.

*Fest. p. $330^a$, 33* scenam genus ⟨fuisse ferri⟩ manifestum est, sed utrum [futurum *cod.*] securis an dolabra sit ambigitur; quam Cincius — pontificiam. Livius in Lydio [*II v. 2 Ribb.*[3]]: 'corruit quasi ictus scena, haut [secena. ⟨sicine?⟩ hau *Ribb.*] multo secus'. *eadem fere Fest. p. $318^b$, 16. cf. Paul. Fest. p. 319, 8. Isid. or. 19, 19, 11.*

1 ei *seclusi*

*huc accedere videntur glossae a Festo et Arnobio sine Cincii libro allatae, i. e. fr. 17—30 (cf. etiam fr. 16).*

## DE COMITIIS

### *5 [p. 253]*

patricios Cincius ait in libro de comitiis eos appellari solitos, qui nunc ingenui vocentur.

*Fest. p. $241^a$, 21* patricios — vocentur. *cf. Isid. or. 9, 3, 25. Schol. in Lucan. 9, 479. CGL IV 418, 36.*

## DE FASTIS

### *6 [1]*

Cincius in eo libro, quem de fastis reliquit, ait imperite quosdam opinari Aprilem mensem antiquos a Venere dixisse, cum nullus dies festus nullumque sacrificium insigne Veneri per hunc mensem a maioribus institutum sit, sed ne in carminibus quidem Saliorum Veneris ulla ut ceterorum caelestium laus celebretur.

*Macrob. 1, 12, 12* sed Cincius — celebretur. Cincio etiam Varro consentit [*fr. 409*]. *cf. Fulv. Nobil. fr. 1.*

1 Cingius festis *Paris.*

### *7 [2]*

*Κίγκιος ὁ Ῥωμαῖος σοφιστής φησι τὴν Ἀφροδίτην ἐξ ἀφροῦ τεχθῆναι, οἱονεὶ ἐκ τοῦ χιονώδους ἀέρος καὶ τῆς ψυχρᾶς οὐσίας τὸ ἔαρ ἀποτεχθῆναι.*

*Lyd. de mens. 4, 44* Κίγκιος δὲ ὁ — ἀποτεχθῆναι.

*8* [*3*]

Cincius mensem [*Maium*] nominatum putat a Maia, quam Vulcani dicit uxorem, argumentoque nititur, quod flamen Vulcanalis kalendis Maiis huic deae rem divinam facit.

*Macrob. 1, 12, 18* Cincius — facit. sed Piso [*fr. 42 P.*] uxorem Vulcani Maiestam non Maiam dicit vocari. *cf. Fulv. Nobil. fr. 1.*

3 mais *Paris.* maias *Bamb.*

*9* [*4*]

Iunius Maium sequitur — nominatus —, ut Cincius arbitratur, quod Iunonius apud Latinos ante vocitatus diuque apud Aricinos Praenestinosque hac appellatione in fastos relatus sit.

*Macrob. 1, 12, 30* Iunius — relatus sit. *cf. Paul. Fest. p. 103, 14. Fulv. Nobil. fr. 1.*

*10* [*5*]

*Κίγκιος ἐν τῷ περὶ τῶν ἑορτῶν λέγει τὸν Νοέμβριον παρὰ τοῖς παλαιοῖς Μερκηδῖνον ὀνομασθῆναι ὡσανεὶ μισθοφόρον· ἐν αὐτῷ γὰρ τοῖς κτήτορσιν οἱ μισθωτοὶ τὰς προσόδους εἰσέφερον τοῦ παρελθόντος κύκλου ἑτέρων καρπῶν αὖθις ἐπερχομένων. Νοέμβριος δὲ ὕστερον ὠνομάσθη ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ· ἔννατος γὰρ ἐκ τοῦ Μαρτίου.*

*Lyd. de mens. 4, 92* *Κίγκιος — Μαρτίου.* *cf. Fulv. Nobil. fr. 1.*

MYSTAGOGICON

*11* [*p. 260*]

*lib. II.* trientem tertium pondo coronam auream dedisse se Iovi donum scripsit T. Quintius dict⟨ator⟩, cum per novem dies totidem urbes et decimam Praeneste cepisset. id significare ait Cincius in mystagogicon l. II duas libras pondo et trientem.

*Fest. p. 363$^{a}$, 26* trientem — et trientem, qua consuetudine hodieque utimur, cum lignum bes alterum dicimus, id est pe-

dem et besem latitudinis habens, et sestertium id est duos asses et semissem tertium. item si tres asses sunt et ⟨quadrans, est⟩ quartus quadrans.

## DE OFFICIO IURISCONSULTI

### *12* [*1*]

*l. II.* nuncupata pecunia est, ut ait Cincius in l. II de officio iurisconsulti, nomina⟨ta⟩, certa, nominibus propriis pronuntiata [*XII tab. 6, 1 S.*]: 'cum nexum faciet mancipiumque, uti lingua nuncupassit, ita ius esto'; id est uti nominarit locutusve erit, ita ius esto. vota nuncupata dicuntur, quae consules praetores, cum in provinciam proficiscuntur, faciunt; ea in tabulas praesentibus multis referuntur.

*Fest. p. 173*$^a$*, 9* nuncupata — referuntur. at Santra [*fr. 1*]. *Varro de l. L. 6, 60* nuncupare nominare valere apparet in legibus, ubi nuncupatae pecuniae sunt scriptae. *cf. Cic. de off. 3, 65. Gai. inst. 2, 104. Isid. or. 5, 24, 12. CGL V 88, 10.*

1 nucupata: *em. Urs.* 2 nomina *cod.* ta *suppl. Urs.* nomine concepta *Huschke* 4 nuncupasset *Festus et Cic. de or. 1, 245: em. Manutius* eosto id est *Urs.*: ita

### *13* [*2*]

⟨sanates — sunt⟩ qui et infe⟨riores dici putant colonias⟩, quae sunt ⟨deductae in pris⟩cos Latinos, ⟨quas Tarquinius rex in⟩egerit secundum ⟨mare . . . . . . in⟩fra Romam in c⟨ivitates Latinorum⟩, eosque sanati⟨s, quod Priscus⟩ praeter opinio⟨nem eos debellavis⟩set sanavisse⟨t⟩q⟨ue ac cum iis pa⟩cisci potuisset, no⟨minatos esse, ut ait⟩ Cincius l. II de ⟨officio iuriscon⟩sulti.

*Fest. p. 321*$^b$*, 8* ⟨sanates⟩ — ⟨Serv.⟩ Sulpicius ⟨Rufus⟩ [*fr. 9*] et Opillus ⟨Aurelius⟩ [*fr. 13*]. ⟨sunt⟩ qui — ⟨iuriscon⟩sulti. ne Valerius ⟨quidem⟩ [*fr. 1*].

1 *sq. suppl. Scal. Urs. O Mue.* 2 quae *Urs.*: que 3 ⟨sub⟩egerit *Huschke* 4 eos quę: *em. Urs.*

### *14* [*3*]

*subici* ar⟨ies dicitur, qui pro occiso datur,⟩ quod fit

ut ait Cincius ⟨in libro de officio iuris⟩consulti, exemplo At⟨hamantis, ex quo⟩ expiandi gratia aries m⟨actatur ab eo, qui invitus sce⟩lus admisit poenae p⟨endendae loco⟩.

*Fest. p. 347 b, 2* subici — ⟨loco.⟩ *cf. Antist. Labeo fr. 5. Cic. top. 64. Serv. Dan. buc. 4, 43. g. 3, 387.*

1 *sq. suppl. Scal. Urs.* 3 At⟨heniensium, apud quos⟩ *iidem* At⟨ham., ex quo⟩ *Mercklin, Philol. 12, 201* 4 poene

## EX LIBRIS DE RE MILITARI

### *15* [*4*]

*lib. VI.* alae dictae exercitus equitum ordines, quod circum legiones dextra sinistraque tamquam alae in avium corporibus locabantur. in legione sunt centuriae sexaginta, manipuli triginta, cohortes decem.

*Gell. 16, 4, 6* item in libro sexto [*de re militari Cincii*] hoc scriptum est: alae — decem. *cf. Serv. Aen. 4, 121. 11, 604. Isid. or. 9, 3, 62. Veget. 2, 1. Schol. in Lucan. 1, 476. Lact. Plac. Stat. Theb. 2, 553. CGL VI 46.*

## INCERTAE SEDIS

### *16* [*De verb. pr. 1*]

alii, ut Cincius, dicunt delubrum esse locum ante templum, ubi aqua currit, a deluendo.

*Serv. Aen. 2, 225* delubrum dicitur quod uno tecto plura conplectitur numina, quia uno tecto deluitur, ut est Capitolium, in quo est Minerva Iuppiter Iuno. alii, ut Cincius — a deluendo. est autem synecdoche, hoc est a parte totum. Varro [*fr. 154*]. *cf. id. ibid. 4, 56. Isid. or. 15, 4, 9. diff. verb. 407. Schol. in Lucan. 2, 29. Ps-Ascon. in divinat. p. 101 Or. Inc. de diff. CGK VII 523, 25. CGL IV 227, 32. V 421, 29. 659, 3. de collocatione fr. huius et sqq. cf. supra p. 374.*

### *17* [*3*]

gentiles mihi sunt, qui meo nomine appellantur.

*Paul. Fest. p. 94, 9* gentilis dicitur et ex eodem genere

ortus et is, qui simili nomine appellatur, ut ait Cincius: gentiles — appellantur. *cf. Isid. or. 9, 2, 1. CGL II 383, 12.*

*18* [*4*]

naccae appellantur vulgo fullones, ut ait Curiatius [*fr. 1*], quod nauci non sint, id quod est nullius preti. idem sentit et Cincius.

*Fest. p. 166$^{b}$, 2* naccae — Cincius. quidam aiunt, quod omnia fere opera ex lana *νάκη* [nace *cod.*] dicantur a Graecis. *cf. Paul. Fest. p. 167, 4. Apul. met. 9, 22. CGL IV 122, 34. huius modi etyma κατὰ ἀντίφρασιν vd. ap. Ael. Stil. fr. 15. 26.*

2 nanci

*19* [*5*]

⟨natio in eadem terra hominum genu⟩s natum. Cin⟨cius genus hominum, qui non aliunde vener⟩unt, sed ibi ⟨nati sunt, significari ait, idemque n⟩ationem ait ⟨non tantum universim de om⟩nibus, set e⟨tiam de singularibus hominib⟩us seiuncti⟨m dici solere⟩.

*Fest. p. 166$^{a}$, 7* ⟨natio⟩ — ⟨solere⟩. ⟨. . . . . autem Capi⟩to [*fr. 24*]. *cf. Paul. Fest. p. 167, 1. Isid. or. 9, 2, 1. 4, 4. CGL II 132, 42.*

1 *sq. suppl. Scal. Urs. O Mue. partim ex Paulo* 4 se te *cod.*

*20* [*6*]

naucum — Cincius quod in oleae ⟨nucleo⟩ nucisque intus sit.

*Fest. p. 166$^{b}$, 6* naucum ait Ateius Philologus [*fr. 3*], Cincius — sit, Aelius Stilo [*fr. 19*], glossematorum autem scriptores [*inc. gramm. libr. fr. 6 p. 112*]. *cf. Prisc. p. 204, 13.*

oleę . . *cod.* nucleo *addidi ex Paulo* pro oleae aut nucis nucleo *Paulus* C. cutim oleae nucis, quae *Huschke*

*21* [*7*]

⟨novalem a⟩grum — ⟨C⟩incius eum esse [*ait*], ubi ⟨terra sine cultura ad novam⟩ sementem sit relic⟨ta⟩.

*Fest. p. 174$^{a}$, 16* ⟨novalem a⟩grum Aelius ⟨Stilo⟩ [*fr. 21*]. ⟨sed C⟩incius — relic⟨ta⟩. *cf. Paul. Fest. p. 175, 4.*

*1 sq. suppletum ex Paulo*

### *22* [*8*]

novensiles — Cincius numina peregrina novitate ex ipsa appellata pronuntiat; nam solere Romanos religiones urbium superatarum partim privatim per familias spargere, partim publice consecrare; ac ne aliquis deorum multitudine aut ignorantia praeteriretur, brevitatis et compendii causa uno pariter nomine cunctos Novensiles invocari.

*Arnob. 3, 38* novensiles Piso [*fr. 4*], Granius [*fr. 3 et Ael. Stilo fr. 22*], Varro [*fr. 373*], Cornificius [*fr. 8*], Manilius [*fr. 2*], Cincius — invocari.

### *23* [*9*]

nuptias dictas esse [*aiunt*] — Aelius [*fr. 23*] et Cincius, quia flammeo caput nubentis obvolvatur, quod antiqui obnubere vocarint; ob quam causam legem quoque † parens tam iubere caput eius obnubere, qui parentem necavisset, quod est obvolvere.

*Fest. p.* $170^{b}$*, 24* nuptias d. esse ait Santra [*fr. 9*], Cornificius [*fr. 12*], Curiatius [*fr. 2*], Aelius et Cincius — obvolvere. *adn. crit. ad Ael. Stil. l. c.*

### *24* [*10*]

obstitum — Cincius [*esse ait*] quom qui deo deaeque obstiterit, id est qui viderit quod videri nefas esset.

*Fest. p.* $193^{a}$*, 4* obstitum Cloatius [*fr. 13*] et Aelius Stilo [*fr. 25*]; Cincius — nefas esset. *cf. Ael. Stilo ad l. c.*

1 deeque *cod.* deaeve *Huschke*

### *25* [*12*]

⟨praecidanea porca prod⟩ucta syllaba ⟨secunda pronuntianda est. ea enim, quod⟩, ut ait L. Cin⟨cius, antequam novam frugem secant, fa⟩miliae pur⟨gandae causa Cereri caeditur, prae⟩cidanea dicitur.

*Fest. p.* $218^{a}$*, 17* ⟨praecidanea⟩ — dicitur. ⟨alii praecidariam dixerunt⟩, quod genus hostiae quod ⟨ante novam frugem caeditur, prae⟩cidarium appellabant [⌞bat *cod.*]. *cf. Paul. Fest. p. 219, 3. 223, 19. Cato de agri c. 134. Gell. 4, 6, 7. Non. p. 163, 17. Mar. Vict. p. 25, 16.*

*1 sq. suppl. O Mue. partim ex* Paulo

*26* [*14*]

refriva faba dicitur, ut ait Cincius quoque, quae ad sacrificium referri solet domum ex segete auspici causa, quasi revocans fruges, ut domum dotantes † tevirtico ad rem divinam faciendam.

*Fest. p. 277ª, 17* refriva — faciendam. Aelius [*fr. 33*]. sed opinionem Cinci adiuvat, quod in sacrificis publicis, cum puls fabata dis datur, nominatur refriva. *cf. Paul. Fest. p. 276, 4. Plin. n. h. 18, 119* (*Münzer, Quellenkr. d. Ng. d. Plin. p. 301sq.*). *Macrob. 1, 12, 33.*

1 frabra: *em. Urs.* ut *Urs.*: via 3 revocans *O Mue.*: -cant dotantes *scripsi*: datantes tritico *Scal.*

*27* [*16*]

Salias virgines Cincius ait esse conducticias, quae ad Salios adhibeantur, cum apicibus paludatas.

*Fest. p. 329ª, 18* Salias — paludatas, quas Aelius Stilo [*fr. 34*]. *his verbis ita afficimur, ut Cincius Stilonem attulerit* (*cf. Hertz l. c. p. 72sq.*). *et revera eorum studia vinculo quodam coniuncta esse ex reliquiis apparet, sive inter se consentiunt, ut in fr. 23 et hoc, sive dissentiunt, ut in fr. 20. 21. 22. 24. cf. etiam fr. 18.*

*28* [*18*]

sinistrae aves sinistrumque sive sinistimum auspicium, id est quod sinat fieri. Varro l. V epistolicarum quaestionum ait [*fr. 225*]: 'a deorum sede cum in meridiem spectes, ad sinistram sunt partes mundi exorientes, ad dexteram occidentes; ⟨eo⟩ factum arbitror, ut sinistra meliora auspicia quam dextera existimentur'. idem fere sentiunt Sinnius Capito [*fr. 11*] et Cincius.

*Fest. p. 339ª, 1* sinistrae aves — Cincius. *cf. Plut. quaest. R. 78. adn. crit. vd. ad Varr. l. c.*

*29* [*19*]

⟨t⟩uditantes, tundentes ⟨negotium id est ag⟩entes significare ait Cincius . . . . . . . .

*Fest. p. 352ª, 25* ⟨t⟩uditantes — Cincius . . . . . . ⟨En⟩nius l. II [*ann. 135 V.*²]: 'haec inter se totum ⟨egere diem tuditan⟩tes'; et

Lucretius item libro II [*1142*]: 'nec ⟨tuditantia⟩ rem cessant extrinsecus ullam'. *cf. CGL V 249, 23. 398, 2.*

1 *sq. suppletum ex Paulo* 2 *in lacuna* de verbis priscis *scripsit Hertz*

*30* [*20*]

vindiciae olim dicebantur illae, quae ex fundo sumptae in ius adlatae erant.

*Fest. p. 376$^a$, 16* vindiciae appellantur res eae, de quibus controversia est; quod potius dicitur vis quae [ius quia *cod.*] fit inter eos, qui contendunt. — de quo verbo Cincius sic ait: vindiciae — erant. at Ser. Sulpicius [*fr. 12*]. *cf. Gell. 20, 10, 7.*

1 illae] glebae *Revard*

*31* [*deest*]

huius Sarapis et huius Isis

*Char. p. 132, 27* Irim pro Iridem [-de *cod.*] Maro Aeneidos VIIII [*2*] 'Irim de caelo misit Saturnia Iuno', cum constet omnia Graecae figurae nominativo singulari is syllaba terminata genetivo singulari syllaba crescere, licet Varro et Tullius et Cincius, ut de consortio casuum diximus [*p. 89, 24*], huius — Isis ⟨dixerint.⟩ *haec ubi fuerint diiudicari non potest.*

DUBIA VEL FALSA

*32* [*De verb. pr. 2*]

*Serv. Dan. g. 1, 10 = Cinc. Aliment. p. 7*

*33* [*deest*]

*Mar. Vict. p. 23, 14 = Cinc. Aliment. p. 2*

*34* [*deest*]

silicernios dici voluerunt senes iam incurvos quasi iam sepulcrorum suorum silices cernentes; unde et Cincius Alimentus historia de Gorgia Leontino scribit dicens: qui dum iam silicernius finem sui temporis exspectaret, *etsi mori* non potuit, tamen infirmitatibus *exultavit.*

*Fulgent. exp. serm. ant. 8* silicernios — exultavit. *cf. Non. p. 48, 3 et Wessner, Comment. phil. Jen. 6², 109. haec non nulli Cincio grammatico tribuerunt; cf. tamen Hertz p. 79; Pluess p. 10.*

1 silicernos *Paris. 7581 Harl.* 2 cintius *Paris. 242 Bern. Harl.* Cinctisus *Paris. 3088* 5 morti *Paris. 242 Leid. Bern. Paris. 3088* mordi *Paris. 7581*

*de C. Titii fragmentis Cincio adscriptis vd. infra ad Titium.*

# CURTIUS NICIAS

## TESTIMONIA

VITAE

*1. Cic. ad Att. 7, 3, 10* [*a. 704/50*] Nicias Cous *vd. Niciam tyrannum ap. Crinagoram et Strabonem.*

*2. Suet. de gramm. 14* Curtius Nicia haesit Cn. Pompeio et C. Memmio, sed cum codicillos Memmii ad Pompei uxorem de stupro pertulisset, proditus ab ea Pompeium offendit, domoque ei interdictum est. *cum discordia inter Pompeium et Memmium intra a. 696/58 — 700/54 orta sit, ante hoc tempus Nicias Romae fuit. ceteroqui a. 701/53 ambitus reus C. Memmius Athenas in perpetuum exsilium ivit* (*cf. Cic. ad Q. fr. 3, 2, 3. 8, 3 al. Suet. Iul. 73*).

*3. Suet. ibid.* fuit et M. Ciceronis familiaris. *cf. test. sqq. et praesertim 16.*

*4. Cic. ad Att. 12, 51, 1* [*a. 709/45*] venit etiam Nicias [*in Tusculanum*] et Valerium hodie audiebam esse venturum. *id. ibid. 12, 53* hic nobiscum sunt Nicias et Valerius. *id. ad fam. 9, 10* Niciam nostrum — suavissimum συμβιωτήν

*5. Suet. de gramm. 14 = Cic. ad fam. 9, 10, 1* [*a. 709/45*] in cuius [*Ciceronis*] epistula ad Dolabellam haec de eo [*Nicia*] legimus: ʻnihil Romae geritur quod te putem scire curare, nisi forte scire vis me inter Niciam nostrum et Vidium iudicem esse. profert alter, opinor duobus versiculis, expensum ⟨Niciae,⟩ alter Aristarchus hos ὀβελίζει; ego tamquam criticus antiquus iudicaturus sum, utrum sint τοῦ ⟨ποιητοῦ an παρεμβεβλημένοι⟩ʼ.

*6. Cic. ad Att. 12, 26, 2* [*a. 709/45*] de Nicia quod scribis, si ita me haberem ut eius humanitate frui possem, in primis *vellem illum* mecum habere; sed mihi solitudo et recessus provincia est. quod quia facile ferebat Sicca, eo magis illum *desidero.* praeterea nosti Niciae nostri imbecillitatem mollitiem

consuetudinem victus. cur ergo illi molestus esse velim, cum mihi ille iucundus esse non possit? voluntas tamen eius mihi grata est. *item Suet. de gramm. 14.*

7. *Cic. ibid. 13, 1, 3* [*a. 709/45*] Nicias te [*Atticum*], ut debet, amat vehementerque tua sui memoria delectatur.

8. *Cic. ibid. 13, 9, 2* [*a. 709/45*] a te exspecto, si quid de Bruto, quamquam Nicias confectum putabat, sed divortium non probari.

9. *Cic. ibid. 13, 28, 3* [*a. 709/45*] Nicias a Dolabella magno opere arcessitus (legi enim litteras), etsi invito me, tamen eodem me auctore profectus est.

10. *Cic. ibid. 13, 29, 1* [*a. 709/45*] cum quasi alias res quaererem de philologis e Nicia, incidimus in Talnam. ille de ingenio nihil nimis, modestum et frugi, sed hoc mihi non placuit; se scire aiebat ab eo nuper petitam Cornificiam Q. filiam, vetulam sane et multarum nuptiarum.

11. *Cic. ibid. 13, 52, 2* [*a. 709/45*] Dolabellae villam cum praeteriret, omnis armatorum copia dextra sinistra ad equum nec usquam alibi: hoc ex Nicia.

12. *Cic. ibid. 14, 9, 3* [*a. 710/44*] ita mihi videtur bellum illud [*Parthicum*] instare, sed Dolabella et Nicias viderint.

13. *Cic. ibid. 15, 20, 1* [*a. 710/44*] Dolabellae mandata sint quaelibet, mihi aliquid, vel quod Niciae nuntiem.

SCRIPTORUM

14. *Suet. de gramm. 14* huius [*Niciae*] de Lucilio libros etiam Santra comprobat. *de natura horum librorum cf. Marx, Lucil. carm. rell. 1 p. LII.*

15. *idem esse videtur Aristarcheus Nicias, qui apud Herodianum in scholiis περὶ Ἰλ. προσ. memoratur (Β 717. 839. Γ 240. Δ 212. 423. 452. Ε 163. 203. 638. Ι 6. Κ 38. 95. Μ 137. Ν 390. Π 95. 483. Φ 588. Ω 235). vd. test. 5.*

DOCTRINAE

16. *Cic. ad Att. 7, 3, 10* [*a. 704/50*] venio ad 'Piraeea', in quo magis reprehendendus sum, quod homo Romanus Piraeea scripserim, non Piraeum (sic enim omnes nostri locuti sunt) quam ⟨in⟩ quod addiderim; non enim hoc ut oppido praeposui, sed ut loco. et tamen — qui est nobiscum, Nicias Cous non rebatur oppidum esse Piraeea. *cf. De lud. litt. test 29. quod in hac epistula, quae aetate ceteris antecedit, Nicias* adiecto *nomine patriae appellatur, ut credamus* facit eum nondum Attico *eiusque amicis familiarissimum fuisse* (cf. Hillscher, Fleck. Jahrbb. *suppl. 18. 1892 p. 373*).

# SANTRA

## A. TESTIMONIA

### VITAE

1. *Santra et propter nomen Italus vulgo non habetur et ob id quod Latinorum verborum a Graecis originem repetere solet (cf. Mercklin, Philol. 3. 1848 p. 344); at neque hoc quidquam habet ponderis (cf. Cloat. Ver. fr. 1 sq.), et Santra nomen Etruscum esse videtur (Schulze, Lat. Eigenn. p. 343. 369).*

2. *Varroni Cincio Niciae Santra aetate suppar fuit, sed omnibus iunior (cf. test. 6. 4 et fr. 1. 14); quem post a. 700 54 clarum extitisse Buecheler constituit (Rh. Mus. 40, 148).*

3. *Martial. 11, 2, 7* lectores tetrici salebrosum ediscite Santram.

4. *Gell. 7, 15, 5 = Ael. Stilo test. 15* (ne si Aelii quidem, Cincii et Santrae dicendum ita censuissent)

### SCRIPTORUM

5. *Non. p. 78, 27 et 104, 17* Santra Nuntiis Bacchis (*= SRP I p. 264 Ribb.³*). *cf. Ribbeck, Röm. Trag. p. 616.*

6. *Hieron. de vir. ill. praef.* fecerunt quidem hoc idem [*ut de viris illustribus scriberent*] — apud Latinos Varro Santra Nepos Hyginus et — Tranquillus. *hinc fluxerunt fr. 13—15.*

---

*Santrae reliquias collegerunt Lersch, Zeitschr. f. Altw. 1839 p. 100 sq. Egger, Lat. serm. vet. rell. sel. (Paris 1843) p. 18 sq.*

## B. FRAGMENTA

### DE ANTIQUITATE VERBORUM

#### 1 [10 *Egger*]

*lib. II.* Santra l. II de verborum antiquitate satis multis nuncupata conligit non derecto nominata significare, sed promissa et quasi testificata circumscripta recepta, quod etiam in votis nuncupandis esse convenientius.

*Fest. p. 173ᵃ, 9* nuncupata pecunia est, ut ait Cincius [*fr. 12*]. at Santra — convenientius. *Cincii explicationem Santram novisse cum Reitzensteinio consentio (Verr. Forsch. p. 87 adn.).*

2 *directo Huschke*

*2* [*11*]

*l. II.* recinium omne vestimentum quadratum hi qui XII interpretati sunt [*inc. gramm. libr. fr. 11 p. 113*] esse dixerunt, ut togam ⟨qua⟩ mulieres utebantur praetextam clavo purpureo; unde reciniati mimi planipedes. quam rem diligenter exsequitur Santra l. II de antiquitate verborum.

*Fest. p. 274*ᵇ*, 32* recinium — verborum. *cf. Varro de l. L. 5, 132 et ap. Non. p. 542, 1. Serv. Aen. 1, 282. Isid. or. 19, 25, 4.*

3 ut *scripsi*: vir (*cf. supra Gell. ad fr. 1 et L. Cinc. fr. 26*) toga qua *add. Urs.* virilem togam qua *Urs.* Ver. [= Verrius] togam qua *Lipsius* praetextum

*3* [*12*]

*l. III.* Santra de antiquitate verborum libro III ait . . . dracones genus . . . . . . accipi pro locorum geniis ideoque loc⟨o⟩ . . . . . go bene accipere pio . . .

*Schol. Veron. Aen. 5, 95* Santra — pio . . . unde etiam Persius [*1, 112*]: 'veto quisquam faxit oletum; / pinge duos angues: pueri, sacer est locus'.

1 Sandra 2 genus *Herrmann* genu *Mai Keil, fort. postea suppl.* serpentium 3 loc⟨o⟩ *suppl. Herrmann*

*4* [*13*]

*l. III.* scis enim geniales homines ab antiquis appellatos qui ad invitandum et largius adparandum cibum promptiores essent.

*Non. p. 117, 14* genialis, hospitalis. Santra de antiquitate verborum lib. III: scis enim — essent. *eadem Schol. Bern. georg. 1, 302. cf. CGL V 298, 5. 642, 7.*

2 quid ad *Lugd. m. 1* 3 promtiores

*5* [*2*]

*l. III.* quod volumen unum nos lectitavimus et postea invenimus septemfariam divisum.

*Non. p. 170, 17* septemfariam ut multifariam. Santra de verborum *antiquitate* III: quod — divisum. cf. CGL V 647, 15. *de re cf. Buecheler, Rh. Mus. 40, 149.*

6 [14]

quidam etiam paludem interpretantur, ut Santra antiquitatium libris.

*Schol. Veron. Aen. 2, 171* . . . . . . alii in Libya esse confirmant. quidam etiam — libris; ⟨alii quod graece τ⟩ρεῖν sit φοβεῖσθαι et Minerva hominibus in proeliis metum iniciat.

*agitur de* Tritonia

***ad istos libros pertinent procul dubio Festi Pauli Scaurique glossae, quae infra secuntur.***

INCERTAE SEDIS

7 [6]

⟨quam [*portam*] ideo nominari ait Collina⟩m Santra, pro⟨xime eam quod collis Quirina⟩lis est.

*Fest. p. 254ᵃ, 14* Quiri⟨nalis porta eadem quae et Collina dicebatur,⟩ ut le⟨gimus apud antiquos scriptores; pos⟩itum autem ⟨unius nomen pro alterius reperitur, quod ini⟩tio ita con⟨iunctae fuerunt, unam tantum fuisse qu⟩asi id suffra⟨getur, quam ideo⟩ — est.

1 *sq. suppl. Urs. O Mue.*

8 [4]

dalivum — Santra dici putat ipsum, quem Graeci δείλαιον, id est propter cuius fatuitatem quis misereri debeat.

*Paul. Fest. p. 68, 1* dalivum — Aurelius [*fr. 4*], Aelius [*fr. 8*]; Santra vero dici — debeat.

9 [5]

nuptias dictas esse ait Santra ab eo quod *νυμφεῖα* dixerunt Graeci antiqui *γάμον*, inde novam nuptam *νέαν νύμφην.*

*Fest. p. 170ᵇ, 24* nuptias — νύμφην. Cornificius [*fr. 12*], Curiatius [*fr. 2*], Aelius [*fr. 23*] et Cincius [*fr. 23*]. *cf. Paul. Fest. p. 171, 2.*

*1* nymphaea: *em. Scal.* 2 gamon

*10* [*deest*]

oscillum Santra dici ait, quod os cillant id est inclinent, praecipitesque afferantur.

*Fest. p. 194ᵇ, 8* oscillum — afferantur. *Schol. Bern. georg. 2, 389* oscilla ab eo quod os cilleatur. *cf. Serv. g. 2, 389. 387. Isid. or. 20, 14, 11. mythogr. 1, 19. 2, 61.*

1 oscillent 2 efferantur *coni. Urs.* (*cf. Cornificius fr. 14*)

*11* [*8*]

pulchrum, quamvis in consuetudine aspiretur, nihilo minus tamen ratio exiliter et enuntiandum et scribendum esse persuadet, ne una omnino dictio adversus Latini sermonis naturam media aspiretur, quamvis Santra a Graecis putet esse translatum quasi polichrum.

*Ter. Scaur. p. 20, 4* et pulchrum — polichrum. *cf. Varro fr. 280ᵉ.*

2 ex hi (i *Pal.*) littere tenundiandum 4 natura media *Bern.* naturam mediam *Pal.* quamvi santra *Bern.* quamvis antea *Pal.*: *em. Putsch* 5 polichrunim *Pal. cf. Hesych.* πολλαχρόν, καλόν

*12* [*7*]

Santra eam [*querqueram febrem*] ex G⟨raecis ducit, qui tremo⟩rem eius modi κάρκαρον ⟨dicunt, unde dictum esse⟩ etiam carcerem.

*Fest. p. 257ᵇ, 24* querque⟨ram febrem gravem et mag⟩nam quidam [*vd. Aur. Opill. ad fr. 12*]. ⟨Aurelius autem⟩ Opillus [*fr. 12*]. Santra — carcerem. Plau⟨tus in Frivolaria [*fr. 2 L.*]: 'is mi⟩ erat bilis querque⟨ra tussis'. Lucilius [*1194 Ma.*]: '. . . .⟩ iactans me ut feb⟨ris querquera . . . . .⟩r'. et alibi [*1277*]: 'querque⟨ra consequitur * * capitisque dolores⟩.' *vd. aliud etymon vocis 'carcer' ap. Varro fr. 420.*

1 *sq. suppl. Scal. Urs. O Mue.*

*13* [*3*]

Santra Terentium existimat, si modo in scribendo adiutoribus indiguerit, non tam Scipione et Laelio uti potuisse, qui tunc adulescentuli fuerunt, quam C. Sulpicio Gallo homine docto et cuius consularibus ludis initium fabularum dandarum fecerit, vel Q. Fabio Labeone et M. Popillio

consulari utroque ac poeta. ideo ipsum non iuvenes designare qui se adiuvare dicantur, sed viros quorum operam et in bello et in otio et in negotio populus sit expertus.

*Suet. vit. Ter. p. 31 R.* Santra — expertus. *cf. Varro fr. 301. Nepos fr. 11. de collocatione vd. test. 6.*

1 Santra *Erasmus*: satra (sacra) 3 fueř *Paris.* fuere *rell.* fuerint *Ritschl* 4 et quo consule ⟨Megalens⟩ibus *Ritschl* 5 popillo *Paris.* pōpilio (pomp-) *rell.*: *em. Muretus* 7 dicuntur *vel* dicunt *codd.*: *em. Ritschl*

*14* [*deest*]

huius [*Curtii Niciae*] de Lucilio libros etiam Santra comprobat.

*Suet. de gramm. 14* huius — comprobat. *de collocatione vd. test. 6.*

1 Santra *edd.* santya (satyra *ss.*) *Vindob.* satura *vel* satyra *rell.*

*15* [*1*]

et antiqua quidem illa divisio inter Atticos atque Asianos fuit, cum hi pressi et integri, contra inflati illi et inanes haberentur, in his nihil superflueret, illis iudicium maxime ac modus deesset. quod quidam, quorum et Santra est, hoc putant accidisse, quod paulatim sermone Graeco in proximas Asiae civitates influente nondum satis periti loquendi facundiam concupierint, ideoque ea quae proprie signari poterant circuitu coeperint enuntiare ac deinde perseverarint.

*Quint. 12, 10, 16* et antiqua — perseverarint. mihi autem orationis differentiam fecisse et dicentium et audientium naturae videntur, quod Attici limati quidam et emuncti nihil inane aut redundans ferebant, Asiana gens tumidior alioqui atque iactantior vaniore etiam dicendi gloria inflata est. *de collocatione vd. test. 6.*

FALSUM

*16* [*9*]

*orbi pro orbe* Ciceronem de re publica libro V 'orbi *terrarum* conprehensos', sed et Puplium Rutilium de vita

sua V [*fr. 11 P.*] 'ex orbi terrarum', et frequenter an⟨tiquos⟩ ita locutos Plinius eodem libro VI [*p. 14, 23 B.*] notat.

*Char. p. 139, 17* orbi — notat.

3 an⟨tiquos⟩ *Hertz* an . . . *cod.* Santra *edit. princ.*

# CURIATIUS

*longe a vero aberraturi nobis non videmur, si Curiatium una cum Cincio et Santra collocamus, cum quibus a Verrio tamquam ad eorum pertinens coetum coniungitur; nam subtilius de eius aetate quaerere vanum est. quod enim Festus (fr. 1) ait idem quod Curiatium Cincium sentire, id in utramque partem accipi potest, tamquam et Curiatius Cincium secutus sit, ut Wissowa suspicatur (RE 4, 1831/1), et contra Cincius cum Curiatio consentiat. neque plus fr. 3 proficimus, ubi uter auctor fuerit, Curiatiusne Varronis, ut temere O Mueller adfirmat (praef. ad Fest. p. XXIX adn. 6 et adn. ad locum; cf. Wilmanns, de Varr. libr. gramm. p. 44 sq.), an Curiatii Varro incompertum est. quam vero eodem in loco Mercklin coniecturam fecit (de Varr. tralat. scribendi genere. Dorp. 1858 p. 11), eam supervacaneam existimo. si quicquam, hoc ob consuetudinem Varronis aequales perraro commemorantis conicere possis, ab eo Curiatium tacite exscriptum esse.*

## FRAGMENTA

*1*

naccae appellantur vulgo fullones, ut ait Curiatius, quod nauci non sint, id quod est nullius preti.

*Fest. p. 166 b, 2* naccae — preti. idem sentit et Cincius [*fr. 18*].

*2*

nuptias dictas esse ait — Curiatius quod nova ratio fiat.

*Fest. p. 170 b, 24* nuptias dictas esse ait Santra [*fr. 9*], Cornificius [*fr. 12*], Curiatius — fiat, Aelius [*fr. 23*] et Cincius [*fr. 23*]. *cf. Ael. Stilo ad l. c.*

Curiatus

*3*

turmam equitum dictam esse ait Curiatius quasi terimam, quod ter deni equites ex tribus tribubus Titiensium

Ramnium Lucerum fiebant. itaque primi singularum decuriarum decuriones dicti, qui ex eo in singulis turmis sunt etiam nunc terni.

*Fest. p. 355$^a$, 6* turmam — terni. *Varro de l. L. 5, 91* turma terima (e in u abiit), quod ter deni equites ex tribus tribubus Titiensium Ramnium Lucerum fiebant. itaque primi singularum decuriarum decuriones dicti, qui ab eo in singulis turmis sunt etiam nunc terni. *cf. Paul. Fest. p. 354, 2. Isid. or. 9, 3, 51.*

1 adictam quase

# M. TULLIUS TIRO

## A. TESTIMONIA

VITAE

*1. 'M. Tullius Tiro' Hieron., 'Tullius Tiro' Plin. Gell. Schol. Bob., 'Tiro Tullius' Gell. saepius, 'Tiro' vulgo. Tiro fortasse in domo ipsa Ciceronis verna natus est (cf. Engelbronner, de M. Tullio Tirone. Amstelod. 1804 p. 6; Jaufmann, M. Tullius Tiro. Dillingen 1897 p. 16): certe Graecus origine non erat (Cic. ad fam. 16, 4, 2).*

*2. Hieron. ad a. Abr. 2019 = Suet. rell. p. 135 R. [a. 749/5. 750/4]* M. Tullius Tiro Ciceronis libertus — in Puteolano praedio suo usque ad centesimum annum consenescit. *cum Cicero ipse Tironem instituerit (test. 3) eumque a. 704/50 adulescentem appellet (test. 11), anno 649/105 vel 650/104, ut quidam ex Hieronymo collegerunt, natus esse non potest. quare sicut sub certo anno Suetonius verbis 'clarus habetur' scriptoris luculentissimum vitae spatium denotare solet, ita hic opinor voce 'consenescit' curriculum senectutis designat, non vitae terminum, quem idem ubique 'mori' verbo significat.*

*3. Gell. 6, 3, 8* eo [*Tirone*] ab ineunte aetate liberaliter instituto adminiculatore et quasi administro in studiis litterarum Cicero usus est. *Cic. ad fam. 16, 3, 1 [ad Tironem a. 704/50]* tu si nos omnes amas et praecipue me magistrum tuum, confirma te. *Gell. 13, 9, 1* Tullius Tiro M. Ciceronis alumnus et libertus adiutorque in litteris studiorum eius. *Cic. ad fam. 16, 4, 3 [ad Tironem a. 704/50]* innumerabilia tua sunt in me officia domestica forensia, urbana provincialia, in re privata in publica, in studiis in litteris nostris. *cf. ad Att. 7, 5, 2. 13, 25, 3 al.*

4. *Cic. ad fam. 16, 10, 1 [ad Tironem a. 700/54]* gravissime aegrotasti, inedia et purgationibus et vi ipsius morbi consumptus es. graves solent offensiones esse ex gravibus morbis, si quae culpa commissa est. iam ad id biduum, quod fueris in via, dum in Cumanum venis, accedent continuo ad reditum dies quinque. ego in Formiano a. d. III K. esse volo; ibi te ut firmum offendam, mi Tiro, effice. *item de hoc morbo ad fam. 16, 13. 14. 15.*

5. *Cic. ad fam. 16, 16, 1 [Quintus ad Marcum fr.; a. 701/53? cf. Jaufmann l. c. p. 26 adn. 2]* de Tirone, mi Marce, ita te meumque Ciceronem et tuam Tulliolam tuumque filium videam, ut mihi gratissimum fecisti, quod eum indignum illa fortuna, [ac] nobis amicum quam servum esse maluisti. mihi crede, tuis et illius litteris perlectis exsilui gaudio et tibi et ago gratias et gratulor. *cf. test. 2. 3. 12. 14 al.*

6. *Cic. ad Att. 5, 20, 9 [in Cilicia a. 703/51]* Alexis quod mihi toties salutem ascribit, est gratum; sed cur non suis litteris idem facit, quod meus ad te Alexis [*Tiro*] facit. *cf. Hartung, de procons. Cicerone Ciliciensi (Würzburg 1868) p. 27.*

7. *Cic. ad Att. 6, 7, 2 [Tarsi a. 704/50]* Tiro ad te dedisset litteras, nisi eum graviter aegrum Issi [esse: *em. Manutius*] reliquissem, sed nuntiant melius esse; ego tamen angor. *de hoc secundo morbo iterum Cic. ibid. 7, 2, 3. 5, 1. ad fam. 16, 1, 2. 2. 3, 2. 4, 2 etc.; qui quam diu permanserit vd. ad fam. 16, 8. ad Att 8, 6, 3. 9, 17, 2.*

8. *Cic. ad Att. 12, 34, 1 [Asturae Kal. Apr. 709/45]* Tironi melius est. *id. ibid. 12, 51, 1 [in Tusculano XIII Kal. Iun. 709/45]* Tironem habeo citius quam verebar. *cf. de tertio morbo ibid. 12, 10. ad fam. 16, 17, 1. 22, 1.*

9. *Cic. ad fam. 16, 21, 7 [Cicero f. ad Tironem a. 710/44]* emisse te praedium vehementer gaudeo feliciterque tibi rem istam evenire cupio. *cf. test. 2.*

10. *Tiro amicos praeter M. Tullium habuit praesertim Q. Ciceronem (ad fam. 16, 8), Marci filium (ibid. 16, 21), Atticum (ad Att. 7, 5, 2 al.), M.' Curionem (ad fam. 7, 29, 2 al.) aliosque.*

11. *Cic. ad Att. 6, 7, 2 [a. 704/50]* nihil enim illo adulescente [*Tirone*] castius, nihil diligentius. *id. ibid. 7, 2, 3 [a. 704/50]* Tironem Patris aegrum reliqui, adulescentem ⟨doctum⟩, ut nosti, et adde, si quid vis, probum; nihil vidi melius. *id. ibid. 7, 5, 2* propter humanitatem et modestiam malo salvum [*Tironem*] quam propter usum meum. *huius modi iudicia de Tironis moribus apud Ciceronem abundant; cf. ad fam. 16, 9, 3. ad Att. 8, 6, 3.*

12. *Gell. 6, 3, 8* Tiro autem Tullius M. Ciceronis libertus *sane quidem fuit ingenio* homo eleganti et hautquaquam rerum

litterarumque veterum indoctus. *cf. etiam ad fr. 5. Tironis litterae ingeniumque saepissime a Cicerone in epistulis laudantur. cf. ad fam. 16, 10, 2. 17, 1.*

SCRIPTORUM

*13. Cic. ad fam. 16, 18, 3* [*ad Tironem a. 709/45*] an pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat.

*14. Quint. 6, 3, 5* utinamque libertus eius Tiro aut alius, quisquis fuit, qui tris hac de re [*de iocis Ciceronis*] libros edidit, parcius dictorum numero indulsissent et plus iudicii in eligendis quam in congerendis studii adhibuissent; minus obiectus calumniantibus foret. *Macrob. 2, 1, 12* Cicero autem quantum in ea re valuerit quis ignorat, qui vel liberti eius libros quos is de iocis patroni composuit, quos quidam ipsius putant esse, legere curavit? *cf. Schol. Bob. pro Sest. 64. ante Tironem C. Trebonius Marci iocos collegisse videtur* (*Cic. ad fam. 15, 21, 1—3; a. 707/47*).

*15. Cic. ad Att. 16, 5, 5* [*a. 710/44*] mearum epistularum nulla est συναγωγή, sed habet Tiro instar septuaginta et quidem sunt a te quaedam sumendae; eas ego oportet perspiciam corrigam, tum denique edentur. *id. ad fam. 16, 17, 1* [*ad Tironem a. 708/46*] tuas quoque epistulas vis referri in volumina. sed heus tu, qui κανὼν esse meorum scriptorum soles, unde illud tam ἄκυρον 'valetudini fideliter inserviendo', unde in istum locum 'fideliter' venit? cui verbo domicilium est proprium in officio, migrationes in alienum multae; nam et doctrina et domus et ars et ager etiam fidelis dici potest, ut sit, quomodo Theophrasto placet, verecunda tralatio. *cf. id. ad Att. 8, 9, 1. de editione Ciceronis epistularum cf. Teuffel-Schwabe, Gesch. d. Röm. Lit. 1 § 187, 3. 4. Schanz, Röm. Littg. 1², 300sq. de Tironis epistulis praeter fr. 6 et 7 cf. test. 6. Cic. ad Att. 9, 17, 2. 12, 19, 4. 48. 16, 15, 5 etc.*

*16. Quint. 10, 7, 30* hi de quibus loquor commentarii [*Ciceronis orationum*] ita sunt exacti, ut ab ipso mihi in memoriam posteritatis videantur esse compositi; nam Ciceronis ad praesens modo tempus aptatos libertus Tiro contraxit. *cf. Quint. 4, 1, 69. Hieron. contra Rufin. 2, 471 Vall.*

*17. Gell. 13, 9, 2* is [*Tullius Tiro*] libros compluris de usu atque ratione linguae Latinae, item de variis atque promiscis quaestionibus composuit. *de vocibus 'usus' (= anomalia) et 'ratio' (= analogia) cf. Gell. 1, 18, 3. 12, 13, 4. priores libros cf. cum Varr. de l. L. libr. 8—10, de posterioribus vd. infra praef. ad Pandectas.*

*18. Isid. or. 1, 21, 1* Romae primus Tullius Tiro Ciceronis *libertus* commentatus est notas, sed tantum praepositio-

num = *Hieron. ad a. Abr. 2019 (Suet. rell. p. 136 R.), qui rectius scripsit 'commentus est'. Cic. ad Att. 13, 25, 3* ergo ne Tironi quidem dictavi, qui totas περιοχὰς persequi solet. *cf. Plut. Cato mi. 23. Sen. ep. 91. Isidori locum illustravit Traube, Arch. f. Stenogr. 53 (1901) p. 196 sq. cf. etiam supra ad Ennium p. 4. notas Tironianas quae vocantur collegit W Schmitz (Lpz. 1903).*

*19. Tiro auctor commemoratur a Plinio n. h. 1, 2.*

*20. libri grammatici, quorum fragmenta exstant, infra sunt.*

---

*reliquias grammaticas ex parte coll. Egger, Lat. serm. vet. rell. sel. (Paris 1843) p. 58 sq. cf. A Lion, Tironiana (Seebodes Arch. 1. 1824 p. 246 sq.). Prosop. imp. Rom. 3, 341/282.*

## B. FRAGMENTA

### CICERONIS LIBRORUM

### EDITIONIS

*de editione orationum cf. P Hildebrandt, de scholiis Cic. Bobiens. (Berlin 1894) p. 14 sq.; L Gurlitt, Berl. phil. Woch. 1895 p. 551 sq. eiusdem rei indicium habemus in duabus subscriptionibus, quae ex vetustissimo exemplari exscripta in codicibus reperiuntur:* Statilius Maximus rursum emendavi ad Tyronem et Laetanianum et dōm. et alios veteres. III oratio eximia. *et*: emendavi ad Tyronem et Laecanianum. acta ipso Cicerone et Antonio conss. oratio XXIIII. *cf. Jahn, Ber. d. sächs. Ges. d. Wiss. 1851 p. 329; Kießling, coniect. I (ind. schol. Gryphisw. 1883) p. 6; supra Lampadio test. 4.*

*1* [*deest ap. Egger*]

homines tenues obscuro loco nati navigant, adeunt ad ea loca quae numquam antea adierant. neque noti esse iis, quo venerunt, neque semper cum cognitoribus esse possunt, hac una tamen fiducia civitatis non modo apud nostros magistratus, qui et legum et existimationis periculo continentur, neque apud cives solum Romanos, qui et sermonis et iuris et multarum rerum societate *iuncti* sunt, fore se tutos arbitrantur, sed

quocumque venerint, hanc sibi rem praesidio sperant futurum.

*Gell. 1, 7, 1* in oratione Ciceronis quinta in Verrem [*167*] in [in *Buslid.*: *om. rell.*] libro spectatae fidei Tironiana cura atque disciplina facto [*sic Pal-Vatic.*: ita facto ita *rell.*] scriptum fuit: homines — futurum. videbatur compluribus in extremo verbo menda esse; debuisse enim scribi putabant non futurum, sed futuram. *cf. Prisc. p. 475, 18.*

2 viderunt ubi neque *Cic.* 3 esse iis *Pal-Vatic. Cic.* essetis *rell.* 4 ac 6 periculum 11 futuram *Cic.*

*2* [*deest*]

perangusto fretu divisa

*Gell. 13, 21, 15* sicuti Marco etiam Ciceroni mollius teretiusque visum in quinta in Verrem [*169*] fretu scribere quam freto: perang. inquit fr. divisa. erat enim crassius iam vetustiusque 'perangusto freto' dicere. *de Tirone editore vd. fr. 3.*

*3* [*deest*]

nemo ita vivebat, ut nulla eius vitae pars summae turpitudinis esset expers, nemo ita in manifesto peccatu tenebatur, ut cum inpudens fuisset in facto, tum inpudentior videretur, si negaret.

*Gell. ibid. 16* itidem in secunda simili usus modulamine 'manifesto peccatu' inquit, non 'peccato'; hoc enim scriptum in uno atque in altero antiquissimae fidei libro Tironiano repperi. verba sunt Ciceronis haec [*191*]: nemo — negaret.

**4* [*deest*]

⟨Tiro⟩ posuit hanc [*in L. Pisonem*] inter eas orationes, quas dixit Cicero L. Domitio Appio Claudio coss. [*a. 700/54*], ultimam.

*Ascon. in L. Pis. p. 1 K-S.* ⟨Tiro⟩ quidem posuit — ultimam. sed ut ego ab eo dissentiam facit primum, quod Piso reversus est ex provincia Pompeio et Crasso consulibus, Gabinius Domitio et Appio; hanc autem orationem dictam ante Gabini reditum ex ipsa manifestum est; deinde quod magis [m. q. *C*] naturale est, ut Piso [*ita Rinkes*: ipso *C*] recenti reditu invectus sit in Ciceronem responderitque insectationi eius, qua revocatus erat ex provincia, quam post anni intervallum.

*1 Tiro add. in lac. Kießl*-Schoell Nepos *praefert Hildebrandt p. 15*

5 [*deest*]

apud eundem poetam [*Hom. Il. 7, 89*] Aiax cum Hectore congrediens depugnandi causa agit, ut sepeliatur, si sit forte victus, declaratque se velle ut suum tumulum multis etiam post saeculis praetereuntes sic loquantur: 'hic situs est vitae iampridem lumina linquens, / qui quondam Hectoreo perculsus concidit ense. / fabitur haec aliquis, mea semper gloria vivet'.

*Gell. 15, 6, 1* in libro M. Tullii, qui est secundus de gloria, manifestus error est non magnae rei, quem errorem esse possit cognoscere non aliquis eruditorum, sed qui tantum legerit 'Ὁμήρου τὸ ή [*89—91*]. quam ob rem non tam id mirabamur errasse in ea re M. Tullium, quam non esse animadversum hoc postea correctumque vel ab ipso vel a Tirone liberto eius, diligentissimo homine et librorum patroni sui studiosissimo. ita enim scriptum in eo libro est [*IV*[3] *p. 331 CF WMueller*]: apud eundem — gloria vivet.

EPISTULARUM

DE REBUS GRAMMATICIS RHETORICISQUE

6 [*deest*]

culpavit [*Tiro Tullius*] primum hoc quod Cato inerudite et ἀναγώγως, ut ipse ait, principio nimis insolenti nimisque acri et obiurgatorio usus sit, cum vereri sese ostendit, ne patres gaudio atque laetitia rerum prospere gestarum de statu mentis suae deturbati non satis consiperent neque ad recte intellegendum consulendumque essent idonei. in principiis autem inquit patroni, qui pro reis dicunt, conciliare sibi et complacare iudices debent sensusque eorum expectatione causae suspensos rigentesque honorificis verecundisque sententiis commulcere, non iniuriis atque imperiosis minationibus confutare. ipsum deinde principium apposuit, cuius verba haec sunt [V 1 Jord.]: '*scio solere plerisque* hominibus rebus secundis atque

prolixis atque prosperis animum excellere atque superbiam atque ferociam augescere atque crescere. quo mihi nunc magnae curae est, quod haec res tam secunde processit, ne quid in consulendo advorsi eveniat, quod nostras secundas res confutet, neve haec laetitia nimis luxuriose eveniat. advorsae res edomant et docent, quid opus siet facto, secundae res laetitia transvorsum trudere solent a recte consulendo atque intellegendo. quo maiore opere dico suadeoque, uti haec res aliquot dies proferatur, dum ex tanto gaudio in potestatem nostram redeamus'. quae deinde Cato iuxta dicit, ea inquit confessionem faciunt, non defensionem, neque propulsationem translationemve criminis habent, sed cum pluribus aliis communicationem, quod scilicet nihil ad purgandum est. atque etiam inquit insuper profitetur Rodienses, qui accusabantur, quod adversus populum Romanum regi magis cupierint faverintque, id eos cupisse atque favisse utilitatis suae gratia, ne Romani Perse quoque rege victo ad superbiam ferociamque et inmodicum modum insolescerent. eaque ipsa verba ponit, ita ut infra scriptum [*V 2 J.*]: 'atque ego quidem arbitror Rodienses noluisse nos ita depugnare, uti depugnatum est, neque regem Persen vinci. sed non Rodienses modo id noluere, sed multos populos atque multas nationes idem noluisse arbitror atque haut scio an partim eorum fuerint, qui non nostrae contumeliae causa id noluerint evenire; sed enim id metuere, ⟨ne⟩ si nemo esset homo, quem vereremur, quidquid luberet, faceremus. ne sub solo imperio nostro in servitute nostra essent, libertatis suae causa in ea sententia fuisse arbitror. atque Rodienses tamen Persen publice numquam *adiuvere*. cogitate, quanto nos inter nos privatim *cautius* facimus. nam unus quisque nostrum, si

quis advorsus rem suam quid fieri arbitratur, summa vi contra nititur, ne advorsus eam fiat, quod illi tamen perpessi'. — postea verba haec ex eadem oratione ponit [*V 3 J.*]: 'ea nunc derepente tanta beneficia ultro citroque, tantam amicitiam relinquemus? quod illos dicimus voluisse facere, id nos priores facere occupabimus?' hoc inquit enthymema nequam et vitiosum est; responderi enim potuit: occupabimus certe, nam si non occupaverimus, opprimemur incidendumque erit in insidias, a quibus ante non caverimus. recteque inquit hoc vitio dat Lucilius [*1169 Ma.*] poetae Euripidae, quod cum Polyphontes rex propterea se interfecisse fratrem diceret, quod ipse ante de nece eius consilium cepisset, Meropa fratris uxor hisce ad⟨eo⟩ eum verbis eluserit [*fr. 451 N.*[2]]: '*εἰ γάρ σ' ἔμελλεν, ὡς σὺ φής, κτείνειν πόσις, / χρῆν καὶ σὲ μέλλειν, ὡς χρόνος παρῆλθεν*'. at hoc enim inquit plane stultitiae plenum est, eo consilio atque ea fini facere velle aliquid, uti numquam id facias quod velis. — post deinde usum esse Catonem dicit in eadem oratione argumentis parum honestis et nimis audacibus ac non viri eius, qui alio⟨qui⟩ fuit, sed vafris ac fallaciosis et quasi Graecorum sophistarum sollertiis. nam cum obiceretur inquit Rodiensibus, quod bellum populo Romano facere voluissent, negavit poena esse dignos, quia id non fecissent, etsi maxime voluissent, induxisseque eum dicit, quam dialectici *ἐπαγωγὴν* appellant, rem admodum insidiosam et sophisticam neque ad veritates magis quam ad captiones repertam, cum conatus sit exemplis decipientibus conligere confirmareque neminem, qui male facere voluit, plecti aequum esse, nisi quod factum voluit, etiam fecerit. verba autem ex ea oratione M. Catonis haec sunt [*V 4 J.*]: 'qui acerrime advorsus eos dicit, ita dicit hostes voluisse fieri. ecquis est tandem, qui vestrorum, quod ad *sese attineat*, aequum censeat poenas dare ob eam

rem, quod arguatur male facere voluisse? nemo opinor, nam ego, quod ad me attinet, nolim'. deinde paulo infra dicit [*V 5 J.*]: 'quid nunc? ecqua tandem lex est tam acerba, quae dicat "si quis illud facere voluerit, mille minus dimidium familiae multa esto; si quis plus quingenta iugera habere voluerit, tanta poena esto; si quis maiorem pecuum numerum habere voluerit, tantum damnas esto"? atqui nos omnia plura habere volumus, et id nobis impune est'. postea ita dicit [*V 6 J.*]: 'sed si honorem non aequum est haberi ob eam rem, quod bene facere voluisse quis dicit neque fecit tamen, Rodiensibus oberit, quod non male fecerunt, sed quia voluisse dicuntur facere?' his argumentis Tiro Tullius M. Catonem contendere et conficere dicit Rodiensibus quoque impune esse debere, quod hostes quidem esse populi Romani voluissent, ut qui maxime non fuissent. dissimulari autem non posse ait, quin paria et consimilia non sint plus quingenta iugera habere velle, quod plebiscito Stolonis prohibitum fuit, et bellum iniustum atque impium populo Romano facere velle, neque item infitiari posse, quin alia causa in praemio sit, alia in poenis. nam beneficia inquit promissa opperiri oportet neque ante remunerari quam facta sint, iniurias autem imminentis praecavisse iustum est quam exspectavisse. summa enim professio stultitiae inquit est non ire obviam sceleribus cogitatis, sed manere opperirique, ut cum admissa et perpetrata fuerint, tum denique, ubi quae facta sunt infecta fieri non possunt, poeniantur.

*Gell. 6, 3, 8* [*postquam causam orationis a Catone pro Rodiensibus habitae explanavit*] Tiro autem Tullius — profecto plus ausus est quam ut tolerari ignoscique possit. namque epistulam conscripsit ad Q. Axium [anxium *codd.*] familiarem patroni sui confidenter nimis et calide [callide *codd.*], in qua sibimet *visus est* orationem istam pro Rodiensibus acri [sacri *codd.*] *subtilique* iudicio percensuisse. ex ea epistula lubitum forte *nobis est* reprehensiones eius quasdam attingere; maiore

scilicet venia reprehensuri Tironem, cum ille reprehenderit Catonem. culpavit autem primum — poeniantur. *omisi quae a Gellio refutantur. ceteroqui cf. ad fr. 7.*

12 municionibus *Paris. Lugd-Bat.* 14 in rebus *Gell. 13, 25, 14* 17 quo] quod 21 se domant (m *ex* n *Vatic.*): *em. Pricaeus* 23 recto 25 dum *vg.*: cum 30 pugnandum: *em. vg.* 40 vinci. sed *Madvig*: vicisse *Paris. Vatic.* vicisē *Lugd-Bat.* 45 ne *add. A Schaefer* 46 quid quod *Paris. Vatic.* 47 nr̄e (nrę *Lugd-Bat.*) sent (sunt *Paris.*) *codd.: em. Vatic. m. 3 et codd. dett.* 49 perse *codd.* persem *Vatic. m. 3* 50 adiuvare cogitare n̄r̄i vatim: *em. IF Gronovius* 53 ea 58 occupavimus. hoc inquam 67 ad⟨eo⟩ *Hertz* 68 ΧΡΗ: *em. Casaubonus* 69 χρ.] χόλος *L Mueller* ΠΑΡΗΑΛΥΘΕΝ 74 alio⟨qui⟩ *Hertz*: alio 77 paene sed ignosci quia: *em. Madvig* 87 et quis: *em. Gronovius* 91 et qua *Paris. Vatic.* et quae *Lugd-Bat.: em. H Meyer* 96 dam(p)na: *em. Ursinus* 97 atque: *em. vg.* 101 oberit *Gronovius*: taberit *codd.* (*Paris. m. 1?* n aberit *Paris. m. 2.*) id ob. *Jordan* non oberit — facere. *Mommsen* labes erit *Hertz olim* 105 ut *Hertz*: et 108 colonis: *em. Bentley*

*7 [3]*

cum Pompeius aedem Victoriae dedicaturus foret, cuius gradus vicem theatri essent, nomenque eius et honores scriberentur, quaeri coeptum est utrum ‘consul tertio’ inscribendum esset an ‘tertium’. eam rem Pompeius exquisitissime rettulit ad doctissimos civitatis, cumque dissentirentur et pars tertio, alii tertium scribendum contenderent, rogavit Ciceronem Pompeius, ut quod ei rectius videretur scribi iuberet. tum Ciceronem iudicare de viris doctis veritum esse, ne quorum opinionem inprobasset, ipsos videretur inprobasse. persuasit igitur Pompeio ut neque tertium neque tertio scriberetur, sed ad secundum usque t fierent litterae, ut verbo non perscripto res quidem demonstraretur, sed dictio tamen ambigua verbi lateret.

*Gell. 10, 1, 7* quod de Pompeio Varro [*fr. 218*] breviter et subobscure dixit, Tiro Tullius Ciceronis libertus in epistula quadam *enarratius* scripsit ad hunc ferme modum: cum Pompeius *inquit* aedem — rogavit inquit Ciceronem — lateret. sive Tiro de dis-

*crimine vocum 'tertio' et 'tertium' disputavit, sive tantum modo de Pompeio narratiunculam exposuit, ex hoc et superiore fragmento patet eum ad grammaticae rhetoricaeque argumenta pertractanda epistulis, ut Varronem et Valgium Rufum, usum esse.*

3 inscriberentur *complures codd.* 13 t] tercium *Bern. Paris. Voss. Lat. F 7*

## DE VITA M. TULLI CICERONIS

### *8 [HRR 2 Peter]*

*lib. IV.* de oppugnata domo [*L. Caecilii*] nusquam adhuc legi; Pompeius tamen, cum defenderet Milonem apud populum de vi accusante Clodio, obiecit [et], ut legimus apud Tironem libertum Ciceronis in libro IIII de vita eius, oppressum ⟨a⟩ Clodio L. Caecilium praetorem.

*Ascon. in Milon. p. 43 K-S.* de oppugnata — praetorem.

3 obstitit et ut: *em. Madvig et Baiter* 5 a *add. vg.*

### † *9 [1]*

C. Caesar in consulatu, quem cum M. Bibulo gessit, quattuor solos extra ordinem rogasse sententiam dicitur. ex his quattuor principem rogabat M. Crassum, sed postquam filiam Cn. Pompeio desponderat, primum coeperat Pompeium rogare. eius rei rationem reddidisse eum senatui Tiro Tullius M. Ciceronis libertus refert, itaque se ex patrono suo audisse scribit.

*Gell. 4, 10, 5 [ex Ateio Capitone]* C. Caesar — scribit. *cf. Suet. Iul. 21.*

### † *10 [3]*

*αὗται εἰσιν αἱ λεγόμεναι τῆς διαστάσεως [Ciceronis et Terentiae] εὐπρεπέσταται προφάσεις. τῇ δὲ Τερεντίᾳ καὶ ταύτας ἀρνουμένῃ λαμπρὰν ἐποίησε τὴν ἀπολογίαν αὐτὸς ἐκεῖνος μετ' οὐ πολὺν χρόνον γήμας παρθένον, ὡς μὲν ἡ Τερεντία κατεφήμιζεν, ἔρωτι τῆς ὥρας, ὡς δὲ Τίρων ὁ τοῦ Κικέρωνος ἀπελεύθερος γέγραφεν, εὐπορίας ἕνεκεν πρὸς διάλυσιν δανείων.* ἦν γὰρ ἡ παῖς σφόδρα *πλουσία, καὶ τὴν οὐσίαν αὐτῆς* ὁ Κικέρων ἐν πίστει κληρονόμος

ἀπολειφθεὶς διεφύλαττεν. ὀφείλων δὲ πολλὰς μυριάδας ὑπὸ τῶν φίλων καὶ οἰκείων ἐπείσθη τὴν παῖδα γῆμαι παρ' ἡλικίαν, καὶ τοὺς δανειστὰς ἀπαλλάξαι τοῖς ἐκείνης χρησάμενον.

*Plut. Cic. 41* αὗται γὰρ εἰσιν – χρησάμενον. *cf. Cass. Dio 46, 18, 3.*

5 τήρων: *em. ASchaefer*

## *11* [*4*]

ut de Cicerone ipso loquar, Hirtio nempe et Pansa consulibus [*a. 711/43*], ut Tiro libertus eius scripsit, septimo idus ⟨Decembres⟩ occisus est.

*Tac. de orat. 17* ut de Cicerone — occisus est. *cf. Plut. Cic. 49.*

1 ipse *Farnes.* 2 scribit *Andresen* 3 septimum *Vatic.* Dec. *add. Lipsius, lacunam indicant Leid. m. 2 Vatic.*

## *ΠΑΝΔΕΚΤΑΙ*

*Gell. 13, 9, 2* Tullius Tiro — libros compluris — de variis atque promiscis quaestionibus composuit. in his esse praecipui videntur, quos Graeco titulo πανδέκτας inscripsit, tamquam omne rerum atque doctrinarum genus continentis. *licet vulgo existimetur in verbis 'de variis atque prom. quaest.' eius operis inscriptionem latere, cuius Pandectae pars fuerint, Gellium complures variosque Tironis libros ibi significavisse, ex quibus Pandectae per se fuerint, cum Kretzschmero consentio (de Gell. font. p. 63). non aliter Suetonius postquam Aurelii Opilli variae eruditionis aliquot volumina tetigit, unum ex his Musas nomine appellavit (Aur. Opill. fr. 1): atque fuit Musarum et Pandectarum eadem natura. huius modi inscriptiones vd. ap. Plin. n. h. praef. 24. Gell. praef. 6. Pandectas inscripsit item librum suum Dorotheus (Clem. Alex. strom. 1, 21, 133* ἐν τῷ πρώτῳ πανδέκτῃ). *numeri singularis formam in inscriptione praefert Schopen, de Terentio et Donato p. 41.*

## *12* [*4 Egger*]

novissime Tiro in pandecte non recte ait dici, adicitque quod sua coeperit aetate id adverbium.

*Char. p. 207, 30* novissime — adverbium; ubi Fl. Caper de latinitate: 'miror' inquit 'id dixisse Tironem', cum Valerius Antias libro II [*fr. 14 P*]: 'mater cum novissime aegrotasset', inquit 'vovisse fertur'; idem XXII [*fr.* 58 P.]: 'quod novissime nobiscum foedus fecissent'. *cf. Ael. Stilo test. 24. Gell. 10, 21, 1* non paucis verbis, quorum frequens usus est nunc et fuit,

M. Ciceronem noluisse uti manifestum est, quod ea non probaret, velut est et novissimus et novissime. *cf. tamen Cic. pro Rosc. com. 30.*

*13* [*1*]

adeo veteres Romani litteras Graecas nesciverunt et rudes Graecae linguae fuerunt ut stellas, quae in capite tauri sunt, propterea suculas appellarint, quod eas Graeci ὑάδας vocant, tamquam id verbum Latinum Graeci verbi interpretamentum sit, quia graece ὕες, sues latine dicantur. sed ὑάδες οὐκ ἀπὸ τῶν ὑῶν id est non a subus, ita ut nostri Opici putaverunt, sed ab eo quod est ὕειν appellantur; nam et cum oriuntur et cum occidunt, tempestates pluvias largosque imbres cient. pluere autem Graeca lingua ὕειν dicitur.

*Gell. 13, 9, 4* ibi [*in πανδέκταις*] de his stellis quae appellantur suculae hoc scriptum est: adeo inquit veteres — sed ὑάδες inquit οὐκ ἀπό — dicitur. haec quidem Tiro in pandectis. sed enim veteres nostri non usque eo rupices et agrestes fuerunt, ut stellas hyadas idcirco suculas nominarent, quod ὕες latine sues dicantur, sed ut quod Graeci ὑπέρ, nos super dicimus, quod illi ὕπτιος, nos supinus, quod illi ὑφορβός, nos subulcus, quod item illi ὕπνος, nos primo sypnus [*ita Ald.*: somnus *codd.*], deinde per y Graecae Latinaeque ⟨o⟩ litterae cognationem somnus, sic quod ab illis ὑάδες, a nobis primo syades, deinde suculae appellatae. *Cic. de nat. d. 2, 111* eius [*Tauri*] caput stellis conspersum est frequentibus: 'has Graeci stellas hyadas vocitare suerunt,' a pluendo; ὕειν enim est pluere. nostri inperite suculas, quasi a subus essent, non ab imbribus nominatae. *cf. Cic. Arat. 178. Fest. p. $301^{b}$, 33. Ovid. fast. 5, 166. 6, 197. Plin. 2, 106. 18, 247 (cf. Münzer, Quellenkr. d. Ng. d. Plin. p. 98 sq.). Serv. g. 1, 138. Aen. 1, 744. Isid. or. 3, 70, 12. Ampel. 3. Schol. in Caes. Germ. Arat. $56^{B}$. CGL VII 311. cf. etiam Varro de l. L. 5, 96. Fest. p. $290^{b}$, 5. CGL VII 279. 317. 320. 322.*

6 ⟨quae⟩ *post* quia *add. Skutsch* 7 subus *Voss. Lat. F 7* suibus *rell.*

INCERTAE SEDIS

*14* [*2*]

*Tiro Tullius* M. Ciceronis libertus lictorem vel a limo *licio* dictum scripsit; licio enim transverso,

quod limum appellatur, qui magistratibus inquit praeministrabant, cincti erant.

*Gell. 12, 3, 1* Valgius Rufus [*fr. 1*]. et nos sane cum illo sentimus, sed Tiro Tullius — cincti erant. si quis autem est, qui propterea putat probabilius esse quod Tiro dixit, quoniam prima syllaba in lictore, sicuti in licio, producta est et in eo verbo quod est ligo correpta est, nihil ad rem istud pertinet. nam sicut a ligando lictor, et a legendo lector et a viendo vitor [*ita Lachmann*: vivendo victor *codd.*] et tuendo tutor et struendo structor productis, quae corripiebantur, vocalibus dicta sunt. *cf. Grom. Lat. I 29, 15. 167, 18. 366, 18. Serv. Aen. 12, 120. Isid. or. 15, 14, 2. 19, 22, 26. 33, 4. haec ad Pandectas pertinere puto, sed ad epistulas quoque apte quadrant* (*cf. Valg. Ruf. l. c.*).

# POMPEIUS LENAEUS

## TESTIMONIA

VITAE

1. *Suet. de gramm. 15* Lenaeus Magni Pompei libertus et paene omnium expeditionum comes defuncto eo [*a. 706/48*] filiisque eius [*a. 719/35 Sexto*] schola se sustentavit [*vd. De lud. litt. test. 38*]. — traditur autem puer adhuc Athenis subreptus refugisse in patriam, perceptisque liberalibus disciplinis pretium suum domino rettulisse, verum ob ingenium atque doctrinam gratis manumissus. *Athenis a. 668/86 subreptus esse videtur* (*cf. Hillscher, Fleck. Jahrbb. suppl. 18. 1892 p. 377*); *qua aetate si puer erat, intra annos 654/100—660/94 natus est.*

2. *Schol. in Iuven. 1, 20* (Auruncae flexit alumnus) — vel Lenaeum dicit, qui et ipse saturas scripsit. *si recte pro tradito 'lenium' ita Casaubonus emendavit* (*vd. item 'lenius' in codd. Plinii n. h. 25, 63*), *aliter hic proditum de patria Lenaei habemus atque ap. Suetonium* (*cf. Marx, Lucil. carm. rell. 1 p. LI*).

3. *Suet. de gramm. 2* = *De lud. litt. test. 14* (*de Archelao Lenaei magistro*)

SCRIPTORUM

4. *Suet de gramm. 15* (= *Petron. sat. p. 245 B.*[4]) Lenaeus — tanto amore erga patroni memoriam extitit, ut Sallustium historicum, quod eum oris probi, animo inverecundo scripsisset, acerbissima satura lacerarit, lastaurum et lurconem et nebu-

lonem popinonemque appellans et vita scriptisque monstrosum, praeterea priscorum Catonis verborum ineruditissimum furem. *liber, in quo Sallustius Pompeium vituperaverat, historiae sunt (cf. Maurenbrecher fr. 2, 16). epigramma in Sallustium Catonis verborum furem extat apud Quint. 8, 3, 29 (FPR p. 329, 15 B.). cf. etiam test. 2.*

5. *Plin. n. h. 25, 5* antea condiderat solus apud nos, quod equidem inveniam, Pompeius Lenaeus Magni libertus, quo primum tempore hanc scientiam [*medicinam*] ad nostros pervenisse animo adverto. namque Mithridates — singula exquirens scrinium commentationum harum et exemplaria effectusque in arcanis suis reliquit, Pompeius autem omni praeda regia potitus transferre ea sermone nostro libertum suum Lenaeum grammaticae artis iussit, vitaeque ita profuit non minus quam reipublicae victoria illa. *fragmenta extant ap. Plin. n. h. 15, 127. 25, 63 al. (cf. Plinii ind.). Gell. 17, 16, 2.*

# CORNELIUS NEPOS

## A. TESTIMONIA

VITAE

*Nepos Ticino, ut videtur, ortus (Mommsen, Hermes 3, 62 adn. 1), a. fere 655/99 natus Catullo et Attico amicis superstes fuit et Augusto imperatore mortuus est (Plin. n. h. 9, 137). de vita cf. Peter, hist. Rom. rell.² p. XXXX sq*

SCRIPTORUM

1. *Plin. epist. 5, 3, 6* inter quos [*qui carmina scriptitarunt*] vel praecipue numerandus est P. Vergilius, Cornelius Nepos et prius Accius Enniusque.

2. *Char. p. 146, 19* Nepos exemplorum II *Gell. 6, 18, 11* Cornelius Nepos in libro exemplorum quinto *cf. L Traube, Sitzb. d. Bayer. Akad. 1891 p. 397. 405. Münzer, Quellenkr. d. Ng. d. Plin. p. 322 sq. hinc loci Pliniani fluxisse videntur; cf. ind. libr. 7. 12. 34. opus scriptum est post a. 711/43 (cf. fr. 5 P.).*

3. *Nep. Cat. 3, 5* huius [*M. Catonis*] de vita et moribus plura in eo libro persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus rogatu T. Pomponii Attici.

4. *Fronto p. 20 N. = Lampadio test. 4 (de libris ad criticam rationem emendatis, quamquam a Frontone existimatorem hominem librariumque in Attici et Nepotis commemoratione permutatos esse credo)*

5. *Chronica, De vita* M. Tulli Ciceronis, De *inlustribus viris infra memorantur.*

## B. FRAGMENTA

### EX CHRONICIS

*Catull. 1, 5* [*Nepoti*] iam tum cum ausus es unus Italorum / omne aevum tribus explicare chartis / doctis, Iuppiter, et laboriosis. *itaque Chronica ante a. 700/54 (cf. Peter l. c. p. L), id est ante Annalem Attici et Imagines Varronis, edita sunt.*

### *1* [*HRR 2 Peter*]

*lib. I.* de Homero et Hesiodo inter omnes fere scriptores constitit aetatem eos egisse vel isdem fere temporibus vel Homerum aliquanto antiquiorem, utrumque tamen ante Romam conditam vixisse Silviis Albae regnantibus annis post bellum Troianum, ut Cassius in primo annalium [*supra fr. 1*] de Homero atque Hesiodo scriptum reliquit, plus centum atque sexaginta, ante Romam autem conditam, ut Cornelius Nepos in primo chronico de Homero dicit, annis circiter centum et sexaginta.

*Gell. 17, 21, 3* de Homero — sexaginta. *cf. fragm. hist. Graec 1, 392 sq. M. Clem. Alex strom. 1, 21, 117. Hieron. ad a. Abr. 1104 et praesertim Cic. de re p. 2, 18 (de his Rohde, Rh Mus. 36, 533). vd. etiam Varro fr. 68. de loco Cassii a Nepote allato Meyer, Rh. Mus. 37, 615 adn. 1.*

5 Cassius *Voss. Lat. F 112 m. 3* sassius *vel* sallius (?) *vel* iassius *rell.* 8 chronicorum *Magliab. Regin. 597 et 1646 Voss. Lat. F 112*

### *2* [*4*]

Archilochum Nepos Cornelius tradit Tullo Hostilio Romae regnante iam tunc fuisse poematis clarum et nobilem.

*Gell. ibid. 8* Archilochum autem Nepos — nobilem. *cf. Cic. tusc. 1, 3. Hieron. ad a. Abr. 1352. Rohde, Rh. Mus. 36, 558. de Chronicis hic significatis vd. fr. 1 et Gell. ibid. 1. eodem loci sine dubio sexta quoque paragraphus de Pythagora pertinet.*

### DE VITA M. TULLI CICERONIS

### *3* [*1*]

*lib. I.* Cornelius Nepos — in librorum primo, quos *de vita illius* [*Ciceronis*] composuit, errasse videtur, cum

eum scripsit tres et viginti annos natum primum causam iudicii publici egisse Sextumque Roscium parricidii reum defendisse.

*Gell. 15, 28, 1* Cornelius Nepos et rerum memoriae non indiligens et M. Ciceronis ut qui maxime amicus familiaris fuit. atque is tamen in librorum primo — defendisse. *sequitur Gellii refutatio. cf. Suet. rell. p. 81 R.*

3 primum *Paris.* primam *rell.*

## EX LIBRIS DE INLUSTRIBUS VIRIS

*libri, qui primum anno, ut videtur, 720/34 (Nipperdey, praef. ad Corn. Nep. p. XXI) in vulgus propositi sunt, deinde rursus intra a. 723/31—727/27 (cf. ibid. p. XXXXI), sedecim minimum fuerunt (fr. 6), fortasse septem et decem, quorum primus, ut videtur, prooemium sicut in Varronis Imaginibus amplexus est, deinde, ut recentiores existimant (cf. Wissowa RE 4, 1412. Peter l. c. p. LV), II et III reges, IV et V duces, VI et VII poetas, VIII et IX oratores, X et XI philosophos, XII et XIII historicos, XIV et XV grammaticos, XVI et XVII rhetores.*

### *4* [*14*]

*lib. XIII.* iuste venusteque admodum reprehendisse dicitur Aulum Albinum M. Cato. Albinus, qui cum L. Lucullo consul fuit, res Romanas oratione Graeca scriptitavit. in eius historiae principio [*fr. 1 P.*] scriptum est ad hanc sententiam: neminem suscensere sibi convenire, si quid in his libris parum composite aut minus eleganter tum scriptum foret; 'nam sum' inquit 'homo Romanus natus in Latio, Graeca oratio a nobis alienissima est'; ideoque veniam gratiamque malae existimationis, si quid esset erratum, postulavit. ea cum legisset M. Cato: 'ne tu', inquit 'Aule, nimium nugator es, cum maluisti culpam deprecari quam culpa vacare. nam petere veniam solemus aut cum inprudentes erravimus aut cum compulsi peccavimus. te', inquit 'oro te, quis perpulit, ut id committeres, quod priusquam faceres, peteres ut ignosceretur'? *scriptum* hoc est in libro Corneli Nepotis de in*lustribus* viris XIII.

*Gell. 11, 8* iuste venusteque — viris XIII. *eadem Macrob. sat. praef. 13sq. cf. Polyb. 39, 1, 1sq. Plut. Cat. 12. apopth. Cat. 29. de Albino etiam Cic. Brut. 81.*

4 primo *Macrob.* 6 tum *om. codd. familia prior et Macrob.* 10 ea *Macrob.*: eam 14 te *om. altero* te *Macrob.* tibi *codd.* tu tibi (*veniam petis*)? *ThVogel* dic *coni. Hosius* 17 viris *Magliab. m. 2 Regin. 1646 m. 1* libris *rell. et Regin. m. 2* XIIII *Voss. Lat. F 112 om. Paris. Voss. Lat. F 7*

*5* [*2*]

*l. XV.* partum [*pro* partium]. — Cornelius Nepos inlustrium XV * *

*Char. p. 141, 24* partum. Caesar [*fr. 25*], Cornelius — XV * *

*6* [*3*]

*l. XVI.* a fratre patruele

*Char. p. 141, 13* patruele, ab hoc patruele. Cornelius Nepos inlustrium virorum libro XVI a. fr. p. inquit * * rem necessitudinis, sed etiam personam ostendat [-it *cod.*].

*7* [*15*]

verba ex epistula Corneliae Gracchorum matris ex libro Cornelii Nepotis de Latinis historicis excerpta:

dices pulchrum esse inimicos ulcisci. id neque maius neque pulchrius cuiquam atque mihi esse videtur, sed si liceat re publica salva ea persequi. sed quatenus id fieri non potest, multo tempore multisque partibus inimici nostri non peribunt atque, uti nunc sunt, erunt potius quam res publica profligetur atque pereat.

eadem alio loco:

verbis conceptis deierare ausim, praeterquam qui Tiberium Gracchum necarunt, neminem inimicum tantum molestiae tantumque laboris, quantum te ob has res, mihi tradidisse; quem oportebat omnium eorum, quos antehac habui liberos, partis eorum tolerare atque curare, ut quam minimum sollicitudinis in senecta haberem, utique quaecumque ageres ea velles maxime mihi placere, atque uti nefas haberes rerum maiorum adversum meam sententiam quicquam facere, praesertim mihi, cui parva pars vitae superest. *ne id quidem* tam breve spatium potest opitulari,

quin et mihi adversere et rem publicam profliges? denique quae pausa erit? ecquando desinet familia nostra insanire? ecquando modus ei rei haberi poterit? ecquando desinemus et habentes et praebentes molestiis insistere? ecquando perpudescet miscenda atque perturbanda re publica? sed si omnino id fieri non potest, ubi ego mortua ero, petito tribunatum; per me facito quod lubebit, cum ego non sentiam. ubi mortua ero, parentabis mihi et invocabis deum parentem. in eo tempore non pudet te eorum deum preces expetere, quos vivos atque praesentes relictos atque desertos habueris? ne ille sirit Iuppiter te ea perseverare nec tibi tantam dementiam venire in animum! et si perseveras, vereor ne in omnem vitam tantum laboris culpa tua recipias, uti in nullo tempore tute tibi placere possis.

*Libri mss. Corn. Nep. ad extremum* verba ex epistula — placere possis.

1 gracorum matris ex eodem libro Cornelii Nepotis excerpta (*cod.*) *G*(*udianus*) verba Corneliae Gracchorum matris ex cornelii nepotis libro exc. *R*(*omanus*) 2 hist.] oratoribus *Nipperdey op. p. 99* 6 malo temperes *Bergk, Philol. 16, 627* m. part.] *cf. Nipp. p. 116* 9 verba eiusdem alio loco ad C. Gracchum filium *R* 11 inimicum *om. cod. Gifanii* tantae *G* 13 eorum *om. ed. Savaronis* meorum *Roth* 20 adversēs *G* -ses *R* 21 qua *R* 23 insist. *Nipp.* desistere *codd.* dehiscere *coni. Buech.* 28 deum p.] *cf. Jordan, Hermes 15, 530* pudebit *Haupt in Nipp. op. p. 119*

*8* [*13*]

eodem tempore [*quo Platonem, Dionysius*] Philistum historicum Syracusas reduxit, hominem amicum non magis tyranno quam tyrannidi. sed de hoc in eo libro plura sunt exposita, qui de historicis Graecis conscriptus est.

*Nep. Dion. 3, 2* eodemque tempore — conscriptus est.

3 tyrannidi *Ascensius*: tyrannis in eo *cod. Dan. et Parc.* in eo meo *rell.*

*9* [*17*]

*non ignorare* debes unum hoc genus Latinarum *litterarum* [*historiam*] adhuc non modo non respon-

dere Graeciae, sed omnino rude atque inchoatum morte Ciceronis relictum. ille enim fuit unus, qui potuerit et etiam debuerit historiam digna voce pronuntiare, quippe qui oratoriam eloquentiam rudem a maioribus acceptam perpoliverit, philosophiam ante eum incomptam Latinam sua conformarit oratione. ex quo dubito, interitu eius utrum res publica an historia magis doleat. — locuples ac divina natura, quo maiorem sui pareret admirationem ponderatioraque sua essent beneficia, neque uni omnia dare nec rursus cuiquam omnia voluit negare.

*Anon. Gud. cod. 278* Cornelius Nepos in libro de historicis Latinis de laude Ciceronis: non ignorare — doleat. idem: locuples — negare.

9 conformavit oratiōnē *cod.: em. Heusinger* 11 locuplex

INCERTAE SEDIS

*in libris De inl. viris sine dubio fuerunt fr. 10. 11. 13., in libro De vita M. Tulli Cic. fr. 12 verisimilius est fuisse; fr. 14 ambigitur utrum ex peculiari libro petitum sit (Leo, Biogr. p. 193 adn.) an ex prooemio librorum de grammaticis (Peter l. c. p. 40; cf. praef. ad De inl. vir.); meo iudicio illud praestat. reliqua frustula operis De inl. vir. ab hominibus litteratis aliena omisi.*

*10* [*11 De inl. vir.*]

quamvis et Nepos aequales omnes [*Terentium, Scipionem Africanum, C. Laelium*] fuisse tradat

*Suet. vit. Ter. p. 27 R.* hic [*Terentius*] cum multis nobilibus familiariter vixit, sed maxime cum Scipione Africano et C. Laelio, quibus etiam corporis gratia conciliatus existimatur. quod et ipsum Fenestella arguit contendens utroque maiorem natu fuisse, quamvis — tradat.

*11* [*12*]

Nepos auctore certo comperisse se ait C. Laelium quondam in Puteolano kalendis Martiis admonitum ab *uxore, temperius* ut discumberet, petisse ab ea ne

interpellaretur, seroque tandem ingressum triclinium dixisse non saepe in scribendo magis sibi successisse. deinde rogatum ut scripta illa proferret, pronuntiasse versus, qui sunt in Heautontimorumeno [*723*]: 'satis pol proterve me Syri promissa huc induxerunt'.

*Suet. vit. Ter. p. 31 R.* Nepos — induxerunt. *cf. Varro fr. 301. Santra fr. 13.*

1 auctore cerio *Regin.* 3 se *post* ne *add. Ritschl* 4 interpellaret *A, Ritschl* interpollaretur *Regin.* -pell- *rell.* seroque *A* serius *rell.* ingressum *A* -sus *rell.*

## *12* [*2 De vita Cic.*]

refert Cornelius Nepos se praesente iisdem paene verbis, quibus edita est, eam pro Cornelio seditioso tribuno defensionem peroratam.

*Hieron. contra Ioann. Hierosol. 12* (*2, 419 Vall.*) refert enim Cornelius — peroratam [*a. 689/65*].

## *13* [*16 De inl. vir.*]

primus [*L. Voltacilius*] omnium libertinorum, ut Cornelius Nepos opinatur, scribere historiam orsus non nisi ab honestissimo quoque scribi solitam ad id tempus.

*Suet. de rhet. 3* primus — tempus.

## *14* [*18*]

Cornelius Nepos libello, quo distinguit litteratum ab erudito, litteratos vulgo quidem appellari ait eos, qui aliquid diligenter et acute scienterque possint aut dicere aut scribere, ceterum proprie sic appellandos poetarum interpretes, qui a Graecis grammatici nominentur.

*Suet. de gramm. 4* appellatio grammaticorum Graeca consuetudine invaluit, sed initio litterati vocabantur. Cornelius quoque Nepos — nominentur. *cf. Orbilius fr. 2. Mess. Corv. fr. 5.*

*in libro De dub. nom.* (*CGK V 576, 12* culmum generis neutri, ut Nepos vult) *alium Nepotem Donati interpretem, qui est in commento Bob., quod* accessit (*ad Don. p. 388, 7. 13*), *significatum esse contendit Sabbadini* (Studi ital. 11. 1903 p. 171).

# L. COTTA

*quis sit L. Cotta hic, qui Suetonio auctore libros De litteris syllabisque et De metris Ennio poetae abiudicavit, nescimus; fortasse non alius est qui a Suetonio alias (Iul. 79) memoratur, quamquam et L. Aurunculeius Cotta Caesaris legatus esse potest, is qui hieme a. 700/54—701/53 in Gallia interfectus est, cuius περὶ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας σύγγραμμα novimus (Athen. 6, 273ᵇ; cf. Buecheler, Fleck. Jahrbb. 111. 1875 p. 136). certe quidem L. Cotta tribunus pl. a. 659/95, qui a Cicerone (Brut. 137) in numerum mediocrium oratorum refertur, ob tempora non quadrat.*

## FRAGMENTUM

quod non nulli tradunt duos libros de litteris syllabisque, item de metris ab eodem Ennio [*poeta*] editos, iure arguit L. Cotta non poetae sed posterioris Ennii esse, cuius etiam de augurandi disciplina volumina ferantur.

*Suet. de gramm. 1* nam quod non nulli — ferantur. *cf. Sex. Enn. p. 101.*

# SP. MAECIUS TARPA

## A. TESTIMONIA

VITAE

*1. 'Sp. Maecius' Cic., 'Maecius' Hor. Suet., 'Tarpa' Hor. 'Maecius Tarpa' Porphyr., 'Sp. Maecius Tarpa' schol. Cruq. de praenomine iniuria dubitationem movit Jordan, Hermes 8, 89; cf. test. 5.*

*2. Maecius a. 699/55 a Pompeio ad iudicandas fabulas, quae in ludis edendae essent, delectus (test. 3) iunior triginta fere annis ea aetate esse non poterat, neque tamen multo senior, si quidem intra a. 743/11—746/8, cum Horatius artem poeticam scripsit, eodem munere fungebatur (test. 5) aut functus recenti laude florebat.*

3. *Cic. ad fam. 7, 1, 1 [a. 699/55]* nobis autem erant ea perpetienda, quae Sp. Maecius probavisset [*ad theatrum*].

4. *Hor. sat. 1, 10, 37* haec ego ludo, | quae neque in aede *sonent certantia iudice* Tarpa. *Porphyr. ibid.* 38 ait se id genus

carminis scribere, quod Maeci Tarpae arbitrio non subiciatur; nam hi fere qui scaenae scribebant ad Tarpam hunc velut emendatorem ea adferebant. *Ps-Acro ibid.* ⟨iudice Tarpa⟩ qui deferenda carmina poetarum ad ⟨s⟩caenas antea probavit. *cf. Schol. Vindob. ibid.*

5. *Hor. A P 386* si quid tamen olim / scripseris, in Maeci descendat iudicis aures. *Porphyr. ibid. 387* Maecius perdiligens carminum fuit aestimator. *Ps-Acro ibid.* Maecius illis temporibus criticus summus fuit. *cf. schol. Cruq. ibid.* (Sp. Metius Tarpa).

## B. FRAGMENTUM

duos Terentios poetas fuisse scribit Maecius, quorum alter Fregellanus fuerit Terentius Libo, alter libertinus Terentius Afer patria.

*Don. vit. Ter. p. 9 W.* nam duos Terentios — patria, de quo nunc loquimur. *cf. Weichert, poett. Latt. rell. p. 334 sq.*

1 Maecius *Fleckeisen*: maetius *Paris.* metius *rell.* 2 flagellanus *Paris. Vatic. 2905*

# INCERTORUM GRAMMATICORUM LIBRI

## COMMENTARII LUCILII

*1*

*Gell. 2, 24, 4* hanc Lucilius poeta legem [*Fanniam*] significat cum dicit [*1172 Ma.*]: 'Fanni centussis misellus'. in quo erraverunt quidam commentariorum in Lucilium scriptores, quod putaverunt Fannia lege perpetuos in omne dierum genus centenos aeris statutos. centum enim aeris Fannius constituit, sicuti supra dixi, festis quibusdam diebus eosque ipsos dies nominavit, aliorum autem dierum omnium in singulos dies sumptum inclusit intra aeris alias tricenos, alias denos.

*de temporibus et natura horum commentariorum cf. Marx, Lucil. carm. rell. 1 p. LV sq., qui probabili ratione iis vindicat magnam partem disputationis Macrob. 3, 16. 17 (vd. praesertim 17, 5) et locos Paul. Fest. p.* 54, 2. 96, 3. Fest. p. $270^{b}$, 4. $340^{a}$, 24.

*343ᵃ, 7. cf. etiam Marx ibid. p. LII sq. fortasse eodem § 8—10 Gellii de lege Licinii pertinent.*

2 misellus *Pal-Vatic.* -llos *rell.* 8 sumptum *Pal-Vatic.* sum(p)tus *rell.*

COMMENTARII DE ANTIQUIS LITTERIS

*2*

*Vel. Long. p. 49, 10* Graecorum vero qui de antiquis litteris scripserunt commentaria, item Latinorum qui illos secuti sunt eadem littera veteres solitos scribere ostendunt *μακρὸς μακροῦ μακρῷ* et confusas fuisse *ο* et *ου* et *ω*; apud nos quoque antiqui ostendunt, qui aeque confusas o et u litteras habuere.

*cf. Mar. Vict. p. 11, 9. 24, 2. de incerto Velii auctore vd. Wilmanns, de Varr. libr. gramm. p. 125 sq.*

4 *ο* et *υ* 5 quia

*Char. p. 205, 16* (illi qui de differentiis scribunt, *non* scripserunt, *ut ait Beck, de differentiarum scriptoribus Lat. Groningae 1883 p. 6) huius aetatis scriptores non respicit.*

# EX INCERTIS INCERTORUM LIBRIS

*Quintiliani (1, 6, 32 sq.) ea infra desunt veriloquia, quae aut certis scriptoribus vindicari possunt (ut 'consul' Accius fr. 17 et complura Varronis de l. L.) aut verisimili coniectura variis grammaticis tributa (ut 'classis' Ael. Stilo fr. 52) alibi relata sunt.*

*1*

*Plut. quaest. conv. 8, 6, 5 (Mor. 4, 331 B.)* Λαμπρίας ἔφη μυρίῳ τὰ Ῥωμαϊκὰ δείξειν οἰκειότερα τῶν Ἑλληνικῶν ὀνόματα —. τὸ μὲν γὰρ δεῖπνόν φασι κῆνα διὰ τὴν κοινωνίαν καλεῖσθαι· καθ' ἑαυτοὺς γὰρ ἠρίστων ἐπιεικῶς οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι συνδειπνοῦντες τοῖς φίλοις. τὸ δ' ἄριστον ἐκλήθη πράνδιον ἀπὸ τῆς ὥρας· ἔνδιον γὰρ τὸ δειλινόν, καὶ τὴν μετ' ἄριστον ἀνάπαυσιν ἐνδιάζειν· ἢ πρωινήν τινα σημαίνοντες ἐδωδὴν ἢ τροφήν, ἧ χρῶνται πρὶν ἐνδεεῖς γενέσθαι. καὶ μὴν ἵν' ἀφῶ τὰ στρώματα, ἔφη, τὸν οἶνον τὸ μέλι τοὔλαιον τὸ γεύσασθαι τὸ προπιεῖν, ἕτερα πάμπολλα τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι

καταφανῶς χρώμενα· τίς οὐκ ἂν εἴποι ἐπὶ κῶμον Ἑλληνικῶς κωμισσᾶτον λέγεσθαι, καὶ τὸ κεράσαι μισκῆρε καθ' Ὅμηρον [*Od.* 10, 356] 'ἡ δ' αὖτ' ἐν κρητῆρι μελίφρονα οἶνον ἔμισγε' καὶ μῆνσαν μὲν τὴν τράπεζαν ἀπὸ τῆς ἐν μέσῳ θέσεως, πᾶνεμ δὲ τὸν ἄρτον ὡς ἀνιέντα τὴν πεῖναν· τὸν δὲ στέφανον κορῶναν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, ὡς Ὅμηρος [*Il.* 7, 12] τὸ κράνος εἴκασέ που στεφάνῃ· † τὸ δὲ καῖρε δέρε καὶ δέντης τοὺς ὀδόντας καὶ λάβρα τὰ χείλη ἀπὸ τοῦ λαμβάνειν τὴν βορὰν δι' αὐτῶν.

*cf. Varro de l. L.* 7, 89. 5, 118. 105. 62. 135. *Paul. Fest.* p. 223, 5. 41, 3. 37, 2. *Buecheler, Rh. Mus.* 56, 321.

17 τὸ δὲ δέρειν καίδερε *Wyttenb.* τὸ δ' ἔδειν ἔδερε *Buech.*

*2*

*Quint.* 1, 6, 34 etiamne hominem appellari, quia sit humo natus, quasi vero non omnibus animalibus eadem origo, aut illi primi mortales ante nomen inposuerint terrae quam sibi?

*cf. Hygini fabulam 220 desinentem*; homo vocetur quoniam ex humo videtur esse factus (*Bernays op.* 2, 218. *Buecheler, Rh. Mus.* 41, 5).

*3*

*Quint.* 1, 5, 66 ex tribus [*vocibus*] nostrae utique linguae non concesserim, quamvis — inveniantur qui Lupercalia aeque tris partes orationis esse contendant quasi luere per caprum.

*aliter Varro de l. L.* 6, 13.

*4*

*Gell.* 18, 6, 8 idonei vocum antiquarum enarratores tradiderunt matronam dictam esse proprie, quae in matrimonium cum viro convenisset, quoad in eo matrimonio maneret, etiam si liberi nondum nati forent, dictamque ita esse a matris nomine non adepto iam, sed cum spe et omine mox adipiscendi, unde ipsum quoque matrimonium dicitur, matrem autem familias appellatam esse eam solam, quae in mariti manu mancipioque aut in eius, in cuius maritus, manu mancipioque esset, quoniam non in matrimonium *tantum*, sed in familiam quoque mariti et in sui *heredis locum* venisset.

*cf. Paul. Fest. p. 125, 16. Ael. Meliss. ap. Gell. l. c. § 4. Non. p. 442, 1. Suet. p. 280 R. Serv. Dan. Aen. 11, 476. Serv. Aen. 11, 581. Isid. or. 9, 7, 13. huius modi veriloquia vd. ap. Nigidium* (*fr.* 28).

6 apiscendo *vel* adipiscendo *codd.*: *em. IGronovius*

5

*Fest. p. 326ᵃ, 3* ⟨Sa⟩mnitibus nomen ⟨inditum esse tradit . . .⟩ s propter genus ⟨hastae, quod σαύνι⟩α appellent ⟨Graeci⟩.

*cf. Plin. n. h. 3, 107 et Graec.* 'Σαυνῖται'. *si OMueller recte supplevit, nomen auctoris evanuit, qui Verrius esse vix potest, cum aliorum sententia sequatur* ('⟨*alii aiun*⟩*t*'; *cf. Ael. Stilo ad fr. 75*).

1 ⟨Sa⟩nnitibus

6

*Porphyr. Hor. serm. 1, 3, 1* non nulli tamen veterum grammaticorum sic appellationes has diviserunt, ut Sardum putarent dici eum, qui in Sardinia natus sit, Sardiniensem autem incolam Sardiniae.

*cf. Paul. Fest. p. 60, 11.*

7

*Fest. p. 347ᵇ, 9* sesterti no⟨tam . . . . ait signa continere⟩ dupundi et semissis, ⟨unde sestertius dictus quasi semis⟩tertius; sed auctos ess⟨e postea asses in sestertio⟩. apud antiquos autem ⟨denarii denorum assium e⟩rant et valebant de⟨cussem, qui tum dicebantur quadriga⟩ti bigati. quinquessis ⟨autem quinarium . . . . auctor⟩ est numerum aeris perduct⟨um esse ad XVI asses lege Fla⟩minia minus solvendi, cu⟨m Hannibalis bello premere⟩tur p. R.

*cf. Fest. p. 334ᵇ, 33. Varro de l. L. 5, 173. Plin. n. h. 33, 44. Apul. ap. Prisc. p. 251, 1.*

2 semisis

8

*Quint. 1, 6, 35* sic perveniemus eo usque ut stella luminis stilla credatur, cuius etymologiae auctorem clarum sane in litteris *nominari* in ea parte, qua a me reprenditur, *inhumanum* est.

*aliter Varro fr. 221. fortasse haec posteriore aetate Verrius excogitavit; cf. Fest. p. $313^b$, 13 (Verrio auctore:* stelionem — dic⟨tum, quia virus in⟩stillet cibo).

*9*

*Quint. 1, 6, 38* quidam non dubitarunt etymologiae subicere omnem nominis causam, ut — ex sono stertere murmurare; etiam derivata, ut a velocitate dicitur velox, et composita plura his similia, quae sine dubio aliunde originem ducunt, sed arte non egent.

*10*

*Quint. 1, 5, 67* solitaurilia iam persuasum est esse suovetaurilia, et sane ita se habet sacrum, quale apud Homerum quoque est.

*aliter Valg. Ruf. fr. 2. cf. Fest. p. $293^a$, 10. Serv. Aen. 9, 624. CGL II 186, 1. IV 289, 56.*

***praeterea huic fere aetati innumerabilia etyma tribuenda sunt, quae a Paulo Festoque omisso nomine auctoris traduntur.***

*11*

quibus otium et studium fuit vitas atque aetates doctorum hominum quaerere ac memoriae tradere, de M. Pacuvio et L. Accio tragicis poetis historiam scripserunt huiusce modi: cum Pacuvius inquiunt grandi iam aetate et morbo corporis diutino adfectus Tarentum ex urbe Roma concessisset, Accius tunc haut parvo iunior proficiscens in Asiam, cum in oppidum venisset, devertit ad Pacuvium comiterque invitatus plusculisque ab eo diebus retentus tragoediam suam, cui Atreus nomen est, desideranti legit. tum Pacuvium dixisse aiunt sonora quidem esse, quae scripsisset, et grandia, sed videri tamen ea sibi duriora paulum et acerbiora. ita est, inquit Accius, uti dicis, neque id me sane paenitet; meliora enim *fore spero*, quae deinceps scribam. nam quod in *pomis*, *itidem* inquit esse aiunt in ingeniis; quae

dura et acerba nascuntur, post fiunt mitia et iucunda, sed quae gignuntur statim vieta et mollia atque in principio sunt uvida, non matura mox fiunt sed putria. relinquendum igitur visum est in ingenio, quod dies atque aetas mitificet.

*Gell. 13, 2* quibus — mitificet. *hoc fr. libro I De poetis Varronis vindicant Ritschl op. 3, 454. Ruske l. c. p. 26 (Reifferscheid, Suet. rell. p. 424 adn.); cf. tamen Accius test. 10.*

3 L. *om. Paris. Voss. Lat. F 7* 13 paululum *Regin. 1646* 14 molliora *Oisel* 16 pomis est *Regin. 597 et 1646 Voss. Lat. F 112 et 7* 19 sunt *om. Paris.* 21 mitificaret *Jensen*

*hic etiam memorare liceat Quint. 1, 4, 3* quo [*iudicio*] quidem ita severe sunt usi veteres grammatici, ut non versus modo censoria quadam virgula notare et libros, qui falso viderentur inscripti, tamquam subditos submovere familia permiserint sibi, sed auctores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero.

# VARII SCRIPTORES

## AUCTOR AD HERENNIUM

*Rhet. ad Her. 4, 12, 17* haec qua ratione vitare possumus, in arte grammatica dilucide dicemus.

*cf. Marx, proleg. ad rhet. p. 95. non nullius momenti ad grammaticae historiam est interpretationis Plautinae documentum ad rhet. 2, 23, 35, ad quod attentum me fecit Marx ibid. p. 98 sq.; deinde adnominatio tractata 4, 21.*

## M. TULLIUS CICERO

*Ciceronem grammaticam coluisse et par est et disertis testimoniis confirmatur, si quidem Varro et Caesar grammaticos libros ad eum scripserunt et ipse complura nomina in libris suis, praesertim in De nat. d. et in Oratore, enodavit (cf. etiam Cic. ad Att. 1, 20, 7); sed quod Schlag eum vere proprieque grammaticum*

[illegible] (*Jahresber. d. Realgymn. zu Siegen 1888 p. 1 sq.*), [illegible] *fundamento destitutum est. non solum enim Ciceronis in* [illegible] *doctrina talis inscitiae indicia habemus, qualis in gram*[illegible] *admitti possit* (*cf. de or. 1, 187 et Usener, Sitzb. d.* [illegible] *Akad. phil-hist. Cl. 1892 p. 597 sq.*), *sed argumenta a* [illegible] *allata vel nulla sunt vel ad prorsus contrariam sententiam* [illegible] *huius naturae sunt loci Tac. de orat. 30* (in libris Ciceronis deprehendere licet non geometriae, non musicae, non grammaticam, non denique ullius ingenuae artis scientiam ei defuisse) *et Quint. 1, 7, 34* (an ideo minor est M. Tullius orator, quod idem artis huius [*grammaticae*] diligentissimus fuit et in filio, ut epistulis apparet, recte loquendi asper quoque exactor? aut vim C. Caesaris fregerunt editi de analogia libri? aut ideo minus Messalla nitidus, quia quosdam totos libellos non verbis modo singulis, sed etiam litteris dedit?); *ne enim de priore dicam, si Cicero librum grammaticum confecisset, hic a Quintilianus sine dubio iuxta Caesaris et Messallae libros commemoraturus esset. ceteroqui quid de se grammatico ipse Cicero sentiat vd. ep. Atticum test. 5. de alterius autem generis argumentis, quae in fr. 1—3a consistunt, vd. Goetz, Berl. phil. Woch. 1890 p. 195. quod autem in vetere indice librorum opus Ciceronis De orthographia memoratur* (*Schlag p. 15*), *ibi aut 'de chorographia', eadem permutatione qua in codd. Prisciani p. 267, 5, legendum est aut intellegendus liber synonymorum, de quibus cf. test. 1. postremo de Lucretio a Cicerone edito vd. test. 2.*

## A. TESTIMONIA

*1. Char. in indice operis extremo p. 6, 12* synonyma Ciceronis indifferenter. *cod. Harleian. Ps-Cyrilli* Inc. Sinonima * * * lli Ciceronis de copia linguae Latinae. *Isid. Anecd. H. p. CXX* venit nuper ad manus meas quaedam schedula Ciceronis, quam synonyma dicunt. *Isid. Rhet. Lat. p. 518, 20 H.* synonymia est quotiens in conexa oratione pluribus verbis unam rem significamus, ut ait Cicero [*in Cat. 1, 8*]: 'nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas'; et item [*1, 10*]: 'non feram, non patiar, non sinam'. *huius modi libelli recentiori aetate ex Ciceronis libris sine dubio coagmentati sunt. cf. Goetz l. c. p. 196* (*aliter Sittl, Arch. f. Lat. Lex. 6, 595*).

*2. Hieron. ad a. Abr. 1924 = Suet. rell. p. 38 R.* Titus Lucretius — cum aliquot libros per intervalla insaniae conscripsisset, quos postea Cicero emendavit *de M. Tullio, non Quinto* (*ut volunt Lachmann et Roth*) *hic intellegendo dubitare non licet* (*Bergk op. 1, 426. 2, 726*); *qui nihil aliud nisi Lucretii carmen sine mendis edendum curavit; hoc enim 'emendare' supra significat. cf. Marx, Rh. Mus. 43, 137. Leo, Pl. F. p. 37.*

*3. Rufin. p. 565, 3* = Varro fr. 289

## B. FRAGMENTA

### *1*

litterae ipsae, si ad elementa referamus, neutri generis sunt, sicut Tullius dixit, ut hoc m hoc l, si ad ipsas litteras, feminini.

*Cledon. p. 26, 32* litterae — feminini.

### *1*[a]

omnes litterae generis sunt neutri et semper indeclinabilia sunt [numquam declinantur]. ait Cicero in Siciliensibus [*in Verr. 2, 187*]: 'usque ad alterum r litterae essent integrae'.

*Cledon. p. 28, 17* omnes — integrae. *eadem docet Varro fr. 1.*

2 n. decl. *secl. Keil* sicelyensius *cod.* (-sibus *em. rec. m.*) *an* Siciliensi II? 3 q. adaliarum eri * * littera essetintegrae (*cf. Bertsch, praef. ad Cledon. p. IV*)

### *1*[b]

genere neutro legimus litteras. legistis in Cicerone: 'ut usque alterum r'. litteram non declines.

*Pomp. comment. p. 111, 10* et genere — declines.

1 g. neutro in cicerone figura qua scribitur *cod. S. Pauli Lavant.* 2 alteram *codd. praeter Paris. Sang. 1179; sed cf. Cic. in Verr. 2, 187* ut usque ad alterum r

### *2*

consonantes inter se [*cognatae vocantur*], sed proprie sunt cognatae, quae simili figuratione oris dicuntur, ut est b f [s] m p, quibus Cicero adicit v, non eam quae accipitur pro vocali, sed eam quae consonantis obtinet vicem et anteposita vocali fit ut aliae quoque consonantes.

*Mar. Vict. p. 18, 14* item consonantes — quoque consonantes. *cf. Cic. orat. 158 (Gell. 15, 3, 1 sq.). Nig. Fig. fr. 24. Vel. Long. p. 60, 7.*

3 s *secl. edd.*

### *3*

sciat etiam [*grammaticus*] Ciceroni placuisse aiio Maiiamque geminata i scribere; quod si est, etiam iungetur ut *consonans.*

*Quint. 1, 4, 11* sciat — consonans. *cf. Prisc. p. 37, 22. 39, 20. III 467, 16. Serv. Dan. Aen. 1, 1. Pomp. comment. p. 105, 30. Isid. or. 1, 27, 11. 32, 7. vd. praeter alios Fleckeisen (Fleck Jahrbb. 107. 1873 p. 406), qui Accio hanc scripturam vindicat.*

*3[a]*

et in plerisque Cicero videtur auditu emensus scriptionem, qui et Aiiacem et Maiiam per duo ii scribenda existimavit.

*Vel. Long. p. 54, 16* et in plerisque — existimavit. *cf. ibid. p. 66, 18. 72, 2.*

2 aiiace

*de Ciceronis scribendi ratione conferendus etiam est Quint. 1, 7, 20* quid quod Ciceronis temporibus paulumque infra fere quotiens s littera media vocalium longarum vel subiecta longis esset geminabatur, ut caussae cassus divissiones? quomodo et ipsum et Vergilium quoque scripsisse manus eorum docent. atqui paulum superiores etiam illud, quod nos gemina s dicimus, iussi, una dixerunt. *vd. etiam 1, 5, 44 (de forma 'scripsere'). praeterea in libris Ciceronis, ut diximus, plurimae verborum origines reperiuntur, quas saepius a grammaticis aliisve scriptoribus allatas legimus, ut a Quint. 1, 5, 66* (capsis = cape si vis *cf. orat. 154). 8, 6, 73. cf. etiam Ael. Stilo ad fr. 12. non nullas collegit Woelfflin, Arch. f. Lat. Lex. 8, 426. de aliis grammaticis quaestionibus cf. Gell. 2, 17 (= orat. 159) et 13, 21, 24 (= orat. 168).*

*4*

tu quoque, qui solus lecto sermone, Terenti,
conversum expressumque Latina voce Menandrum
in medium nobis sedatis motibus effers,
quiddam come loquens atque omnia dulcia dicens.

*Suet. vit. Ter. p. 34 R.* Cicero in Limone hactenus [*Terentium*] laudat: tu quoque — dicens. *cf. Cic. ad Att. 7, 3, 10. Caesar fr. 31. Vell. Pat. 1, 17, 1. Quint. 10, 1, 99. Auson. ad nep. Auson. 58 sq. p. 264 P. Ter. heaut. prol. 46.*

3 in medium nobis] in dium *Flor.* medium *T = Vatic. Lat. 2905* in medium certe *V = Vatic. Regin. 1496* motibus *Barth: vocibus* 4 qui[d]dam *Paris.* quid quod *TFV* dicens] *miscens Ritschl*

FALSUM

5

*Glossa cod. Vatic. 1489 (saec. X)* eresim Cicero sine aspiratione scribi debere ait.

*Ciceronis nomen ex eo huc fluxit, quod in glossarum libris magistellorum arbitratu nomina scriptorum in marginibus addebantur.*

# C. AQUILIUS GALLUS

*praetor a. 688/66 cum Cicerone, mortuus ante a. 710/44. cf. Bremer, iurispr. antehadr. 1, 111 sq.*

## EX RESPONSIS

*Cic. top. 32* solebat igitur Aquilius conlega et familiaris meus, cum de litoribus ageretur, quae omnia publica esse vultis, quaerentibus iis, quos ad id pertinebat, quid esset litus, ita definire: qua fluctus eluderet.

*similiter Quint. 5, 14, 34. cf. Dig. 50, 16, 96. exc. Gronov. ap. Fest. p. 382, 15.*

# SER. SULPICIUS Q. f. RUFUS

*natus a. 649/105, quaestor a. 680/74, praetor a. 689/65, cos. a. 703/51, proconsul Achaiae a. 707/47, mortuus a. 711/43. vir bene litteratus (Gell. 2, 10, 1) reliquit prope CLXXX libros (Pompon. dig. 1, 2, 2, 43). cf. Bremer, iurispr. antehadr. 1, 139 sq.*

## A. TESTIMONIUM

*Quint. 9, 4, 37* ceterum consonantes quoque, earumque praecipue quae sunt asperiores, in commissura verborum rixantur, ut si s ultima cum x proxima confligat; quarum tristior *etiam, si binae collidantur,* stridor est, ut 'ars studiorum'. quae

fuit causa et Servio, ut dixi, subtrahendae s litterae, quotiens ultima esset aliaque consonante susciperetur. *Servius videtur Sulpicius esse; cf. Quint. 9, 3, 21. ceteroqui cf. Mess. Corv. ad fr. 3.*

## B. EX RESPONSIS

### *1* [*116 Bremer*]

*Dig. 50, 16, 30 pr.* Gaius libro septimo ad edictum provinciale: silva caedua est, ut quidam putant, quae in hoc habetur ut caederetur. Servius eam esse, quae succisa rursus ex stirpibus aut radicibus renascitur.

## C. FRAGMENTA

### EX LIBRIS DE SACRIS DETESTANDIS

### *2* [*p. 225*]

*lib. II.* Servius Sulpicius iureconsultus vir aetatis suae doctissimus in libro de sacris detestandis secundo qua ratione adductus testamentum verbum esse duplex scripserit, non reperio; nam compositum esse dixit a mentis contestatione.

*Gell. 7, 12, 1* Servius — contestatione. quid igitur calciamentum, quid paludamentum, quid pavimentum, quid vestimentum, quid alia mille per huiusce modi formam producta, etiamne ista omnia composita dicemus? *cf. Ulpian. fr. 20, 1. Instit. 2, 10 pr. (Dig. 28, 1, 2). Isid. or. 5, 24, 2. CGL V 157, 17.*

### EX LIBRO DE DOTIBUS

### *3* [*1*]

qui uxorem ducturus erat, ab eo unde ducenda erat stipulabatur eam in matrimonium datum iri. qui ducturus erat, itidem spondebat. is contractus stipulationum sponsionumque dicebatur sponsalia. tunc quae promissa erat, sponsa appellabatur, qui spoponderat ducturum, sponsus.

*Gell. 4, 4, 1* sponsalia in ea parte Italiae, quae Latium *appellatur,* hoc more atque iure solita fieri scripsit Servius

Sulpicius in libro, quem scripsit de dotibus: qui uxorem inquit ducturus — sponsus. *quae Servius dicere pergit nihil ad nos. prorsus similia Varro de l. L. 6, 69 sq., qui Sulpicio fortasse usus est* (*cf.* de *l. L. 5, 40; contra Bremer l. c. p. 226*). *cf. Serv. Aen. 10, 79. Non. p. 439, 4. Dig. 23, 1, 2* (*Arnob. 4, 20*).

2 ducturum iri. cui: *em. Otho, complura suppl. Mommsen* daturum; ductum iri, qui *Hertz* 6 sponderat (-ra *Lugd-Bat.*) *codd.*

## INCERTAE SEDIS

*Sulpicium commentarium ad XII tabulas scripsisse, quamvis certum indicium desideretur, verisimillimum est* (*cf. Schoell, leg. XII tab. rell. p. 34*); *qui si extitit certo fr. 4. 6. 9—13 amplexus est, quibus satis audacter addas fr. 5. 7* (*cf. Reitzenstein, Verr. Forsch. p. 86, qui etiam glossas* parret *p. 233 a, 25;* portum *p. 233a, 28;* patrocinia *p. 233a, 31 Sulpicii esse suspicatur*). *de huius modi iurisperitorum commentariis cf. Ael. Catus et L. Acil. p. 15. Antist. Labeo infra.*

### 4 [*p. 229, 6*]

⟨noxia⟩, ut Ser. Sulpicius Ru⟨fus ait, damnum significat⟩, apud poetas autem et oratores ponitur pro culpa. at noxa peccatum aut pro peccato poenam, ut Accius in Melanippo [*v. 429 Ribb.*[3]]: 'tete esse huic noxae obnoxium'. item cum lex [*XII tab. 12, 3 S.*] iubet noxae dedere, pro peccato dedi iubet.

*Fest. p. 174a, 32* ⟨noxia⟩ — iubet. Caecilius in Hypobolimaeo Chaerestrato [*v. 85 Ribb.*[3]]: 'nam ista quidem noxa muliebre est [*ita Bothe*: -em et *cod.*] magis quam viri'. *fortasse Sulpicii beneficio Caecilii quoque versus nobis traditus est; de poetis, de oratoribus, de Accio propter legem infra allatam non dubitavi. vd. etiam fr. 5 et Schoell l. c. p. 65 sq. de re cf. Serv. Aen. 1, 41. Non. p. 438, 19. CGL III 457, 80. IV 126, 3.*

1 *suppletum ex Paulo* 3 ad

### 5 [*p. 241, 2*]

⟨o⟩rba apud poe⟨tas significatur privata aliqua⟩ persona cara, apud ⟨oratores quae patrem amisit aut⟩ matrem, ut Ser. ⟨Sulpicius ait, aut liberos quasi oc⟩ulos.

*Fest. p. 182a, 1* ⟨o⟩rba — ⟨oc⟩ulos. *cf. Paul. Fest. p. 183, 2. 3. Isid. or. 10, 201. diff. verb. 408. CGL* IV 134, 11.

1 *sq. suppletum partim ex Paulo* 2 matr.: em. Urs.

6 [*p. 229, 1*]

'**pedem struit**' in XII [*1, 2 S.*] significat fugit, ut ait **Ser.** Sulpicius.

*Fest. p. 210[b], 26* pedem — Sulpicius. *cf. ibid. p. 310[b], 35.*

7 [*p. 239, 1*]

**posticam** lineam in agris dividendis Ser. Sulpicius **appellavit ab** exori⟨ente sole ad occasum spectantem.⟩

*Fest. p. 233[a], 33* posticam — ⟨spectantem.⟩ *cf. Isid. or. 15, 4, 7.*

*2 suppletum ex Paulo*

8 [*p. 240, 2*]

in quo [*postliminio*] Servius noster, ut opinor, nihil **putat** esse notandum nisi post et liminium; illud productionem esse verbi vult, ut in finitumo legitumo aeditumo non plus inesse tumum quam in meditullio tullium.

*Cic. top. 36* ipsius postliminii vis quaeritur et verbum ipsum notatur. in quo — tullium. Scaevola autem P. f. [*fr. 8*]. *cf. Ael. Gall. fr. 2. noli cogitare de Ser. Claudio qui pridem obierat.*

9 [*p. 229, 2*]

*Fest. p. 321[b], 8 = Aur. Opill. fr. 13* (sanates)

10 [*p. 229, 5*]

sarcito in XII [*8, 9 S.*] Ser. Sulpicius ait significare damnum solvito, praestato.

*Fest. p. 322[b], 14* sarcito — praestato. *cf. Gell. 11, 18, 8. Dig. 47, 9, 9. CGL V 481, 22.*

11 [*p. 229, 3*]

tutela est, ut Servius definit, vis ac potestas in capite libero ad tuendum eum, qui propter aetatem sua sponte se defendere nequit, iure civili data ac permissa.

*Dig. 26, 1, 1 pr.* Paulus libro trigesimo octavo ad edictum: *tutela* — ac permissa. *cf. leg. XII tab. 5, 3 S.*

*1 vis] ius Instit.* 2 vel sexum post aet. add. Bremer

*12* [*p. 229, 4*]

Servius Sulpicius ⟨nomine et⟩iam singulariter formato vindiciam esse ait ⟨dictam q⟩ua de re controversia est, ab eo quod vindicatur. ⟨inde⟩ et in XII [*12, 4 S.*]: 'si vindiciam falsam tulit sive litis . . . ⟨prae⟩tor arbitros tris dato, eorum arbitrio . . . fructus duplione damnum decidito'.

*Fest. p. 376ª, 23* de quo verbo [*vindiciis*] Cincius sic ait [*fr. 30*]. at Servius — decidito. *locum de XII tab. contra aliorum sententiam in Sulpicii contextum recepi. cf. fr. 4.*

1 n. et *suppl. Scal.* 2 dict. *suppl. Schoell* 3 inde *ego* 4 si velit is 5 arbitrio *vg.* -ii *cod.*

*13* [*p. 230, 10*]

duobus negativis verbis quasi permittit lex magis quam prohibuit, idque etiam Servius animadvertit.

*Dig. 50, 16, 237* idem [*Gaius*] libro quinto ad legem duodecim tabularum: duobus — animadvertit.

DUBIA

*14* [*p. 241, 3*]

Servius Sulpicius religionem esse dictam tradidit quae propter sanctitatem aliquam remota ac seposita a nobis sit, quasi a relinquendo dicta, ut a carendo caerimonia.

*Macrob. 3, 3, 8* Servius — caerimonia. *Gell. 4, 9, 8* Masurius autem Sabinus in commentariis, quos de indigenis composuit: 'religiosum' inquit 'est quod propter sanctitatem aliquam remotum ac sepositum a nobis est; verbum a relinquendo dictum, tamquam caerimoniae a carendo'. *cf. Non. p. 432, 4. Grom. Lat. I 23, 21. August. retr. 2, 37. Isid. or. 6, 19, 36. CGL VI 163. Macrobii auctoritatem Gellius in dubium revocat, neque tamen uter verus etymologiae auctor sit, Sulpiciusne an Masurius, certo dici potest (cf. Kretzschmer, de Gell. font. p. 79 et contra Münzer, Quellenkr. d. Ng. d. Plin.* p. 163 *adn.* 1). *fortasse tamen Masurius Sulpicium exscripsit eorumque nomina utriusque recte prodita sunt. aliquid simile est* ap. *Curiat. fr.* 3 *et Ael.*

*Gell. fr. 11 coll. M'. Manilio fr. 1. de Servio Masurii auctore cf. Bremer 2*[1]*, 322 (Thilo, quaest. Serv. 22).*

1 dictam esse *Bamb.*

*memorare etiam placet Fest. p. 142*$^{b}$*, 12 (ubi est quidam 'Servius filius'; cf. Reitzenstein, Verr. Forsch. p. 86) et Gell. 4, 3, 3 sq. (de verbo 'pellice' cf. Kretzschmer l. c. p. 59).*

# APPIUS CLAUDIUS AP. f. PULCHER

*augur a. 695/59, cos. a. 700/54, procos. Ciliciae a. 701/53, censor a. 704/50, mortuus a. 706/48. L. Ateio Philologo magistro usus est (cf. De lud. litt. 35). fragmenta ap. Bremer, iurispr. antehadr. 1, 243 sq.*

## EX AUGURALIS DISCIPLINAE LIBRIS

*cf. Cic. ad fam. 3, 4, 1 (a. 703/51) et 3, 9, 3 (a. 704/50)*

### 1 [*1 Bremer*]

*lib. I.* sollistimum Ap. Pulcher in auguralis disciplinae l. I ait esse tripudium, quom avi excidit ex ore quod illa fert, saxumve solidum aut arbos viviradix ruit, quae nec prae vitio humanave vi caedanturve iacianturve pellanturve.

*Fest. p. 298*$^{b}$*, 26* sollistimum — pellanturve. *cf. Cic. de div. 2, 72. Sabidius p. 110.*

1 Ap pulcher 2 quom *O Mue.*: quod avi *Urs.*: aut ore *O Mue.*: eo 4 humanave vi *coni. Augustinus*: humani caedantur vei aciantur ve

### 2 [*deest*]

oscines aves Ap. Claudius esse ait quae ore canentes faciant auspicium, ut corvos cornix noctua; alites quae alis ac volatu, ut buteo sanqualis aquila inmusulus vulturius. pici autem Martius Feroniusque et parra et in *oscinibus et* in alitibus habentur.

*Fest. p.* $197^{a}$*, 8* oscines — habentur. *similia Paul. Fest. 3, 5. Fest. p.* $197^{a}$*, 3. Serv. Aen. 3, 361. Isid. or. 12, 7, 76. 77. CGL IV 266, 12. V 555, 25.*

1 Claudianus: *em. Aldina* 2 alites *Augustinus*: aut 4 picam aut *cod.* picus autem *Augustinus*

*3 [deest]*

⟨soni⟩vium tripu⟨dium dictum ait Appius⟩ Pulcher, quod ⟨sonet cum ex ore exci⟩dit puls quadr⟨upedibus pullisve⟩.

*Fest. p.* $297^{b}$*, 20* ⟨soni⟩vium — ⟨pullisve⟩. *cf. Fest. p.* $290^{a}$*, 31 (= carm. saliar. 16 Maur.).* $245^{a}$*, 33. Cic. de div. 2, 73. Serv. Dan. Aen. 3, 90.*

1 dictum ait *suppl. Maurenbrecher* ut ait *OMue.* 2 sonet c. *OMue.* ex ore *supplevi* 3 pullisve *suppl. Maur.*

# M. VALERIUS MESSALLA RUFUS

*Macrob. 1, 9, 14* Marcus etiam Messalla Cn. Domitii in consulatu collega [*a. 701/53*] idemque per annos quinquaginta et quinque augur. *de cognomine Rufo cf. Brunn, de auct. Plin. p. 13. Peter, Fleck. Jahrbb. 125 (1882) p. 108. reliquiae sunt ap. Egger, Lat. serm. vet. rell. sel. (Paris 1843) p. 46 sq. Huschke, iurispr. anteiust.*[5] *p. 103. Bremer, iurispr. antehadr. 1, 263 sq.*

*hunc Messallam intellegendum esse puto ap. Mar. Vict. p. 9, 5 (= infra Iun. Brut. p. 439), primo loco ut est ante Brutum et Agrippam.*

## EX LIBRIS DE AUSPICIIS

*de inscriptione cf. Gell. 13, 15, 3 (= fr. 1 Br.)*

*1 [9 Bremer]*

'Mars pedis' sive sine r littera 'Mas pedis' in precatione solitaurilium quid significet, ne Messalla quidem augur in explanatione auguriorum reperire se potuisse ait.

*Fest. p.* $161^{a}$*, 27* Mars pedis — ait.

1 marspedis — maspedis *edd.* inprecaticie sesita. *vallium quod: em. Turnebus Scal. Urs.* 2 Messalia

*2* [*11*]

⟨pecunia⟩, quae erogatur ⟨in ludos et spectacula, appellatur lu⟩cari edicta quod ⟨ex lucis captetur . . .⟩ in eodem libro ⟨lucar a luce . . . . . . . . .⟩ dixi existimat ⟨. . . . . . . . . . . . . . . Mes⟩salla in explana⟨tione auguriorum⟩.

*Fest. p. 253*[b]*, 18* ⟨pecunia⟩ — ⟨auguriorum⟩. *cf. Paul. Fest. p. 119, 6. 9. Plut. quaest. R. 88. CGL IV 256, 6. V 554, 20.*

1 pec. *usque ad* lucari *suppl. Urs.* 2 ex l. c. *suppl. ex Paulo* 3 l. a l. *suppl. Dacier* dici *em. Urs. vg.* 4 cuius opinionis est et Valerius Mes *suppl. OMue. male nomine* '*Valerius*' *addito* (*cf. Schoell, leg. XII tab. p. 37*) 5 aug. *suppl. recte Schoell ibid. p. 35* XII tab. *OMue.*

*3* [*5*]

'serpula serpserit' ait idem Messalla serpens inrepserit.

*Fest. p. 351*[a]*, 13* serpula — inrepserit. *Festum festinantius reddidit Paulus p. 350, 2; cf. Veranius fr. 8.*

1 serpsit *vult Schoell ibid. p. 36 adn. 2 coll. Fest. p. 348*[a]*, 21* ⟨serpsi⟩t antiqui pro serpserit ⟨usi sunt⟩

*4* [*6*]

solino idem [*Messalla*] ait esse consulo.

*Fest. p. 351*[a]*, 14* solino — consulo.

*5* [*4*]

'bene sponsis beneque voleris' in precatione augurali Messalla augur ait significare spoponderis, volueris.

*Fest. p. 351*[a]*, 10* bene — volueris.

1 volueris: *em. Scal.* (*cf. Schoell ibid. p. 36 adn. 1*)

*6* [*7*]

'suad ted' idem [*Messalla*] ait esse sic te.

*Fest. p. 351*[a]*, 15* suad — te.

*7* [*8*]

'verni sera' Messalla auguria.

*Paul. Fest. p. 379, 18* v. s. M. aug.

*vernisera vg.* messalia codd. quod *servarunt alii aut in mensalia mutarunt* (*Scal.*)

### DUBIA

*8* [*deest*]

pomerium quid esset, augures populi Romani, qui libros de auspiciis scripserunt, istius modi sententia definierunt: pomerium est locus intra agrum effatum per totius urbis circuitum pone muros regionibus certeis determinatus, qui facit finem urbani auspicii.

*Gell. 13, 14, 1* pomerium — auspicii. *cf. Varro de l. L. 5, 143. Liv. 1, 44. Antist. Labeo fr. 6. Plut. Rom. 11 (Iuba p. 455). CGL VII 104. Schol. in Lucan. 1, 594. Messalla paulo post ad § 5 commemoratur, neque quisquam alius ex auspiciorum scriptoribus significatus esse videtur. cf. Kretzschmer, de Gell. font. p. 5.*

4 certe is *Magliab. Regin. 597 m. 2* (*Voss. Lat. F 112*) certe (-ta *Paris. Voss. Lat. F 7*) his *rell.*

*alias etiam commemorare attinet Festi glossas auguralem disciplinam spectantes, quae ei vindicatae sunt: p.* $253^{b}$, *23* ⟨pipulum⟩; *24* promel⟨lere⟩; *25* ⟨purime tetinero⟩; *26* ⟨peregrinus ager⟩. *cf. Reitzenstein, Verr. Forsch. p. 50 sq.*

### FALSA

*diu Valerius Messalla ob locos Festi p.* $321^{b}$, *30* (sanates) *et* $355^{b}$, *9* (tuguria) *XII tabularum interpres habitus est; sed cf. Valerius p. 79 et Inc. gramm. libr. 12 p. 114. eidem ne libelli quidem de litteris recte tribuuntur* (*vd. Mess. Corv. praef.*).

## VERANIUS

*verisimilis Hirschfeldi coniectura est, Veranium rerum sacrarum scriptorem eum esse Veranium Flaccum, qui ab Augusto (Suet. Aug. 86) per iocum M. Antonio ad imitandum proponitur (Wien. Stud. 3. 1881 p. 110). idem rursus fortasse apud Macrob. 1, 15, 21 agnoscendus est* (Verrium Flaccum iuris pontificii peritissimum dicere solitum refert Varro), *ubi Verrius temporibus alienus est. minus bene Huebner (ephem. ep. 2, 73) Q. Veranium Germanici legatum ipse dubitans conferri iussit (Tac. ann. 3, 10).*

*reliquias collegerunt Egger, Lat. serm. vet. rell. sel.* (*Paris 1843*) *p. 39sq. Huschke, iurispr. anteiust.*[5] *p. 106. Bremer, iurispr. antehadr. 2*[1], *5sq.*

## EX AUSPICIORUM LIBRIS

### *1* [*1 Bremer*]

referri diem prodictam id est ante ferri religiosum est, ut ait Veranius in eo qui est auspiciorum de comitiis, idque exemplo conprobat L. Iuli et P. Licini censorum [*a. 664/90*], qui id fecerint sine ullo decreto augurum et ob id lustrum parum felix fuerit.

*Fest. p. 289*[a], *21* referri — fuerit.

### *2* [*3*]

paludati in libris auguralibus significat, ut ait Veranius, armati, ornati; omnia enim militaria ornamenta paludamenta dici.

*Fest. p. 253*[a], *2* paludati — dici. *cf. Paul. Fest. p. 252, 1. Varro de l. L. 7, 37. Isid. 19, 24, 9.*

*huc spectat etiam glossa non grammatica* (silentio surgere) *Fest. p. 348*[a], *29, cui ex Reitzensteinii coniectura accedunt:* manalis fons *p. 157*[a], *29;* manes di *157*[a], *32;* minora templa *157*[a], *24;* peremne *245*[a], *32;* puls *245*[a], *33* (*Verr. Forsch. p. 47*).

## EX PONTIFICALIUM QUAESTIONUM LIBRIS

*suam quemque huius operis librum inscriptionem habuisse ex eo cognoscitur, quod Macrobius* (*3, 6, 14*) *ait*: Veranius pontificalium eo libro quem fecit de supplicationibus; *neque aliter in libris Auspiciorum* (*fr. 1*) *invenimus. itaque librum quoque De verbis pontificalibus non per se extitisse, sed Pontificalium quaestionum partem fuisse mihi persuasum est; cui minime obstat quod Macrobius illum, quasi singularis fuerit, memorat* (*fr. 3*)*; cf. Gell. 10, 6, 4 et 4, 14, 1.*

### *3* [*1*]

felices arbores putantur esse quercus aesculus *ilex suberies* fagus corulus sorbus, ficus alba, pirus *malus vitis* prunus cornus lotus.

*Macrob. 3, 20, 2* ait enim Veranius de verbis pontificalibus: felices — lotus. *cf. Cloat. Ver. fr. 9. 10 et praef. ad Ordinat. Graec. libr.*

2 suberius *Paris.* superus *Vatic.*

*4* [*8*]

Veranius in pontificalibus quaestionibus docet eximias dictas hostias, quae ad sacrificium destinatae eximantur e grege vel quod eximia specie quasi offerendae numinibus eligantur.

*Macrob. 3, 5, 6* eximii quoque in sacrificiis vocabulum non poeticum ἐπίθετον, sed sacerdotale nomen est. Veranius enim in pontif. — eligantur. *cf. Paul. Fest. p. 82, 3. Don. Ter. hec. 1, 1,* $9^{2-3}$.

2 eximuntur *Paris.*

INCERTAE SEDIS

*haec omnia ad Pontificales quaestiones pertinere et potissimum ad librum De verbis verisimile est.*

*5* [*Pontif. quaest. 2*]

'⟨mille urbium protinu⟩s stetit pro regno' ⟨dixisse ait . . . . . . . . . .⟩ Veranius in l. ⟨. . . . . . . . . . . .⟩ cum, quod ei summae ⟨antiquitatis esse videtur eique⟩ causam Grae⟨cus sermo dedisse⟩ χιλιὰς et χιλιάδες, eo autem non ⟨amplius uti Latinos⟩.

*Fest. p.* $158^{a}$, *1* ⟨mille⟩ — ⟨Latinos⟩. *cf. Gell. 1, 16. Varro de l. L. 9, 82. 85.*

1 *sq. suppl. Urs. OMue.* 2 libro ⟨qui est de verbis pontifi⟩cum *Reitzenstein, Verr. Forsch. p. 49 adn. 1*

*6* [*10*]

muries est, quem ad modum Veranius docet, ea quae fit ex sali sordido in pila pisato et in ollam fictilem coniecto ibique operto gypsatoque et in furno percocto, cui virgines Vestales serra ferrea secto et in seriam coniecto, quae est intus in aede Vestae in penu exteriore, aquam iugem vel quamlibet, praeterquam quae per fistulas venit, addunt atque ea demum in sacrificiis utuntur.

*Fest. p. 158 b, 28* muries — utuntur. *cf. Paul. Fest. p. 159, 10. Varro ap. Non. p. 223, 17. Serv. Dan. buc. 8, 82.*

1 muri est: *em. Urs.* 6 addent

*7 [14]*

offendices — Veranius coriola existimat, quae sint in loris apicis, quibus apex retineatur et remittatur, quae ab offendendo dicantur; nam quom ad mentum perventum sit, offendi mentum.

*Fest. p. 205 a, 2* offendices ait esse Titius [*fr. 1*]. at Veranius — mentum. *cf. Paul. Fest. p. 204, 1.*

4 offendimentum *cod.* offendit mentum *vg.*

*8 [15]*

oletum stercus humanum. Veranius: sacerdotula in sacrario Martiali fecit oletum.

*Paul. Fest. p. 203, 1* oletum — f. oletum. *Paulus Veranio ipsi verba 'sac. — ol.' adscripsit festinantius ut supra ap. Val. Mess. fr. 3.*

*9 [11]*

Veranius ex primo libro Pictoris [*IA 1, 10 Br.*] ita dissertationem huius verbi [*porricere*] exsecutus est: exta porriciunto, dis danto in altaria aramve focumve eove, quo exta dari debebunt.

*Macrob. 3, 2, 3* nam et ex disciplina haruspicum et ex praecepto pontificum verbum hoc [*porricere*] sollemne sacrificantibus est, sicut Veranius — debebunt. *cf. Isid. or. 10, 216.*

2 est | exsecutus est *Bamb.* 3 poriciunt | *Paris.* distato in altaramve *Bamb.* distanto aramve *id. m. rec.*

*10 [12]*

praesen⟨tanea⟩ porca dicitur, ut ait Veranius, quae familiae purgandae causa Cereri immolatur, quod pars quaedam eius sacrifici fit in conspectu mortui eius, cuius funus instituitur.

*Fest. p. 250 b, 25* praesen⟨tanea⟩ — instituitur. *cf. Cic. de leg. 2, 57. Mar. Vict. p. 25, 20.*

*1 presan* . . . . . *cod. suppl.* et *em.* Turnebus 2 pugnandae: *em. Urs.*

*11* [*9*]

prodiguae hostiae vocantur, ut ait Veranius, quae consumuntur, unde homines quoque luxuriosi prodigi.

*Fest. p. 250 b, 9* prodiguae — prodigi. *cf. Paul. Fest. p. 251, 4. 228, 5. 'prodigivas' hostias appellant acta ludorum saecularium.*

DUBIA

*12* [*3*]

reus cum pro u⟨troque ponatur, ut ait Vera⟩nius in eo qu⟨i est de . . . . . . . . . . ., qui aut di⟩cit pro se a⟨ut contra te agit, uterque sacramen⟩to tuo uti p⟨otest⟩.

*Fest. p. 289 b, 3* reus — p⟨otest⟩. *cf. Ael. Gall. fr. 5.*

1 *sq. suppl. Urs.* Sin⟩nius *suppl. Urs. O Mue.* Vera⟩nius *verisimilius Hertz (cf. Reitzenstein, Verr. Forsch. p. 49 adn. 1). glossa ne Granium quidem dedecet, Sinnius autem prorsus non quadrat (vd. hunc test. 1)*

*13* [*deest*]

rica est ⟨vestimentum quadratum⟩ fimbriatum purp⟨ureum, quo flaminicae pro⟩ palliolo mitrav⟨e utebantur, ut . . . . . .⟩ existimat.

*Fest. p. 289 b, 19* rica — existimat. Titi⟨us⟩ [*fr. 2*]. *cf. Fest. p. 274 b, 32. 277 a, 5. Gran. Fl. fr. 2. Varro de l. L. 5, 130. cum in sacra voce Titius supra (fr. 7) Veranio opponatur, Veranii hanc glossam esse suspicatus sum.*

1 *sq. suppletum ex Paulo* 2 mitrai

*Reitzenstein (ibid. p. 48) addi iubet: Paul. Fest. p. 64, 11* curiales mensae; *Fest. p. 157 b, 25* ⟨men⟩sae; *p. 245 b, 25* pecunia; *p. 289 a, 32* religiosum.

# GRANIUS FLACCUS

*Granius Caesari aetate suppar fuit, ad quem librum De indigitamentis scripsit (Censor. d. n.* 3, 2; cf. *etiam Macrob. 1, 18, 4 et Arnob. 3, 38). cf. Gran. Licin.* p. 46 sq. *ed. Bonn. Bremer, iurispr. antehadr. 1, 260* sq.

## EX LIBRIS DE IURE PAPIRIANO

### *1* [*2 Bremer*]

Granius Flaccus in libro de iure Papiriano scribit pellicem nunc volgo vocari, quae cum eo cui uxor sit corpus misceat, quosdam eam quae uxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam παλλακὴν Graeci vocant.

*Dig. 50, 16, 144* Paulus libro decimo ad legem Iuliam et Papiam. — Granius — vocant. *cf. Paul. Fest. p. 222, 3. Gell. 4, 3, 3. Masur. in dig. 50, 16, 144. CGL V 130, 39. VII 62.*

3 *an* quondam?

## INCERTAE SEDIS

### *2* [*De iure Papir. 3*]

Gran⟨ius⟩ quidem [*ricam*] ait esse muliebre cingulum capitis, quo pro vitta flaminica redimiatur.

*Fest. p. 277ᵃ, 5* ricae et riculae vocantur parva ricinia, ut palliola ad usum capitis facta. Gran⟨ius⟩ — redimiatur. *cf. Veranius fr. 13. haec ex libro De iure Papir. ducta esse puto coll. Macrob. 3, 11, 5.*

### *3* [*De indig. 4*]

novensiles — Granius Musas putat consensum accommodans Aelio [*fr. 22*].

*Arnob. 3, 38* novensiles Piso [*fr. 4*]. hos Granius — Aelio. *haec una cum Arnob. 3, 31. Macrob. 1, 18, 4* (*cf. Censor. d. n. 3, 2*) *in libro De indig. fuisse verisimile est.*

## DUBIUM

### *4* [*deest*]

peremptalia fulgura † Grapus ait vocari quae superiora fulgura aut portenta vi sua peremant duobus modis, prioribus tollendis aut maiore manubia, ut tertia secundae, *secunda primae* cedat; nam ut omina superentur fulgure, *sic ictum* fulgur ⟨maioribus⟩ manubiis vinci.

*Fest. p. 214 b, 22* peremptalia — vinci. *cf. Fest. p. 129a, 16. Sen. nat. quaest. 2, 49. nullum aliud nomen ad libri Farnesini exemplum tam prope accedit quam Granius: Gracchus certe, uti ante Thewrewki editionem apud Festum scriptum legebatur, ne litteris quidem quadrat. cum tamen ista de Etrusca disciplina vix ad traditos Granii libros accommodata sint, audaciora olim conieceram. nam si Huschke (iurispr. anteiust5. p. 109) apud Arnob. 5, 18 sub nomine Flacci Granium, non Verrium intellegendum esse recte vidit (nam quod obicit Bremer, iurispr. antehadr. 1, 262, parum ponderis habet; cf. Arnob. 1, 59), eum potius quam Verrium in scholiis Veron. (Aen. 10, 183. 200* Flaccus primo Etruscarum) *denotatum esse haud absurdum credideram, cum ibi ista de fulguribus tradi potuerint. cf. tamen Schol. Bern. buc. 6, 61 ap. Verr. fr. 33.*

*de Diom. p. 365, 17* (Verrius et Flaccus *de aspiratione verbi 'inchoo') vd. item Verr. ad fr. 7. de Fest. p. 289 b, 3 vd. Veranius ad fr. 12.*

# TITUS POMPONIUS ATTICUS

## A. TESTIMONIA

VITAE

1. *natus a. 645/109, mortuus a. 722/32. cf. Peter, hist. Rom. rell.² p. XXsq.*

2. *Cic. ad Att. 12, 6, 2 [a. 708/46]* venio ad Tyrannionem. ain tu? verum hoc fuit, sine me? at ego quotiens cum essem otiosus, sine te tamen nolui? quo modo hoc ergo lues? uno scilicet, si mihi librum miseris, quod ut facias etiam atque etiam rogo. etsi me non magis liber ipse [*de accentibus*] delectabit, quam tua admiratio delectavit; amo enim πάντα φιλόδημον teque istam tam tenuem θεωρίαν tam valde admiratum esse gaudeo, etsi tua quidem sunt eius modi omnia.

3. *Cic. ibid. 1, 14, 3* meis orationibus quarum tu [*Atticus*] Aristarchus es

4. *Cic. ibid. 15, 14, 4* me ad συντάξεις dedi, quae quidem vereor, ne miniata cerula tua [*Attici*] pluribus locis notandae sint. *cf. 16, 11, 1.*

5. *Cic. ibid. 7, 3, 10 [postquam quaestionem explicavit, utrum Piraeus oppidum sit an locus; cf. Curt. Nic. test. 14]* sed quoniam grammaticus es, si hoc ζήτημα persolveris, magna me *molestia liberaris.*

SCRIPTORUM

6. *Plin. n. h. 35, 11* imaginum amorem flagrasse quondam testes sunt Atticus ille Ciceronis edito de iis volumine, M. Varro. *Atticus auctor a Plinio commemoratur in ind. libr. VII. XXXIII. Corn. Nep. Att. 18, 5* attigit poeticen quoque — namque versibus ⟨de iis,⟩ qui honore rerumque gestarum amplitudine ceteros Romani populi praestiterunt, exposuit ita, ut sub singulorum imaginibus facta magistratusque eorum non amplius quaternis quinisve versibus descripserit.

7. *Fronto p. 20 N. = Lampadio test. 4 (una cum Lampadione, Aelio Stilone, Staberio Erote, Cornelio Nepote Atticus aliorum scriptorum editor memoratur; quod quomodo intellegendum sit vd. ap. Corn. Nep. test. 4)*

## B. ANNALIS FRAGMENTUM

*1* [*HRR 5 Peter*]

hic Livius primus fabulam C. Claudio Caeci filio et M. Tuditano consulibus [*a. 514/240*] docuit anno ipso ante quam natus est Ennius, post Romam conditam autem quarto decimo et quingentesimo, ut hic [*Atticus*] ait, quem nos sequimur; est enim inter scriptores de numero annorum controversia. Accius [*fr. 18*] autem a Q. Maximo quintum consule [*a. 545/209*] captum Tarento scripsit Livium, annis XXX post quam eum fabulam docuisse et Atticus scribit et nos in antiquis commentariis invenimus, docuisse autem fabulam annis post XI C. Cornelio Q. Minucio consulibus [*a. 556/198*] ludis Iuventatis, quos Salinator Senensi proelio voverat. in quo tantus error Acci fuit, ut his consulibus XXXX annos natus Ennius fuerit; cui si aequalis fuerit Livius, minor fuit aliquanto is, qui primus fabulam dedit quam ii, qui multas docuerant ante hos consules, et Plautus et Naevius.

*Cic. Brut. 72* atqui hic Livius — et Naevius. haec si minus apta videntur huic sermoni, Brute, Attico adsigna, qui me inflammavit studio inlustrium hominum aetates et tempora persequendi.

*13* cui si aeq. *edit. princ.* quod aeq. *plerique codd.; cf. Ritschl, Parerg. p. 54sq.*

# C. TREBATIUS TESTA

*Velia fortasse oriundus, eques Romanus Ciceronis familiaris fuit Caesarisque sectator; hoc autem mortuo multum apud Augustum gratia valuit. cf. Huschke, iurispr. anteiust.*[5] *p. 100 sq. Bremer, iurispr. antehadr. 1, 376 sq.*

## EX LIBRIS DE RELIGIONIBUS

*Porphyr. Hor. serm. 2, 1, 1* Trebatius — libros — conposuit — de religionibus novem. *Macrobius tamen librum decimum affert (fr. 4).*

### *1 [1 Bremer]*

*lib. I.* sacrum est, ut Trebatius libro primo de religionibus refert, quicquid est quod deorum habetur.

*Macrob. 3, 3, 2* sacrum — habetur. *cf. Ael. Gall. fr. 21.*

1 ** libro *Paris.*

### *2 [2]*

*l. I.* Trebatius profanum id proprie dici ait quod ex religioso vel sacro in hominum usum proprietatemque conversum est.

*Macrob. 3, 3, 4* Trebatius — est.

### *3 [5]*

*l. II.* sacellum est locus parvus deo sacratus cum ara. — sacellum ex duobus verbis arbitror compositum, sacri et cellae quasi sacra cella.

*Gell. 7, 12, 5* in libro de religionibus secundo: sacellum est inquit [*Trebatius*] locus — ara. deinde addit verba haec: sacellum — cella. *cf. Varro fr. 453. Fest. p. 318ª, 33. Inc. de diff. CGK VII 523, 26. Prisc. p. 111, 11.*

### *4 [9]*

*l. X (?).* sanctum est, ut idem Trebatius libro decimo religionum refert, interdum idem quod sacrum idemque quod religiosum, interdum aliud, hoc est nec sacrum nec religiosum est.

*Macrob. 3, 3, 5* sanctum — rel. est.

*5* [*6*]

compita, ut Trebatio placet, locus ex pluribus partibus in se vel in easdem partes ex se vias atque itinera dirigens, sive is cum ara sive sine ara, sive sub tecto sive sub divo sit, ubi pagani agrestes bucina convocati solent certa inire concilia; hinc et lares compitalicii et feriae compitaliciae.

*Serv. Dan. g. 2, 383* compita — compitaliciae. *cf. Varro de l. L. 6, 25. 43. Paul. Fest. p. 40, 3.*

1 ut relatio: *em. Salmasius* 5 compitalici

INCERTAE SEDIS

*6* [*p. 424*]

a genere quaerendi quaestores initio dictos et Iunius [*fr. 1*] et Trebatius et Fenestella scribunt.

*Dig. 1, 13, 1, 1* Ulpianus libro singulari de officio quaestoris. — et a genere — scribunt. *cf. Iun. Gracch. l. c.*

# SAUFEIUS

*Saufeius idem esse videtur atque eques Romanus Attici familiaris, de quo cf. Corn. Nep. Att. 12, 3 et Cic. ad Att. 14, 18, 4 al. (cf. Drumann, Gesch. Roms 5, 78).*

EX INCERTO LIBRO

[*HRR 1 Peter*]

Saufeius Latium dictum ait, quod ibi latuerant incolae, qui quoniam in cavis montium vel occultis caventes sibi a feris beluis vel a valentioribus vel a tempestatibus *habitaverint*, Cascei vocati sunt, quos posteri Aborigines *cognominarunt*, quoniam ab iis ortos esse recognoscebant. *ex quibus* Latinos etiam dictos.

*Serv. Dan. Aen. 1, 6* Saufeius — dictos. *cf. Serv. ibid. 8, 322* (*Varro fr. 394*). — *Paul. Fest. p. 19, 1. Dionys. H. 1, 10.*

4 Cassei *Scioppius e Fuld.* 5 quō aliis *Cassell.* quoniam ab illis *Niebuhr* quom ab iis *Bergk* se cognoscebant *Bergk*

# CN. POMPEIUS MAGNUS

*Mar. Vict. p. 8, 14* Cn. Pompeius Magnus et scribebat et dicebat kadamitatem pro calamitate.

2 pro calamitatē (k *superscr.*) *Paris.* pro kalamitatem *Valent.*

# M. IUNIUS BRUTUS

*Mar. Vict. p. 9, 5* Messalla Brutus Agrippa pro sumus simus [*scripserunt*].

*cf. Mess. Rufus p. 427.*

# P. TERENTIUS VARRO ATACINUS

## EX ARGONAUTIS

[*FPR 11 B.*]

pars Parthorum Media est appellata a Medo filio Medeae et Aegei, ut existimat Varro, qui quattuor libros de Argonautis edidit.

*Prob. Verg. georg. 2, 126* pars — edidit. 'fort. e Chorographia' *Riese.*

# C. LICINIUS CALVUS

*Calvo tamquam patrono munus dat* Sulla litterator *congeriem lyricorum Latinorum* (*Catull. 14*).

*Mar. Vict. p. 9, 1* Licinius Calvus q littera non est usus. consultum senati ipse scripsit, et ad C. Caesarem senatus consultum. idem optimus maximus scripsit, non ut nos per u litteram.

*cf. Pomp. Macer p. 525.*

2 senatus *Paris.* saepe *coni. Keil ac deinde* senatuis

# C. HELVIUS CINNA

*Rufin. p. 565, 1* mensuram esse in fabulis, hoc est metron, Terentii et Plauti et ceterorum comicorum et tragicorum dicunt hi, Cicero Scaurus Firmianus Varro — Cinna Sisenna Diomedes —.

*cf. Varro fr. 289.*

# GRAMMATICAE
# AETATIS AUGUSTEAE
# FRAGMENTA

# GRAMMATICI

## PHILOXENUS

*de aetate et scriptis cf. supra De lud. litt. et mag. test. 39*

### ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ ΔΙΑΛΕΚΤΟΥ

*non nulla fragmenta coll. M Schmidt, Philol. 6, 667 sq. de indole libri cf. Reitzenstein, M. Ter. Varro und Ioh. von Euch. p. 87.*

*1*

ἁρπῶ· ἐξ οὗ τὸ ἁρπάζω· ἐν χρήσει μὲν οὐκ οἶδα ⟨τὸ⟩ πρωτότυπον. τὸ δὲ ἁρπῶ αὐτὸ παράγωγον ἀπὸ τοῦ ἅρπη παρηγμένον· ἅρπη δέ ἐστιν εἶδος ὀρνέου· ἁρπακτικὸν γάρ. ὡς φωνή φωνῶ, αὐδή αὐδῶ, σιγή σιγῶ, οὕτως ἅρπη ἁρπῶ. οὕτω Φιλόξενος περὶ Ῥωμαίων διαλέκτου.

*Etym. genuin. p. 87 Reitz.* ἁρπῶ — διαλέκτου. *cf. etym. magn. 148, 16. Hesych. p. 232, 26 S.*

*2*

ὁ Φιλόξενος ἐν τῇ περὶ Ῥωμαίων διαλέκτου ἀντὶ τοῦ ἀρτὴρ τροπῇ τοῦ ρ̄ εἰς λ̄.

*Etym. magn. 71, 23* ὁ δὲ Φιλ. — εἰς λ̄.

*3*

κάψα· κάπτω ῥῆμα δηλοῦν τὸ χωρῶ· παρὰ τὸ κάψω κάψα, ὡς δόξω δόξα, ἡ χωρητικὴ οὖσα τῶν ἐντιθεμένων αὐτῇ. ὥσπερ γὰρ ἀπὸ τοῦ δόξω δόξα καὶ ἄξω ἄξα. οὕτως Φιλόξενος ἐν τῷ περὶ Ῥωμαίων διαλέκτου. λέγει δὲ ὅτι δύναται καὶ παρὰ τὸ κάμπτω κάμψω, κάμψα εἶναι καὶ κάψα.

*Etym. genuin. p. 180 Mi.* κάψα — καὶ κάψα, ἐπειδὴ ἐκ κεκαμμένων ξύλων αὐτὴν συνεστήσαντο. *cf. etym. magn. 494, 20. etym. Gud. p. 308, 51 St.*

4 *Φιλ. Miller Φίλων etym. Gud.*; sed cf. Kleist, de Philox. *gramm. Alex. studiis etym. p. 14*

4

κορώνη καὶ ἐπὶ τοῦ τόξου καὶ ἐπὶ τῆς θύρας καὶ ἐπὶ τῆς πρύμνης τοῦ πλοίου, ἡ καὶ κορωνίς, διὰ τὸ ἐπικαμπές. εἴρηται δὲ ταῦτα ἀπὸ τῆς κορώνης τοῦ ζώου· εὐλύγιστον γὰρ ἔχει καὶ οἷον ἐπικαμπῆ τὸν τράχηλον. καὶ ἐπὶ μέρους δὲ σώματος, ὡς ἐπὶ τοῦ ἀγκῶνος, οἷόν τε παράγεσθαι. οὕτω Φιλόξενος ἐν τῷ περὶ Ῥωμαίων διαλέκτῳ.

*Etym. magn.* 530, 54 κορώνη — διαλέκτῳ. *cf. ibid.* 530, 16 *sq. Athen.* 15, 680d. *Hesych. p.* 909, 3 *S. etym. Gud. p.* 339, 23 *St. Paul. Fest. p.* 37, 2. *Quint.* 1, 5, 20.

5

μοχλός· παρὰ τὸ ὁμοῦ καὶ τὴν κλεῖν ἔχειν ὠνόμασται, ὃς ἅμα αὐτῷ τὴν κλεῖν ἔχει. οὕτω Φιλόξενος ἐν τῇ περὶ Ῥωμαίων διαλέκτῳ· ἀλλαχοῦ δέ φησιν· παρὰ τὸ μολῶ μοχλὸς πλεονασμῷ τοῦ χ̄.

*Orio p.* 103, 3 μοχλός — τοῦ χ̄. ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς παρὰ τὸ ὄχω τὸ συνέχω· ἐπεὶ καὶ Ὅμηρος [*Il.* 12, 121] ὀχῆα λέγει τὸν μοχλόν. *etym. magn.* 592, 11 μοχλός· παρὰ τὸ ὁμοῦ ἔχειν τὴν κλεῖν, ὃς ἅμα αὐτῷ τὴν κλεῖν ἔχει· ἢ παρὰ τὸ μολῶ πλεονασμῷ τοῦ χ̄.

1 καὶ τὸ *post* κλεῖν *add. Reitzenstein*

6

ξέστης Ῥωμαϊκόν ἐστι τὸ ὄνομα· τὸν γὰρ παρ' ἡμῖν ἓξ ἀριθμὸν αὐτοὶ λέγουσι σέξ, καὶ μέτρου τινὸς παρ' αὐτοῖς τὸ ἕκτον λέγεται σέξτον· διὰ δὲ εὐφωνίαν τὸ σέξτης λέγεται ξέστης μεταθέσει τοῦ ξ. οὕτω Φιλόξενος ἐν τῷ περὶ Ῥωμαίων διαλέκτου.

*Orio p.* 112, 11 ξέστης — διαλέκτου. *pariter iisdem fere verbis etym. Gud. p.* 414, 40 *St. etym. magn.* 610, 54. *exc. Paris. p.* 187, 37 *St.* (*Philoxeno nominato*).

3 τὸ ἑξτὸν *Schmidt* σέκτον *etym. Gud.* εὐφωνίαν *etym. Gud. et magn.* -νίας *Orio* 4 κατὰ μετάθεσιν τῶν στοιχείων *etym. magn.*

7

ὀπωπή· ὄπτω καὶ ἐξ αὐτοῦ ὄνομα ῥηματικὸν ὀπὴ καὶ διπλασιασμὸς ὀπωπή. οὕτω Φιλόξενος ἐν τῷ περὶ Ῥωμαίων διαλέκτου.

*Orio p.* 120, 16 ὀπωπή — διαλέκτου. cf. etym. magn. 596, 50. 628, 48.

*8*

*παιδνὸς κυρίως ἐπὶ τοῦ νεωτάτου παιδός· παρὰ τὸ παίζω. τὸ παιδνός, ὡς ἀλαπάζω ἀλαπαδνός. οὕτως Φιλόξενος ἐν τῷ περὶ Ῥωμαίων.*

*Etym. genuin. p. 234 Mi.* παιδνὸς — Ῥωμαίων. *cf. etym. magn. 657, 55. Gud. p. 446, 54 St. Orio p. 134, 14 St. Hesych. p. 1172, 32 S.*

2 Φιλ. *Miller, sed cf. Kleist l. c. p. 28; Cohn, Comment. in hon. Reiff. p. 88 et ap. Orionem proximam glossam Philoxeni* (πόντος), *cuius De Stefani me commonefecit*

*9*

*στυγνός· ὡς παρὰ τὸ ἔτραγον τραγανός, ἔπιθον πιθανός, οὕτω παρὰ τὸ ἔστυγον στυγανὸς καὶ συγκοπῇ στυγνός. οἱ δὲ παρὰ τὴν Στύγα φασὶν εἰρῆσθαι· οἱ γὰρ ἀρχαῖοι τὰ μὲν ἀηδῆ καὶ λυπηρὰ ἀπὸ ψυχροῦ ὀνομάζουσιν, τὰ δὲ ἡδέα καὶ τερπνὰ ἀπὸ τῶν θερμῶν. τὸ οὖν στυγεῖν καὶ φοβεῖσθαι ἀπὸ τῆς Στυγός, ἥπερ μυθεύεται ψυχρότατον παρέχειν ὕδωρ. καὶ ὁμοίως ὁ στυγνὸς παρ' αὐτὴν εἴρηται. τὴν δὲ τέρψιν θαλπωρὴν παρὰ τὸ τέρπεσθαι καὶ ἰαίνεσθαι, καὶ [Hom. Il. 9, 2] 'φόβου κρυόεντος' * *. Φιλόξενος ἐν τῷ περὶ Ῥωμαίων διαλέκτου.*

*Orio p. 145, 33 St.* στυγνός — διαλέκτου. *eadem fere etym. magn. 731, 15 Philoxeno auctore appellato et etym. Gud. p. 307, 16 St. Philoxeni nomine omisso. cf. etiam etym. Gud. p. 513, 50 St.*

3 εὑρῆσθαι: *em. Sturz ex etym. magno* 9 *lac. signavi, quae ex etym. Gudiano supplenda esse videtur* ἀπὸ τοῦ κρύους τοῦ ψυχροῦ

*10*

*ὑπέρινον τὸ σφόδρα λεπτόν· ἰνῶ ἐστι ῥῆμα τὸ ἐκκενῶ· ὅθεν ὑπέρινον ἄνδρα λέγουσι τὸν λεπτὸν καὶ κενὸν σαρκῶν. Φιλόξενος ἐν τῷ περὶ τῆς Ῥωμαίων διαλέκτου.*

*Orio p. 157, 6 St.* ὑπέρινον — διαλέκτου. *eadem fere etym. magn. 779, 6.*

## INCERTAE SEDIS

*ea quae secuntur a libro* περὶ τῆς τῶν Ῥωμ. διαλέκτου *minime aliena sunt. cf. Schmidt,* Philol. 6, 664 sq.

11

*Μάιος· Φιλόξενος δὲ λέγει ὅτι παρ' Αἰολεῦσι ἡ γραφὴ διὰ τοῦ ἰῶτα. ἔστι δὲ Μάιος ἐπεξουσιαστὴς ὡς ἐκ τοῦ μαγέστατος, ἀπὸ Μαίας τῆς Ἄτλαντος τοῦ Ἑρμοῦ ὀνομασθείς. Μάιον κατὰ διάλυσιν τοῦ ἰῶτα.*

*Etym. Gud. p. 377, 31 St.* Μάιος — διάλ. τοῦ ἰῶτα. *cf. Fulv. Nobil. fr. 1. Isid. or. 5, 33, 8. Lyd. de mens. 4, 76. ceterum* 'μαγέστατος' *'maiestatis' valere vidit Schmidt, Philol. 6, 665.*

1 *Φιλ. δὲ λέγει post μαγέστ. transponenda et ὀνομασθῆναι scribendum esse coni. Schmidt*

12

*νέπως ὁ νέος παῖς ἐξ Ἑλληνικῆς ἐτυμολογίας ὁ ἔγγονος λέγεται, ὡς καλῶς ὁ Φιλόξενος εἶπεν·* nepos *δὲ καὶ ὁ ἄσωτος, ὅπερ καὶ αὐτὸ τροπικῶς. καὶ κατὰ θεωρίαν τάχα τοῖς Ἕλλησι παραχωρητέον, ὅτι τὸν σκορπίον οἱ Ῥωμαῖοι πατρίως νέπαν καλοῦσιν οἱονεὶ ἄποδα κατὰ στέρησιν (τὴν γὰρ* ne *συλλαβὴν στερητικῷ τρόπῳ λαμβάνουσι Ῥωμαῖοι, ὥσπερ Ἕλληνες νήλιπος νήχυτος νήγρετος νήδυμος) ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν συμβαίνοντος τῷ θηρίῳ.*

*Lyd. de mag. p. R. 1, 42* νέπως — θηρίῳ. *ὥρᾳ [ως αρα em. ωρα cod. m. 1: em. Bekker] γὰρ χειμῶνος καὶ αὐτὸς εἰκότως ὁ σκορπίος τῇ γῇ καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα τῶν ἑρπετῶν ὑπονεκρωθεὶς κεῖται, μηδὲν ἕτερον παρ' αὐτὴν ἐσθίων. ἡνίκα οὖν πᾶσαν τὴν περὶ ἑαυτὸν ἐδώδιμον γῆν ἑαυτῷ δαπανήσῃ, τῶν ἰδίων καθάπτεται πλεκτανῶν καὶ πάσας αὐτὰς ἀνεπαισθήτως καταναλίσκει. ἦρος δὲ ἀνακαλοῦντος αὐτὸν μετὰ τῶν ἄλλων εἰς φῶς νόμῳ τῆς φύσεως, ἀναποδοῦται καὶ πρὸς καλαμίνθην τὸ φυτὸν ἐρχόμενος μόνῃ τῇ ἀφῇ τῆς βοτάνης ἀναλαμβάνει τὸ δριμὺ καὶ στεγανοῦται, καθάπερ ὄφις τῇ μαράθῳ· ὅθεν καὶ νεπέταν τὴν καλαμίνθην Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. ταύτῃ ⟨τοὺς⟩ σκορπιστὰς νέπωτας [νέωτας cod.: em. Bekker τοὺς addito] ἀποκαλοῦσιν αὐτοί, οἷα τῶν ἰδίων μελῶν διαφθορεῖς. cf. etym. magn. 601, 33. Paul. Fest. p. 164, 8. 10.*

1 *οἱονεὶ νέος coni. B(ekker)* 2 *καὶ καλῶς: em. B* νεροσ 3 *αὐτὸς: em. Wuensch* 6 *ν̄ε* 7 *νήλυπος: em. B.*

# DIDYMUS

*Macrob. 5, 18, 9* grammaticorum omnium facile eruditissimus *id. 5, 22, 10* grammaticorum omnium quique sint quique fuerint instructissimus

*de Didymi aetate cf. supra De lud. litt. test. 40. de scriptis et existimatione, qua floruit apud antiquos, cf. Gudeman, Grundr. z. Gesch. d. class. Phil. p. 48 sq.*

## *ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΑΡΑ ΡΩΜΑΙΟΙΣ ΑΝΑΛΟΓΙΑΣ*

## SIVE

## DE LATINITATE

*fragmenta coll. M Schmidt, Didymi Chalc. gramm. Alex. fragm. quae supersunt omnia (Lipsiae 1854) p. 345 sq. utrum Didymo Chalcentero libro De latinitate an iuniori Claudio vindicandi sint ambigitur; ego tamen Schmidt (ibid. p. 346) recte iudicare puto. neque ad alios libros fr. 1. 3. 4, ubi operis appellatio desideratur, pertinere possunt, cum Didymi sectator Priscianus eos tantum noverit.*

### *1* [*1 Schmidt*]

u loco consonantis posita eandem prorsus in omnibus vim habuit apud Latinos quam apud Aeolis digamma; unde a plerisque ei nomen hoc datur, quod apud Aeolis habuit olim Ϝ digamma, id est vau ab ipsius voce profectum teste Varrone [*fr. 270*] et Didymo, qui id ei nomen esse ostendunt.

*Prisc. p. 15, 1* u vero loco — ostendunt. pro quo Caesar [*Claudius*] hanc Ⅎ figuram scribi voluit, quod quamvis illi recte visum est, tamen consuetudo antiqua superavit. *cf. Varro l. c.*

2 *et* 3 aeoles *vel* eoles *multi codd.*

### *2* [*2*]

Stoici — articulum et pronomen unam partem orationis accipiebant, infinitum articulum vocantes, quem grammatici articulum, eique adiungentes etiam infinita nomina vel relativa, quod etiam Didymus facit tractans de latinitate.

*Prisc. p. 548, 2* qui tertio loco participium posuerunt, rectius fecisse videntur. cum enim nomen et verbum primum et secundum *tenuerunt* locum, participium quod ex utroque nascitur *sequentem* iure exigit. quaesitum est tamen an bene

separaverint id ab aliis partibus grammatici et primus Trypho, quem Apollonius quoque sequitur, maximus auctor artis grammaticae. Stoici enim quomodo articulum — de latinitate (finitum autem articulum dicebant idem Stoici, quod nunc pronomen vocamus finitum, quod et vera ratione solum pronomen est dicendum: ergo Romani quoque artium scriptores Stoicorum secuti magis traditionem pronomina finita dixerunt et infinita, nam articulos non habent), sic igitur supra dicti philosophi etiam participium aiebant appellationem esse reciprocam id est ἀντανάκλαστον προσηγορίαν hoc modo: 'legens est lector' et 'lector legens'. *cf. etiam Prisc. III 492, 8 (denuo Didymus appellatur). universa de re R Schmidt, de Stoic. gramm. p. 39 sq.*

*3* [*3*]

sciendum quod videmur in praeterito perfecto plerumque barytona quoque Graecorum imitari in commutatione consonantium teste Didymo, qui ostendens omnia quae habent in arte Graeci habere etiam Latinos, exemplis hoc approbat. nam cum primam coniugationem dicunt βαρυτόνων, quae tres cognatas habet consonantes, id est β π φ, pro qua nos ph scribimus in plerisque, et in omnibus huius coniugationis verbis per ψ declinant ἀόριστον, hoc est praeteritum infinitum spatio temporis, utrum paulo ante an multo sit perfectum, ut κρύβω ἔκρυψα, λείπω ἔλειψα, ἀλείφω ἤλειψα, nos quoque in praeterito perfecto — cum in praesenti in bo vel in po desinat verbum, plerumque in psi facimus praeteritum perfectum in tertia coniugatione, ut scribo scripsi, nubo nupsi, scalpo scalpsi, repo repsi; nam pro ψ Graeca duplici in principio syllabarum posita Romani ps solent scribere.

*Prisc. p. 445, 13* sciendum tamen quod — nos quoque in praet. perf., quod pro παρακειμένου id est paulo ante perfecto et pro ἀορίστου teste Probo habemus, nam amavi πεφίληκα καὶ ἐφίλησα significat, similiter feci πεποίηκα καὶ ἐποίησα, vidi ἑώρακα καὶ εἶδον et sic omnia cetera, cum in praesenti — scribere. *cf. Macrob. exc. Paris. CGK V 605. Quint. 1, 6, 31. Athen. 10, 425*[a].

*4* [*4*]

*sestertius* dicitur semis tertius —, hoc est post *duo sequens tertio* loco est semis. hoc quoque secundum *Atticos et Ionas*, qui ἥμισυ τρίτον dicebant pro δύο

*ἥμισυ* teste etiam Didymo, qui hoc ponit ostendens in omni parte orationis et constructionis analogiam Graecorum secutos esse Romanos, unde et Herodotus in I historiarum [*50*]: '*ἐποιεῖτο δὲ καὶ λέοντος εἰκόνα χρυσοῦ ἀπέφθου ἕλκουσαν σταθμὸν τάλαντα δέκα. οὗτος ὁ λέων, ἐπείτε κατεκαίετο ὁ ἐν Δελφοῖσι ναός, κατέπεσεν ἀπὸ τῶν ἡμιπλινθίων (ἐπὶ γὰρ τούτοις ἵδρυτο), καὶ νῦν κεῖται ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ, ἕλκων σταθμὸν ἕβδομον ἡμιτάλαντον*'. *ἰδοὺ ὅλον εἰπὼν δέκα ταλάντων γεγενῆσθαι τὸν λέοντα, κᾆτα λέγει ἔχειν ἕβδομον ἡμιτάλαντον, τουτέστιν ἓξ ἥμισυ τάλαντα.*

*Prisc. III 408, 1* sestertius — tertius, de quo Arruntius haec ait: 'sestertius olim dupondius et semis quasi semis tertius, quo tempore denarius decussis valebat', hoc est — *τάλαντα.* septimum semitalentum dixit pro sex semis talenta [semitalenta *codd.: em. Vinetus*].

2 duos (*em.* duo *R* = *Paris. 7496*) *R Amien.* dua *Paris. 7530*
12 ΕΙΔΟΙΛΩΝΕΥΠΩΝΔΕΚΑ *Amien.* EIdΟΥΑΩΝΙΠΩNdEKA *Lugd-Bat.*

## 5 [5]

*Ἴωνες καὶ Ἀττικοὶ τὰ δύο ἥμισυ ἥμισυ τρίτον φασίν, καὶ τὰ ἓξ ἥμισυ τάλαντα ἕβδομον ἡμιτάλαντον καὶ τοὺς τέσσαρας ἥμισυ πήχεις πέμπτην σπιθαμήν, καθάπερ φησὶν Ἡρόδοτος* [*2, 106*]. * * *προθεὶς τὸ* [*PLG Archil. 104 Bergk*$^{4}$] '*ἐν δὲ Βατουσιάδης*' *ἐν τῷ περὶ μουσικῆς ἐπιφέρει* '*τρίτον ἡμιπόδιον*' *ἀντὶ τοῦ δύο ἥμισυ πόδες. καὶ καθόλου, ὅταν βούλωνται ἀριθμόν τινα δηλοῦν καὶ μόριόν τι προσκείμενον, τὸ ὁμώνυμον τοῦ ἀριθμοῦ ἀεὶ τοῦ πλεονάζοντος λαβόντες τὸ ὅλον φασίν, οἷον τὰ ἓξ ἥμισυ ἕβδομον ἥμισύ φασιν, τοῦ ἑπτὰ ἕβδομον, ὃς μονάδι πλεονάζει τοῦ ἕξ, τὸ ὁμώνυμον λαβόντες. καὶ Ῥωμαῖοι δὲ εὑρεθήσονται τούτῳ χρώμενοι τῷ σχήματι. τὰ γὰρ δύο ἥμισυ ἀσσάρια, ἅπερ ἦν τέσσαρα τοῦ δηναρίου (δέκα γὰρ ἠδύνατο ἀσσάρια τὸ δηνάριον, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν* denarius *παρὰ τὸ δῆνα ἐσχηματισμένος), σηστέρτιούμ φασιν, τοῦ μὲν ση τὸ ἥμισυ δηλοῦντος,*

ὡς ἐν τῷ σημόδιουμ σήσκουας σήσκουπλα, τοῦ δὲ τέρτιουμ τὸ τρίτον, καί ἐστιν ἥμισυ τρίτον. τὰ δὲ χίλια σηστέρτια ποιεῖ διακόσια πεντήκοντα δηνάρια ἀργυρᾶ, δέκα δὲ χρυσᾶ, ἅπερ καὶ μῖλλε νούμμως φασίν. τὸ δὲ σήσκουας σύνθετόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ ση καὶ τοῦ κουμ καὶ τοῦ ἂς ἄσσις, καί ἐστιν ἥμισυ σὺν ἀσσαρίῳ, τουτέστιν ἓν ἥμισυ ἀσσάριον. ὥσπερ δὲ ἡμέδιμνον λέγουσιν Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ ἡμιμέδιμνον, οὕτως καὶ οὗτοι σημόδιουμ πλεονάζοντος τοῦ σ̄.

*Prisc. III 411, 9* [*allato Varrone de l. L. 6, 169—74 pergit*] Didymus etiam ea confirmet. καὶ Δίδυμος ἐν τῷ περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας· Ἴωνες — τοῦ σ̄.

4 Ἡρόδ.] *grammaticum quendam intellexerat Lindemann* Ἡλιόδωρος, ὃς προσθεὶς τὸ ἐν δὲ *coni. Hermann, lacunam sign. Keil* 11 τοῦ ἑπτὰ ἑβδόμου: *em. Vinetus* 14 ΑΠΕΝΤΕCCΑΡΑ *Monac.* (*om. Leid.*): *em. L Spengel* *verba* ἅπερ ἦν — τὸ δηνάριον *om.*, ὡς αὐτοὶ — ἐσχημ. *in v.* 21 *post* ἀργυρᾶ *transp. Lindemann* 16 ΕCΧΗΜΑΤΙCΜΕΝΥC *Leid.* -CΝΕΝΟΙC *Monac.*: *em. Buecheler* 26 πλεονάζοντες τοσ: *em. Lindemann*

# SELEUCUS

*Seleucum Homericum non alium esse atque qui apud Tiberium versatus ab eodem capitis damnatus est* (*Suet. Tib. 56*), *satis verisimile reddiderunt Maass* (*de biogr. Graec. p. 33 sq.*) *et Bapp* (*Comment. Ribb. Lips. 1888 p. 262 sq.*): *de qua re cf. etiam Max. Mueller, de Seleuco Homerico* (*Gottingae 1891*) *p. 2 sq. idem utrum in Homericis commentariis a Didymo Chalcentero usurpatus sit necne, dubitatur* (*cf. Mueller p. 27 sq. et contra Susemihl, Griech. Litt. d. Alex. 2, 197 adn. 264*); *sed cum Messapiorum sermonis sciens deprehendatur* (*fr. 43 M.*), *quod vix post Augusteam aetatem fieri potuit, si re vera sub Seleucis auctor unus idemque latet, erat is aetate ingravescenti cum Tiberii contubernio utebatur.*

## EX LIBRIS *ΠΕΡΙ ΕΛΛΗΝΙΣΜΟΥ*

### *1* [*70 Mueller*]

*lib. V.* Σέλευκος δ' ἐν τῷ πέμπτῳ περὶ Ἑλληνισμοῦ· ταῶς· παραλόγως δ' οἱ Ἀττικοὶ καὶ δασύνουσι καὶ περισπῶσι. τοῖς δὲ πρώτοις τῶν φωνηέντων κατὰ

τὰς ἁπλᾶς τῶν ὀνομάτων ἐκφορὰς συνεκφέρεσθαι ἐθέλει καὶ ἐνταυθοῖ προάττουσα καὶ τάχιον ἐκθέουσα δι' ἐπιπολῆς ἐστι τῶν λέξεων. τεκμαιρόμενοι οὖν Ἀθηναῖοι καὶ διὰ τῆς τάξεως τὴν ἐνοῦσαν τῇ προσῳδίᾳ φύσιν οὐκ ἐπὶ τῶν φωνηέντων αὐτὴν τιθέασιν ὥσπερ τὰς ἄλλας, πρὸ δὲ τούτων τάσσουσιν. οἶμαι δὲ καὶ διὰ τοῦ h στοιχείου τυπώσασθαι τοὺς παλαιοὺς τὴν δασεῖαν. διόπερ καὶ Ῥωμαῖοι πρὸ πάντων τῶν δασυνομένων ὀνομάτων τὸ h προγράφουσι, τὸ ἡγεμονικὸν αὐτῆς διασημαίνοντες. εἰ δὲ τοιαύτη ἡ δασύτης, μήποτ' ἀλόγως κατὰ τὴν τελευτῶσαν συλλαβὴν ὁ ταὼς πρὸς τῶν Ἀττικῶν προςπνεῖται.

*Athen. 9, 398a* Σέλευκος — προσπνεῖται. *de re cf. Trypho ap. Athen. 9, 397e (p. 8 sq. Velsen).*

5 ἐντεῦθεν *coni. Kaibel* πρόττουσα *superscr.* α *Paris.* πράττουσα *Marc.* 15 τοῦ ταῶς *Paris.* τὸ ταὼς *coni. Kaibel*

# IUBA

*Plut. Sert. 9* τοῦ πάντων ἱστορικωτάτου βασιλέων *Plin. n. h. 5, 16* studiorum claritate memorabilior etiam quam regno *Athen. 3, 83b* ἄνδρα πολυμαθέστατον *de Iuba litterato rectius iudicavit HPeter, über den Wert d. hist. Schriftstellerei von König Iuba II v. Mauretanien (Meißen 1879). fragmenta collegerunt CMueller, fragm. hist. Graec. 3, 465 sq. WPlagge, de Iuba II rege Mauretaniae (Monasterii 1849); A Görlitz, Iubae II regis Mauritaniae vita et fragmentorum pars I (Vratisl. 1848); de Iubae II regis Maurit. fragmentis pars altera (Vrastil. 1862). a Iuba rege Iubam metricum distinguendum esse constat (cf. Schanz, Röm. Littg. § 606).*

## *ΟΜΟΙΟΤΗΤΕΣ*

### *1 [85 Mueller]*

*lib. XV.* κάρτη· εἶδος ἱματίου παρὰ Ἰόβᾳ ἐν ιε' περὶ ὁμοιοτήτων.

*Hesych. p. 816, 19 S.* κάρτη — ὅμοιοτ. *id. p. 906, 28* κόρτην· Πάρθοι ἐσθῆτα καλοῦσιν, ἣν λαμβάνουσι παῖδες εἰς ἄνδρας ἀφικόμενοι. *praetexta virilis Romanorum comparabatur.*

*2* [*84*]

ζητητέον δὲ εἰ καὶ ὁ τραπεζοκόμος ὁ αὐτός ἐστι τῷ τραπεζοποιῷ. Ἰόβας γὰρ ὁ βασιλεὺς ἐν ταῖς ὁμοιότησι τὸν αὐτὸν εἶναί φησι ⟨τὸν⟩ τραπεζοκόμον καὶ τὸν ὑπὸ Ῥωμαίων καλούμενον στρούκτωρα, παρατιθέμενος ἐκ δράματος Ἀλεξάνδρου ᾧ ἐπιγραφὴ Πότος [*CAF 3 Kock*]· 'εἰς αὔριόν με δεῖ λαβεῖν αὐλητρίδα. / ⟨Β.⟩ τραπεζοποιὸν δημιουργὸν λήψομαι· / ἐπὶ τοῦτ' ἀπέστειλ' ἐξ ἀγροῦ μ' ὁ δεσπότης'. ἐκάλουν δὲ τραπεζοποιὸν τὸν τραπεζῶν ἐπιμελητὴν καὶ τῆς ἄλλης εὐκοσμίας.

*Athen. 4, 170ᵉ* ζητητέον — εὐκοσμίας.

3 τὸν *add. Kaibel* 4 στρούκτορα *Marc.* 6 Β. *add. Wilamowitz*

## EX LIBRIS *ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ*

*de inscriptione cf. Peter p. 3*

*3* [*2*]

*lib. I.* Λαβίνιον, πόλις Ἰταλίας, Αἰνείου κτίσμα. Ἰόβας ἐν πρώτῳ· ἀπὸ τῆς τοῦ βασιλέως θυγατρὸς Λαβινίας.

*Steph. Byz. p. 405 Mein.* Λαβίνιον — Λαβινίας. *haec Iuba exscripsit e Dionys. H. 1, 59 (cf. Kießling, Rh. Mus. 23, 672). cf. Varro de l. L. 5, 144.*

## INCERTAE SEDIS

*fragmenta quae secuntur fere omnia* ὁμοιοτήτων *libris adsignanda esse videntur (cf. Peter p. 12), quamquam ne ab historia quidem Romana abhorrent (ita Mueller).*

*4* [*8*]

αὐτὰς δὲ τὰς πέλτας [τῶν Σαλίων] ἀγκύλια καλοῦσι διὰ τὸ σχῆμα· κύκλος γὰρ οὐκ ἔστιν οὐδὲ ἀποδίδωσιν, ὡς πέλτη, τὴν περιφέρειαν, ἀλλ' ἐκτομὴν ἔχει γραμμῆς ἑλικοειδοῦς, ἧς

*αἱ κεραῖαι καμπὰς ἔχουσαι καὶ συνεπιστρέφουσαι τῇ πυκνότητι πρὸς ἀλλήλας ἀγκύλον τὸ σχῆμα ποιοῦσιν· ἢ διὰ τὸν ἀγκῶνα περὶ ὃν περιφέρονται. ταῦτα γὰρ ὁ Ἰόβας εἴρηκε γλιχόμενος ἐξελληνίσαι τοὔνομα.*

*Plut. Numa 13* αὐτὰς — τοὔνομα. *aliter Varro de l. L. 7, 43. Ovid. fast. 3, 377. Paul. Fest. p. 131, 8. Serv. Aen. 7, 188. 8, 664. Isid. or. 18, 12, 3. CGL VI 67.*

## *5 [7]*

*δεύτερον δὲ τοῖς οὖσιν ἱερεῦσι Διὸς καὶ Ἄρεως τρίτον Ῥωμύλου προσκατέστησεν [Νουμᾶς], ὃν φλάμινα Κυρινάλιον ὠνόμασεν. ἐκάλουν δὲ καὶ τοὺς προγενεστέρους φλάμινας ἀπὸ τῶν περικρανίων πίλων, οὓς περὶ ταῖς κεφαλαῖς φοροῦσι πιλαμένας τινὰς ὄντας, ὡς ἱστοροῦσι, τῶν Ἑλληνικῶν ὀνομάτων τότε μᾶλλον ἢ νῦν τοῖς Λατίνοις ἀνακεκραμένων. καὶ γὰρ ἃς ἐφόρουν οἱ ἱερεῖς λαίνας ὁ Ἰόβας χλαίνας φησὶν εἶναι καὶ τὸν ὑπηρετοῦντα τῷ ἱερεῖ τοῦ Διὸς ἀμφιθαλῆ παῖδα λέγεσθαι κάμιλλον, ὡς καὶ τὸν Ἑρμῆν οὕτως ἔνιοι τῶν Ἑλλήνων Καδμῖλον ἀπὸ τῆς διακονίας προσηγόρευον.*

*Plut. Numa 7* δεύτερον — προσηγόρευον. *cf. id. quaest. R. 40. flaminis etymon in Iubae contextum recepi verbis* τῶν Ἑλλην. — ἀνακεκρ. *cum* γλιχόμενος — τοὔνομα *fr. 4 collatis aeque ac cum Varrone de l. L. 5, 84 et Dionysio Hal. 2, 64, quos Iubae complura subministrasse constat (cf. A Barth, de Iubae* ὁμοιότησιν. *Gottingae 1876 p. 16 sq.). cf. etiam Serv. Aen. 8, 664. Isid. or. 7, 12, 18. — etymi vocis 'laena' (pro claena) Varronem auctorem (de l. L. 5, 133) Barth reperire sibi visus est, sed cf. Peter p. 11 adn. 2 et Usener, Rh. Mus. 23, 676; idem Graecum veriloquium est ap. Paul. Fest. p. 117, 10. cf. Serv. (Dan.) Aen. 4, 262. Suet. rell. p. 267 R. CGL VI 620. — de 'camillus' similiter Varro de l. L. 7, 34 (cf. Macrob. 3, 8, 6. Serv. Dan. Aen. 11, 543) et Dionys. H. 2, 22. cf. Paul. Fest. p. 43, 13. Serv. Aen. 11, 558. CGL VI 171.*

7 λεαίνας: *em. Stephanus*

## *6 [10]*

*διὰ τί τρεῖς τοῦ μηνὸς ἀρχὰς καὶ προθεσμίας ἔχουσιν οὐ ταὐτὸ διάστημα τῶν ἡμερῶν μεταξὺ λαμβάνοντες; πότερον, ὡς οἱ περὶ τὸν Ἰόβαν ἱστοροῦσιν, ὅτι ταῖς καλάνδαις ἐκάλουν τὸν δῆμον οἱ ἄρχοντες καὶ κατήγγελλον εἰς πέμπτην τὰς νόννας, εἰδοὺς δὲ ἡμέραν ἱερὰν ἐνόμιζον;*

*Plut. quaest. R. 24* διὰ τί — ἐνόμιζον; *non aliter Varro fr. 192 et de l. L. 6, 27. cf. CGL VI 167.*

*7* [*11*]

*διὰ τί τὰ Κυρινάλια μωρῶν ἑορτὴν ὀνομάζουσιν; ἢ ὅτι τὴν ἡμέραν ταύτην ἀποδεδώκεσαν, ὡς Ἰόβας φησί, τοῖς τὰς αὑτῶν φρατρίας ἀγνοοῦσιν; ἢ τοῖς μὴ θύσασιν, ὥσπερ οἱ λοιποί, κατὰ φυλὰς ἐν τοῖς Φουρνικαλίοις δι' ἀσχολίαν ἢ ἀποδημίαν ἢ ἄγνοιαν ἐδόθη τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ τὴν ἑορτὴν ἐκείνην ἀπολαβεῖν;*

*Plut. quaest. R. 89* διὰ τί — ἀπολαβεῖν; *similiter Varro de l. L. 6, 13. Ovid. fast. 2, 513 (cf. F Reuss, de Iubae reg. historia Rom. a Plutarcho expressa. Wetzlar 1880 p. 6).*

*8* [*28*]

Iuba de Fortunatis ita inquisivit: — in conspectu earum [*Iunoniae et Caprariae insularum*] esse Ninguariam, quae hoc nomen acceperit a perpetua nive, nebulosam. proximam ei Canariam vocari a multitudine canum ingentis multitudinis.

*Plin. n. h. 6, 203* Iuba — multitudinis. *cf. Solin. 56, 16 sq. Mart. Cap. 6, 702. haec ad Libyca pertinere videntur.*

2 ninguriam *Ricc.* Nivariam *Barbarus ex Solin. et Cap.*

*9* [*5*]

*ἅπαντες οὖν τὸν Ταλάσιον ἐβόων οἱ τὰς παρθένους κομίζοντες· καὶ διὰ τοῦτο τοῖς γάμοις παραμένει τὸ ἔθος. οἱ δὲ πλεῖστοι νομίζουσιν, ὧν καὶ ὁ Ἰόβας ἐστί, παράκλησιν εἶναι καὶ παρακέλευσιν εἰς φιλεργίαν καὶ ταλασίαν, οὔπω τότε τοῖς Ἑλληνικοῖς ὀνόμασι τῶν Ἰταλικῶν ἐπικεχυμένων.*

*Plut. Rom. 15* ἅπαντες — ἐπικεχυμένων. *cf. id. quaest. R. 31. Varro fr. 457.*

1 ἐβόων τὸν Ταλ. *nonnulli codd.* 4 οὕτω *coni. Soltau fort. recte (cf. fr. 5)*

*10* [*9*]

*τὸν μῆνα τοῦτον* [*Φεβρουάριον*] *κληθῆναί φησιν ὁ Μαυρούσιος Ἰόβας ἀπὸ τῶν κατουδαίων φόβων κατ' ἀναίρεσιν τῶν δειμάτων.*

*Athen.* 3, 98b τὸν δὲ μῆνα — δειμάτων. *cf. Plut. quaest. R.* 25, 34. *prorsus aliter Varro fr.* 408.

## 11 [13]

διὰ τί κοινὸς ἦν βωμὸς Ἡρακλέους καὶ Μουσῶν; ἢ ὅτι γράμματα τοὺς περὶ Εὔανδρον ἐδίδαξεν Ἡρακλῆς, ὡς Ἰόβας ἱστόρηκε; καὶ τὸ πρᾶγμα σεμνὸν ἐνομίζετο φίλους καὶ συγγενεῖς διδασκόντων· ὀψὲ δ' ἤρξαντο μισθοῦ διδάσκειν, καὶ πρῶτος ἀνέῳξε γραμματοδιδασκαλεῖον Σπόριος Καρβίλιος ἀπελεύθερος Καρβιλίου τοῦ πρώτου γαμετὴν ἐκβαλόντος.

*Plut. quaest. R.* 59 διὰ τί — ἐκβαλόντος. *de* γράμμασιν *in Italiam ab Euandro introductis cf. supra p. 2, de Carvilio p. 3.*

*quamvis inter Plutarchum et Iubam quae ratio intercedat adhuc prorsus non eluceat, Latinas tamen voces quae in vitis Romuli Numaeque et in quaestionibus Romanis deprehenduntur, hic enumerare operae pretium existimavi, cum ibi compluries Iuba auctor nuncupetur, ex quo multa quae secuntur derivata esse possunt. cf. de hac re Barth et Reuss l. c. etyma haec sunt: Rom.* 1. 2. 19 Roma *cf. Varro fr.* 402. *Dionys. H.* 1, 72. *Fest. p.* 266b, 13. *Solin.* 1, 1. *Serv. Aen.* 1, 273; *Rom.* 3 Cermalus (*a Romulo et Remo germanis fratribus*) *cf. Varro de l. L.* 5, 54. *Paul. Fest. p.* 55, 4; *Rom.* 4 ficus ruminalis (*a Romulo vel a pecoribus ruminantibus vel a pueris lactentibus*) *cf. id. quaest. R.* 57. *Varro fr.* 102. 137. 452; *Rom.* 4 Larentalia (*ab Acca Larentia*) *cf. Varro de l. L.* 6, 23. *Ovid. fast.* 3, 57; *Rom.* 5 Velabrum (*a vehendo vel a velis*) *cf. Varro de l. L.* 5, 43. 156; *Rom.* 6 Romulus et Remus (*a ruma; aliter Paul. Fest. p.* 267, 5); *Rom.* 8 manipularis (*a manipulo*) *cf. Ovid. fast.* 3, 117. *Varro de l. L.* 5, 88. 6, 85. *r. r.* 1, 50, 1; *Rom.* 10 celeres (*a Celere Remi interfectore; aliter id. Rom.* 26. *Numa* 7) *cf. Dionys. H.* 2, 13. *Paul. Fest. p.* 55, 2. *Plin. n. h.* 33, 35; *Rom.* 11 pomerium (κατὰ συγκοπὴν *quasi post vel pone moenia*) *cf. Varro de l. L.* 5, 143. *Fest. p.* 249a, 28 (*Antist. Labeo infra*); *Rom.* 13 legio (*ab eligendo*) *cf. Varro fr.* 213; *Rom.* 13 populus (*a plebe*); *Rom.* 13 senatus (*a senectute*) *cf. Varro de l. L.* 5, 156. *Dionys. H.* 2, 12. *Cic. de re p.* 2, 23. *Fest. p.* 339a, 11; *Rom.* 13 patricii (*a patribus vel a patronis*) *cf. id. quaest. R.* 58. *Dionys. H.* 2, 8. 9. *Cincius fr.* 5; *Rom.* 13 patrocinium (*a Patrone Euandri socio*); *Rom.* 14 Consus (*a consulendo*) *cf. Varro fr.* 153. 208. *Dionys. H.* 1, 33. 2, 31; *Rom.* 16 feretrum (*a feriendo*) *cf. id. Marc.* 8. Varro de l. *L.* 5, 166. *Paul. Fest. p.* 92, 1; Rom. 18 Tarpeius (a Tarpeia) *cf. id. Numa* 7. *Varro de l. L.* 5, 41; Rom. 18 lacus Curtius

(*a Curtio*) *cf. Varro de l. L. 5, 148; Rom. 19* Quirites (*a Tatii patria*) *cf. id. Rom. 29. Numa 3. quaest. R. 87. Varro fr. 387. Dionys. H. 2, 48. Ovid. fast. 2, 475; Rom. 19* comitium (*a coeundo*) *cf. Varro de l. L. 5, 155. Paul. Fest. p. 38, 12; Rom. 20* Ramnenses (*a Romulo*), Tatienses (*a Tatio*), Luceres (*a luco*) *cf. id. quaest. R. 88. Varro de l. L. 5, 55; Rom. 20* tribus et tribuni (*a numero 'tres'*) *cf. Varro de l. L. 5, 35. 55. Dionys. H. 2, 7; Rom. 20* bulla (*a figura dicta*) *cf. Varro fr. 417; Rom. 21* Carmentalia (*a Carmenta*) *cf. Varro de l. L. 6, 12,* Carmenta (*a Parca hominum ortus praeside vel a Nicostrata vel a carendo mente*) *cf. Varro fr. 149. Strabo 5, 230. Dionys. H. 1, 31. Ovid. fast. 1, 467. Solin. 1, 10; Rom. 21* Lupercalia (*a februatione*) *cf. id. quaest. R. 68. 111. Caes. 61. Anton. 12. Varro de l. L. 6, 13. Ovid. fast. 2, 381. Censor. d. n. 22, 15; Rom. 26* lictores (*a ligando vel a ληίτῳ et λαῷ*) *cf. id. quaest. R. 67. Tiro fr. 14. Valg. Ruf. fr. 1; Rom. 29* poplifugia et nonae Caprotinae *cf. id. Numa 2. Varro de l. L. 6, 18; Numa 9* pontifices (*a potestate vel a ponte faciendo*) *cf. Varro de l. L. 5, 83. Dionys. H. 2, 73; Numa 11* Vesta (*focus*) *cf. Dionys. H. 2, 66. Varro ap. August. civ. d. 4. 10. Ovid. fast. 6, 291; Numa 12* fetiales (*a pace facienda*) *cf. Varro de l. L. 5, 86. Non. p. 529, 17. Dionys. H. 2, 72; Numa 13* Salii (*a saliendo*) *cf. Varro de l. L. 5, 85. Dionys. H. 2, 70. 71. Fest. p. 326 b, 32; Numa 19* Martius Aprilis Maius Iunius Februarius Ianuarius *cf. id. quaest. R. 19. 68. 86. Rom. 21. Varro fr. 408; quaest. R. 20* Murcia *cf. Varro de l. L. 5, 154; quaest. R. 24* celare (*a clam*); *quaest. R. 24* nonae (*a novilunio*), idus (*ab εἴδει*) *cf. Varro de l. L. 6, 28. Fest. p. 173 a, 26; quaest. R. 32* Argei (*ab Argis*) *cf. Varro de l. L. 5, 45. 7, 44. Dionys. H. 1, 38. Ovid. fast. 5, 621. Paul. Fest. p. 15, 12; quaest. R. 46* Horta (*ab hortando vel ab Hora*), Hora (*ab ὁρᾶν*); *quaest. R. 51* praestites (*οἱ προεστῶτες*) *cf. Paul. Fest. p. 223, 14; quaest. R. 52* Mana (*a manando*); *quaest. R. 54* macellum (*a μαγείρῳ vel a Macello latrone Romano*) *cf. Varro fr. 121; quaest. R. 60* Pinarii (*a πεινᾶν*); *quaest. R. 62* pater patratus (*pater vivo patre factus*); *quaest. R. 70* furcifer (*a furcae gestatione*); *quaest. R. 77* Iuno (*ab iuvene vel iuniori*), Lucina (*quasi lucifera*) *aliter de Iunone, similiter de Lucina Varro de l. L. 5, 67. 69. cf. Fest. p. 305 b, 14; quaest. R. 78* sinister (*a sinendo*); *quaest. R. 88* lucar (*a lucis*) *cf. Mess. Rufus fr. 2; quaest. R. 103* Spurius (*sine patre*); *quaest. R. 107* histriones (*ab Histro*) *cf. Liv. 7, 2. Val. Max. 2, 4, 4. Paul. Fest. p. 101, 1.*

# SINNIUS CAPITO

## A. TESTIMONIA

VITAE

*1. Sinnius Capito nomine et cognomine ab omnibus auctoribus appellatur, hoc ordine constanter a Festo quater decies, semel verso ordine 'Capito Sinnius', ibidemque praeterea sexies in lacunis codicis solum nomen cognomenve cum extet, cognomen nomenve expleta sunt. unus, ut solet, Paulus hanc legem non sequitur. cf. Sex. Enn. test. 1 et Veranius fr. 12.*

*2. de Sinnii temporibus omnia argumenta collegit subtiliterque excussit MHertz (Sinnius Capito. Berlin 1844 p. 6—15), ut inde concluderet Sinnium Varrone aliquanto iuniorem fuisse. et eum vel hominum aetatis spatio post Aurelium Opillum clarum extitisse eo confirmatur, quod cum soloecismum Sinnius eiusque aequales imparilitatem appellaverint, stribiliginem autem 'vetustiores' (fr. 2), hos Opilli fere aequales esse ab interprete quodam Donati accepimus (Aur. Opill. fr. 17). cf. etiam ad fr. 1. 5.*

*3. Gell. 5, 21, 9* Sinni Capitonis doctissimi viri *cf. test. 4.*

SCRIPTORUM

*4. Hieron. in Gen. 3, 319 Vall.* legamus Varronis de antiquitatibus libros et Sinnii Capitonis et Graecum Phlegonta ceterosque eruditissimos viros et videbimus omnes paene insulas et totius orbis litora terrasque mari vicinas Graecis accolis occupatas. *cf. Hertz ibid. p. 23. 25 et infra praef. ad inc. sed. fr. p. 459.*

2 Sisinni *codd.*

*5. Lact. d. i. 6, 20, 35* paulatim tamen et ceteris diis [*antea memorantur Saturnus Liber Neptunus*] idem honos tribui coepit singulique ludi nominibus eorum consecrati sunt, sicut Sinnius Capito in libris spectaculorum docet.

*6. praeterea Sinnius grammaticas epistulas, libellum De syllabis, fortasse etiam de proverbiis scripsit, de quibus infra. vd. etiam de notis Ael. Stilo test. 21.*

---

*reliquias collegerunt Egger, Lat.* serm. vet. rell. sel. (Paris *1843) p. 63 sq. MHertz l. c.* p. *27* sq. cf. Prosop. imp. Rom. *3, 249/532.*

## B. FRAGMENTA

### EPISTULARUM

### *1* [*1 Hertz*]

### PLURIA NON PLURA DICI DEBERE

in ea epistula rationes grammaticas posuit, per quas docet [*Sinnius Capito*] pluria Latinum esse, plura barbarum. — pluria sive plura absolutum esse et simplex, non — comparativum.

*Gell. 5, 21, 6 sq.* doceas nos cur pluria sive compluria, nihil enim differt, non latine sed barbare dixerint M. Cato [*fr. 24 P.*], Q. Claudius [*fr. 90 P.*], Valerius Antias [*fr. 65 P.*], L. Aelius [*fr. 48*], P. Nigidius [*fr. 41*], M. Varro [*adn. post fr. 264*], quos subscriptores approbatoresque huius verbi habemus praeter poetarum oratorumque veterum multam copiam. — tum ille amicus noster —: 'Sinni', inquit 'Capitonis doctissimi viri epistulae sunt uno in libro multae positae opinor in templo Pacis. prima epistula scripta est ad Pacuvium Labeonem, cui titulus praescriptus est ''pluria non plura dici debere''. in ea epistula — barbarum. ad Capitonem igitur te dimittimus. ex eo id quoque simul disces, si modo assequi poteris, quod in ea epistula scriptum est, pluria — non, ut tibi videtur, comparativum'. *si totius Gellii capitis summa ex Sinnio sumpta est, ut vulgo conceditur, Sinniique beneficio traditum iudicium de Nigidio et Varrone habemus, quod supra de aetate diximus egregie confirmatur. eo accedit quod Pacuvius Labeo, cui epistula scripta est, pater Antistii fuit Brutique amicus et legatus. de huius modi epistulis cf. Varro et Tiro supra, Valg. Ruf. infra.*

### *2* [*2*]

soloecismus est impar atque inconveniens compositura partium orationis.

*Gell. 5, 20, 1* soloecismus Latino vocabulo a Sinnio Capitone eiusdemque aetatis aliis inparilitas appellatus vetustioribus Latinis stribiligo dicebatur a versura, videlicet et pravitate tortuosae orationis tamquam strobiligo quaedam. quod vitium Sinnius Capito in litteris, quas ad Clodium Tuscum dedit, hisce verbis definit: soloecismus est inquit impar — orationis. *cf. Aur. Opill. fr. 17. de Clodio Tusco infra p. 467. in verbis Sinnii soloecismum pro imparilitate* a Gellio scriptum esse ex *superioribus collegit Hertz p. 27 adn. 28.*

## DE SYLLABIS

*3* [*deest*]

f sola praeponitur liquidis, nulla alia de semivocalibus; nam praeponitur liquidis duabus sola f; praeponitur l litterae, si dicas Flavius; praeponitur r litterae, si dicas frater. est libellus de syllabis, legite illum. non de syllabis dicit ad artem grammaticam pertinentibus, sed dicit tibi r littera quot syllabas facit et conputat, puta illa et illa littera facit quattuordecim syllabas, et illa et illa tot facit, nec ulterius. Sinni est liber Capitonis.

*Pomp. comment. p. 109, 32* ista f sola — Capitonis. *de natura huius libri cf. Becker, Zeitschr. f. Altw. 1847 p. 1057 sq.*

1 liq. duabus *Wolfenb.* 5 pertinentes: *em. Paris. Sang. 1179 m. 2* sed dicit ibi *Wolfenb. m. 2 Paris. Sang. 1179. 1180* sed ibi *Wolfenb. m. 1* 6 quod *Wolfenb. m. 1* 8 sini *Paris. Sang. 1179*

## INCERTAE SEDIS

*frustula quae secuntur cum varii generis sint, unde manaverint haud facile dixeris, cum praesertim neque num re vera liber singularis de antiquitatibus a Sinnio scriptus sit (test. 4), neque quid inter eum, si quidem extitit, et librum spectaculorum intercedat constet. ex Hertzii coniectura pertinent ad illum fr. 5. 6. 11. 12, ad hunc fr. 13 et 23, ad epistularum librum fr. 8. 9; de fragmentis autem 4. 7. 10 res prorsus incerta est. reliqua 14 sqq. ex peculiari quodam libro de proverbiis adscita esse possunt (cf. Hertz, Philol. 1, 610 sq. Mercklin, ind. lect. Dorpat. 1854 p. 14), cui fortasse hae quoque Festi glossae vindicandae sunt: p. 149ᵃ, 2* manum et mentum; *165ᵃ, 17* nec mulieri nec gremio credi oportere; *173ᵃ, 5* non omnibus dormio; *197ᵃ, 20* Osculana pugna; *290ᵃ, 32* ⟨sine sacris hereditas⟩; *298ᵃ, 12* ⟨Syrium non Scyr⟩ium; *310ᵃ, 32* Su⟨trium quasi eant⟩; *310ᵇ, 18* sus Minervam; *330ᵇ, 10* in scirpo nodum quaerere; *343ᵃ, 11* sero sapiunt Phryges; *355ᵃ, 18* Tyria maria; *363ᵃ, 17* tam perit quam extrema faba; *372ᵇ, 4* vae victis. *cf. etiam Paul. p. 96, 3. Fest. p. 169ᵇ, 25.*

*4* [*22*]

alterum Sinnius ait idem significare quod apud Graecos *ἕτερον.*

*Paul. Fest. p. 6, 16* alterum — ἕτερον. quidam vero ex utroque esse compositum ἄλλος et ἕτερος. *cf. Isid. or. 10, 21. CGL II 15, 29. 315, 55.*

*5* [*9*]

graece arae ipsae ἵππου νῶτα dicuntur, ut Sinnius Capito tradidit, secundum Homerum.

*Serv. Dan. Aen. 1, 110* dorsum autem hoc loco non absurde ait, quia graece — Homerum. *Sinniusne ipse ista ad locum Vergilii animadverterit an non, in medio relinquendum est.*

*6* [*12*]

tertia haec est interrogandi species, ut Sinnio Capitoni videtur, pertinens ad officium et consuetudinem senatoriam; quando enim aliquis sententiam loco suo iam dixerat et alius postea interrogatus quaedam videbatur ita locutus, ut refutari posse iustissime viderentur, postulabat ille qui iam sententiam dixerat, ut sibi liceret interrogare, hoc est illum redarguere cuius sententia in multis quasi mendax et calumniosa redargui posset.

*Schol. Bob. in Cic. p. 342 Or.* proprie interrogatio dicebatur, qua testes redarguebantur. tertia haec — posset.

3 aliquid   5 posset   7 sententiam

*7* [*23*]

monstrum — Sinnius Capito quod monstret futurum et moneat voluntatem deorum.

*Fest. p. 138*[b]*, 18* monstrum, ut Aelius Stilo interpretatur [*fr. 17*]. item Sinnius — deorum.

*8* [*5*]

nec coniunctionem grammatici fere dicunt esse disiunctivam, ut 'nec legit nec scribit', cum si diligentius inspiciatur, ut fecit Sinnius Capito, intellegi possit eam positam esse ab antiquis pro non, ut et in XII est [*5, 7 S.*]: '*ast ei custos* nec escit'; item [8, 16 S.]: 'si adorat furto *quod nec manifestum* erit'. et apud Plautum in Phasmate

[*most.* *240*]: 'nec recte si illi dixeris'; et Turpilium in Demetrio [*v.* *24* *Ribb.*[3]]: 'nec recte dici mihi quae iam dudum audio'.

*Fest. p. 162 b, 14* nec coniunctionem — audio. *cf. Paul. Fest. p. 163, 17. CGL II 388, 58. haec cum Gellii 10, 29 confert Kretzschmer, de Gell. font. p. 62.*

1 coniugationem 5 nece scit 8 mihique

*9* [*6*]

. . . . . . . . . . . . . antiquos, nimium . . . . . . . . Sinnius Capito; esse enim . . . . . . . . . . um 'vos estis minime ⟨laude digni ni num⟩ero perbiterint', nisi cito ⟨perierint . . . . . .⟩ mium 'si isso, qui exeam numero' * * 'estis mortui, hoc exemplo ut pingeretis' id est cur cito mortui estis? item in Nelei [*I p. 270, 2 Ribb.*[3]]: 'numquam numero matri faciemus volup' id[em] est numquam nimium faciemus. apud Naevium [*I v. 58 Ribb.*[3]]: 'neminem vidi, qui numero sciret quicquid scito opust' id est nimium sciret.

*Fest. p. 170 a, 29* . . . . antiquo — sciret. at Panurgus Antonius [*fr. 1*]. *Sinnius utramque 'numero' vocis significationem 'cito' et 'nimium' probasse videtur, cum contra Panurgus priorem tantum rectam iudicaverit.*

1 *sq. lacunae expleri non possunt* 2 ⟨apud Pacuvi⟩um *suppl. Bergk, qui etiam explevit quae secuntur in v.* 3. 4 3 ninume 4 ⟨apud En⟩nium: 'si i., q. exeam nume⟨ro domo'. apud Plautum: 'o Apella, o Zeuxis pictor, / cur nume⟩ro estis' *suppl. et add. Bergk* (*cf. Plaut. Poen. 1271—72*) 7 volui: *em. Urs.* id *em. Augustinus* 9 quicq. *Buecheler*: qui quod scito *Scal.*: scit, id̄ (= id est) opust *Ribbeck*: opus

*10* [*24*]

pacem a pactione condicionum putat dictam Sinnius Capito, quae utrique inter se populo sit observanda.

*Fest. p. 230 b, 19* pacem — observanda. *cf. Paul. Fest. p. 231, 11. Suet. verb. diff. p. 276 R. Isid. or. 18, 1, 11. CGL V 509, 39.*

*11* [*10*]

*Fest. p. 339 a, 1* (sinistrae aves) = Varro fr. 228 et *Cincius fr. 28*

*12* [*11*]

Sin⟨nius Capito ait cum civ⟩is necaretur, i⟨nstitutum fuisse ut⟩ Semoniae res s⟨acra fieret verve⟩ce bidente, ⟨ut eo sacrificio poe⟩na solutis c⟨ivibus caput ipsum dam⟩nati patrim⟨oniumque, cui deo deberetur⟩, id fieret sac⟨r⟩u⟨m. atque inde fuisse⟩ solitum ut, ⟨quia tunc in publicum suppli⟩candi causa ⟨prodiret rex sacro⟩rum, ut id voc⟨aretur supplicium. id ve⟩ro saepe rela⟨tum a multis. quo exem⟩plo docet suppli⟨cia dicta supplicamenta⟩.

*Fest. p. 309 b, 6* ⟨suppli⟩cium a supp⟨liciis differt, ut usus ar⟩guit, quod ⟨ex consuetudine loquendi⟩ haec deorum, ⟨illud hominum sit⟩. — Sin⟨nius⟩ — ⟨supplicamenta⟩. nunc fere suppli⟨cia pro poenis dicun⟩tur. *cf. Ael. Stilo fr. 73. Non. p. 398, 15. 19. Isid. or. 5, 27, 3. 6, 19, 82. Schol. in Lucan. 2, 539.*

1 *sq. suppl. Scal. OMue.* 3 salutis: *em. Scal. Urs.* 7 semper ela⟨tum⟩: *em. Urs.*

*13* [*7*]

tensam ait vocari Sinnius Capito vehiculum, quo exuviae deorum ludicris circensibus in circum ad pulvinar vehuntur.

*Fest. p. 364 a, 10* tensam — vehuntur. fuit et ex ebore, ut apud Titinium in Barbato [*v. 14 Ribb.*³], et ex argento. *cf. Paul. Fest. p. 365, 1. CGL II 196, 50. IV 183, 10.*

*14* [*14*]

'multi Mani Ariciae'. Sinnius Capito — ait turpes et deformes significari, quia maniae dicuntur deformes personae, et Ariciae genus panni † manici fieri, quod † manici appelletur.

*Fest. p. 145 a, 17* Manius Egeri⟨us lucum⟩ Nemorensem Dianae consecravit, a quo multi et clari viri orti sunt et per multos annos fuerunt; unde et proverbium: multi — Capito longe aliter sentit; ait enim turpes — appelletur. *cf. Pers. 6, 56 et Schol. ibid.*

3 Aricinae

*15* [*21*]

'*nequam* aurum est auris quod vis vehementius ambit.' *hoc versu Lucili* [*1220 Ma.*] significari ait Sinnius Capito

nequam esse aurum quod auris laedat, vel pondere inaurium, cum mollissima pars auris inciditur; vel ex auro intellegi pecuniam, cuius respectu et nimia cupiditate homines ad peccandum adduci.

*Fest. p. 165ᵃ, 11* nequam — adduci. *cf. Paul. Fest. p. 164, 2.*

1 quod vi *Dousa* ambit *Paulus*: ambiat 2 significare: *em. Urs.*

## *16* [*13*]

'⟨nuces mitti in⟩ Cerialibus' Capito Si⟨nnius solitum esse dici⟩ ait, cum velimus sig⟨nificare missilia Ceria⟩libus in circo mitti, ⟨quod cum mitti nuces mos es⟩set, plane volumus ⟨a parte totum designare⟩, quia adeo diligantur s⟨upra omnia alia missilia⟩, prae flamma cum sunt u⟨stae, quae sparguntur nuces⟩..

*Fest. p. 177ᵇ, 20* ⟨nuces⟩ — ⟨sparg. nuces⟩.

2 vellimus

## *17* [*15*]

'quot servi tot hostes' in proverbio est, de quo Sinnius Capito existimat errorem hominibus intervenisse praepostere plurimis enuntiantibus. vero enim similius esse dictum initio 'quot hostis tot servi', ⟨quod⟩ tot captivi fere ad servitutem adducebantur; unde etiam mancipia nec san⟨e . . . seru . . . eptu . . . rint . . . gia . . . turbat . . . rent . . . uncii . . . Sinniu . . . ut persi . . . nificae . . . omnibus a . . . ancillae u . . . omnis un . . . me part . . . regula sed u . . . s altius fixu . . . ferendum quod . . .

*Fest. p. 261ᵃ, 30* quot servi — ferendum quod . . . *cf. Macrob. 1, 11, 13.*

1 quod servitute hostes: *em. Urs.* 3 vero] ve 4 quot] quod quod *add. O Mue.* *reliqua expleri nequeunt*

## *18* [*16*]

'rideo, inquit Galba canterio' proverbium est, quod *Sinnius Capito* ita interpretatur, in iis qui principio rei

alicuius inchoatae deficiunt animo. Sulpicius Galba, cum in provinciam exiens ad portam ipsam canterium suum animadvertisset cecidisse, rideo, inquit, canteri, te iam lassum esse, cum tam longum iter iturus vix id sis ingressus.

*Fest. p.* $282^{b}$, *10* rideo — ingressus.

2 in iis *Scal.* nisi *cod.* si *O Mue.* 5 canteritae

## *19* [*18*]

'Sabini quod ⟨volunt somniant' vetus⟩ proverbium e⟨sse et inde manasse ait⟩ Sinnius Capito, ⟨quod quotiescumque sacri⟩ficium propte⟨r viam fieret, hominem⟩ Sabinum ad ⟨illud adhibere solebant⟩; nam is pro⟨mittebat se pro illis somniatu⟩rum. idemque ⟨postquam evigilasset, sacra⟩ facientibus ⟨narrabat omne quicquid⟩ in quiete vi⟨disset, quod quidem esset ex sacri⟩fici religione. ⟨unde venisse dicitur⟩ in proverbium ⟨Sabinos solitos quod⟩ vellent somn⟨iare. sed quia propter avidi⟩tatem bibendi q⟨uaedam anus mulieres⟩ id somnium cap⟨tabant, vulgatum est⟩ illud quoque: 'anus ⟨quod volt som⟩niat'. fere enim quo⟨d vigilantes⟩ animo volvimus, ⟨idem dormientibus ap⟩parere solet.

*Fest. p.* $325^{b}$, *14* Sabini quod — solet. *alterum quoque proverbium 'anus quod volt somniat' ex Sinnio haustum esse pro certo habeo.*

1 *sq. lacunas expl. Scal.* 4 ad *Urs.*: at is *Urs.*: his

## *20* [*17*]

'Sardi venales ⟨alius alio nequ⟩ior'. — Sinnius Capito ait Ti. Gracchum consulem, collegam P. Valeri Faltonis, Sardiniam Corsicamque subegisse, nec praedae quicquam aliud quam mancipia captum, quorum vilissima multitudo fuerit.

*Fest. p.* $322^{a}$, *27* Sardi — ⟨nequ⟩ior. ex hoc natum ⟨proverbium vi⟩detur, quod ludis ⟨Capitolinis, qui⟩ fiunt a vicanis [*ita Scal.*: vicinis *cod.*] ⟨praetextatis, au⟩ctio Veientium ⟨fieri solet⟩, in qua novissimus ⟨idemque dete⟩rrimus producitur ⟨*a praecone*⟩ senex cum toga praetexta bullaque [paret ex *tabulla quę cod.*] aurea, quo cultu reges soliti sunt esse E⟩truscorum, qui Sardi appellantur, quia Etrusca gens orta est

Sardibus ex Lydia. Tyrrhenus enim inde profectus cum magna manu eorum occupavit eam partem Italiae, quae nunc vocatur Etruria. at Sinnius — fuerit. *cf. Plut. quaest. R. 53.*

1 vernales

*21* [*19*]

sexagenarios ⟨de ponte olim deiciebant⟩ —. exploratissimum illud est causae, quo tempore primum per pontem coeperunt comitiis suffragium ferre, iuniores conclamaverunt ut de ponte deicerentur sexagenari, qui iam nullo publico munere fungerentur, ut ipsi potius sibi quam illi deligerent imperatorem; cuius sententiae est etiam Sinnius Capito.

*Fest. p. 334ᵃ, 16* sexagenarios — ⟨deiciebant⟩, cuius causam Mani⟨lius⟩ [*fr. 3*]. ⟨alii dicun⟩t morante in Italia ⟨Hercule, quod quidam e⟩ius comitum habitave⟨rint secundum rip⟩am Tiberis [*ita Scal.*: haberi *cod.*] atque Arga⟨eos se e patria voca⟩verint Argis [*ita O Mue.*: arvi *cod.*], quorum pro⟨pagatam memori⟩am redintegrari eo ge⟨nere sacri. alii e Graeci⟩a legatum quondam Arga⟨eum temporibus antiqu⟩is Romae moratum esse. is ut ⟨diem obieri⟩t, institutum esse a sacerdotibus, ut ⟨effigies s⟩cirpea ex omnibus, cumque publicae ⟨...... nu⟩ntiavisset, per flumen ac mare in patriam remitteretur. sunt qui dicant post urbem a Gallis liberatam ob inopiam cibatus coeptos sexaginta annorum homines iaci in Tiberim, ex quo numero unus filii pietate occultatus saepe profuerit ⟨pa⟩triae consilio sub persona filii. id ut sit cognitum, ei iuveni esse ignotum, et sexagenaris vita [ulta *cod.*] concessa. latebras autem eas [eius *cod.*], quibus arcuerit senem id est cohibuerit et celaverit, sanctitate dignas esse visas ideoque arcaea appellata. sed exploratissimum — Capito. vanam autem opinionem de ponte Tiberino confirmavit Afranius in Repudiato [*v. 297 Ribb.*³]. *cf. Varro fr. 210. cum Manilius alibi apud Festum non appareat, eum Verrio per Sinnium notum fuisse Sinniique totam glossam esse puto.*

5 munerę 6 sententia

*22* [*20*]

'vapula Papiria' in proverbio fuit antiquis, de quo Sinnius Capito sic refert, tum dici solitum esse, cum vellent minantibus sibi significare se eos neglegere et non curare fretos iure libertatis.

*Fest. p. 372ᵇ, 22* vapula — libertatis. cf. Varro fr. 459.

*23* [*8*]

refert [*Verrius*] Sinni Capitonis verba, quibus eos ludos Apollinares Claudio et Fulvio cos. [*a. 541/213*] factos dicit ex libris Sibyllinis et vaticinio Marci vatis institutos.

*Fest. p.* $326^{b}$, *17* refert — institutos.

3 Sybillinis Marci] m.

DUBIA

*24* [*25*]

⟨. . . . Capi⟩to omnia fe⟨re genera hominum per nationes dividi [*ait*], ut Picent⟩es Sabinos ⟨esse gente, natione Picentes⟩.

*Fest. p.* $166^{a}$, *12* ⟨natio in eadem terra hominum genu⟩s natum. Cin⟨cius [*fr. 19*]. Capi⟩to — ⟨Picentes⟩. *Sinnium hic iuxta Cincium loco suo appellari existimo* (*cf. fr. 11*)*: certe Ateius Capito cum grammaticis a Festo non coniungitur.*

1 *sq. expl. O Mue.*

*25* [*26*]

*Fest. p.* $289^{b}$, *3* (reus) = *Veranius fr. 12*

*26* [*27*]

⟨supparum autem dictum ait . . . .⟩ Capito velut se⟨paratum et disiunctum a reg⟩ione interioris ⟨navis⟩.

*Fest. p.* $340^{a}$, *20* ⟨supparum ap⟩pellant dolonem, ⟨velum minus in navi, ut⟩ acation, maius. ⟨supparum⟩ — ⟨navis⟩. *cf. Fest. p.* $310^{a}$, *17. Schol. in Lucan. 2, 364. 5, 429. Isid. or. 19, 3, 4. CGL IV 180, 1. V 623, 27. 'Ateius' potius quam 'Sinnius' excidisse ob glossae naturam censeo.*

1 *sq. suppl. Scal. Urs. O Mue.*

*27* [*28*]

*Fest. p.* $352^{b}$, *4* (topper) = *Sex. Enn. fr. 1. cf. Sex. Enn. test. 1*

# CLODIUS TUSCUS

## A. TESTIMONIA

1. *Clodius Tuscus grammaticus a Tusco historico (Sen. suas. 2, 22) certe, a poeta (Ovid. ex P. 4, 16, 20) fortasse distinguendus est (cf. Wachsmuth, proleg. ad Lyd. de ost. p. XLIIsq.; aliter Merkel, proleg. ad Ovid. fast. p. LXVI. Hertz, Sinnius Capito p. 12). idem Sinnii Capitonis aetate vixit (test. 2).*

2. *Gell. 5, 20, 2* Sinnius Capito in litteris quas ad Clodium Tuscum dedit (*de re grammatica; cf. Sinn. Cap. fr. 2*)

3. *Lyd. de ost. p. 117 Wachsm. ἐφημερὶς τοῦ παντὸς ἐνιαυτοῦ [ἤγουν σημείωσις ἐπιτολῶν τε καὶ δυσμῶν τῶν ἐν οὐρανῷ φαινομένων] ἐκ τῶν Κλαυδίου τοῦ Θούσκου καθ' ἑρμηνείαν πρὸς λέξιν. cf. ibid. p. 157 et Caesar test. 7.*

---

*de Clodio Tusco cf. Wissowa RE 4, 104/61. Prosop. imp. Rom. 1, 424/941.*

## B. FRAGMENTUM

*ubi vox 'mussare' a Clodio tractata sit incompertum est; ei enim commentarios a Servio Vergilii interprete allatos abiudicandos esse censuimus (cf. Ser. Clod. praef. ad Comment. et fr. 2).*

*1*

mussare est ex Graeco; conprimere oculos Graeci μῦσαι dicunt.

*Serv. Dan. Aen. 12, 657* veteres mussat pro timet, Ennius [*ann. 426 V.*[2]] mussare pro tacere posuit. Clodius Tuscus: mussare — dicunt. *cf. ibid. Aen. 11, 345. g. 4, 188. Varro de l. L. 7, 101. Paul. Fest. p. 144, 14. Non. p. 427, 12. Don. Ter. adelph. 2, 1, 53. Lact. Stat. Theb. 3, 92. Schol. Bern. georg. 4, 188. CGL IV 260, 5. V 467, 12.*

2 μῦσαι *Daniel* myrae *Floriac.*

# CLOATIUS VERUS

*Cloatiusne Verus Gellii Macrobiique auctor idem sit ac Cloatius a Festo traditus causa est cur dubitemus, cum Festus scriptores afferens cognomen agnomenve nomini addere soleat*

(*cf. Aur. Opill., At. Phil., Sinn. Cap. test. 1; Ael. Gall., At. Cap. in fragm.*). *tamen neque hic constans Festi mos est* (*cf. Ael. Stilo test. 2, Mess. Rufus, Antist. Labeo*), *et Cloatius Verus a Gellio una cum Varrone, a Macrobio cum Gavio Basso, cum Veranio, cum Oppio aliisque vetustioris aetatis scriptoribus commemoratur; quare de uno eodemque homine agi satis verisimile est. qui cum ficum Augustam noverit* (*fr. 9*) *Verriique auctor fuerit, initio fere Augusteae aetatis clarus extitit; id quod cum eo convenit quod Festus Cloatium tamquam ex Stilone pendentem saepius inducit, Ateio Philologo, Cincio Santrae plerumque adiunctum. temere hac in re iudicaverunt Egger, Lat. serm. vet. rell. sel. p. 32 adn. 1 et Mirsch, de Varr. antiq. rer. hum. p. 11 adn. 2* (*cf. p. 51*).

---

*reliquias coll. Egger, Lat. serm. vet. rell. sel.* (*Paris 1843*) *p. 31sq. cf. Goetz, Pauly-Wiss. RE 4, 61. Prosop. imp. Rom. 1, 414/901.*

## FRAGMENTA

### VERBORUM A GRAECIS TRACTORUM

*Gell. 16, 12, 1* Cloatius Verus in libris, quos inscripsit verborum a Graecis tractorum, non pauca hercle dicit curiose et sagaciter conquisita, neque non tamen quaedam futtilia et frivola. *inscriptio a Macrobio confirmatur* (*fr. 5*). *de re cf. Hypsicrates p. 108. verba in litteras digesta non erant, si quidem Gellius* (*16, 12*) *in glossis afferendis Cloatii ordinem secutus est. nos tamen morem nostrum persequemur.*

### *1* [*1 Egger*]

*lib. IV.* in libro quarto [*Cloatius*] faenerator inquit appellatus est quasi φαινεράτωρ ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι ἐπὶ τὸ χρηστότερον, quoniam id genus hominum speciem ostentent humanitatis et commodi esse videantur inopibus nummos desiderantibus, idque dixisse ait Hypsicraten quempiam grammaticum, cuius libri sane nobiles sunt super his, quae a Graecis accepta sunt.

*Gell. 16, 12, 5* sed in libro quarto [*'verborum a Graecis tractorum'*] — accepta sunt. sive hoc autem ipse Cloatius sive nescio *quis alius* nebulo effutivit, nihil potest dici insulsius. *aliter Varro fr. 36. de Gellii auctore* cf. Hypsicrates ad fr. 2.

*2* [*1*]

alucinari factum scripsit [*Cloatius*] ex eo, quod dicitur graece ἀλύειν, unde elucum quoque esse dictum putat a littera in e versa tarditatem quandam animi et stuporem, qui alucinantibus plerumque usu venit.

*Gell. ibid. 3* item alucinari — venit. *Paul. Fest. p. 24, 14* alucinatio erratio. *idem p. 75, 17* elucum significat languidum ac semisomnum vel, ut alii volunt, alucinatorem et nugarum amatorem sive halonem, id est hesterno vino languentem, quod ἔωλον vocitant Graeci. *aliter idem p. 100, 8. cf. Non. p. 121, 20. Fulgent. serm. ant. 52. CGL II 15, 43. IV 15, 9. V 615, 3. 642, 39. de Gellii auctore cf. Hypsicrates ad fr. 2.*

2 dY. El non delutum *Paris.* unde lucum *rell.*: *em. Caelius Rhodiginus* a litt. in e *Paris.* d litt. in c *rell.*

*3* [*1*]

errare dictum est ἀπὸ τοῦ ἔρρειν [*ait Cloatius*] versumque infert Homeri, in quo id verbum est [*Od. 10, 72*]: 'ἔρρ' ἐκ νήσου θᾶσσον, ἐλέγχιστε ζωόντων'.

*Gell. ibid. 1* Cloatius Verus in libris, quos inscripsit verborum a Graecis tractorum, — errare inquit dictum — ζωόντων. *cf. Inc. inc. libr. 14 p. 116 et de Gellii auctore Hypsicrates ad fr. 2.*

*4* [*1*]

fascinum appellat [*Cloatius*] quasi bascanum et fascinare esse quasi bascinare.

*Gell. ibid. 4* item fascinum — bascinare. *cf. Prisc. III 284, 13. CGL II 256, 30. aliter Paul. Fest. p. 88, 14.*

1 appellatum *Skutsch*

*5* [*9*]

iuglans (d praetermissum est) quasi diuglans id est Διὸς βάλανος, sicut Theophrastus ait: ἴδια δὲ τῶν ὀρεινῶν ἃ ἐν τοῖς πεδίοις οὐ φύεται, τερέβινθος πρῖνος φιλύρη ἀφάρκη καρύα, ἣ καὶ Διὸς βάλανος. hanc Graeci etiam basilicam vocant.

*Macrob. 3, 18, 4* Cloatius autem Verus in libro a Graecis *tractorum* ita memorat: iuglans — vocant. cf. Gav. Bass. fr. 5.

*Varro de l. L. 5, 102* nux iuglans, quod cum haec nux antequam purgatur, similis glandis, haec glans optima et maxima a Iove et glande iuglans est appellata. *cf. Hypsicrates ad fr. 2.*

1 iugulans. di. *Paris.* iugulans (*posteriore* u *deleto*) de *Bamb.* diiuglans

## ORDINATORUM GRAECORUM

*hos libros a superioribus discernendos esse hodie iam omnes, quod sciam, consentiunt; non solum enim inscriptio voce 'ordinatorum', quam Gellius supra ignorat, constanter diversa est, sed differunt etiam ii natura rerum. quod enim ex paucis frustulis videmus, in hoc Cloatii opere nomina variarum rerum, sacralium in l. II, fructuum in IV, collecta et litterarum ordine in singulis capitibus disposita erant. de qua grammaticorum consuetudine apud Graecos et Romanos vd. ISchoenemann, de lexicographis antiquis (Hannov. 1886) p. 44 sq. cum appellatione 'ordinatorum' contrariae conferendae sunt, ut confusae quaestiones, ἄτακτα, συμμιγῆ al. de voce 'Graecorum' cf. Schoenemann p. 54 adn. 9.*

### *6* [*2*]

*lib. II.* Deli ara est Apollinis *Γενέτορος*, in qua nullum animal sacrificatur, quam Pythagoram velut inviolatam adoravisse produnt.

*Macrob. 3, 6, 2* constat enim, sicut Cloatius Verus ordinatorum libro secundo docet, esse Deli aram, apud quam hostia non caeditur, sed tantum sollemni deum prece venerantur. verba Cloatii haec sunt: Deli — produnt. *cf. Aristot. ap. Diog. Laert. 8, 13.*

### *7* [*11*]

*l. IV.* sunt autem genera malorum: Amerinum cotonium citreum coccymelum conditivum *ἐπιμηλὶς* musteum Mattianum orbiculatum Ocratianum praecox pannuceum Punicum Persicum Quirianum prosivum rubrum Scandianum silvestre struthium Scantianum Tibur Verianum.

*Macrob. 3, 19, 2* malorum enumeranda sunt genera, quae Cloatius in ordinatorum Graecorum libro quarto ita diligenter enumerat: sunt autem — Verianum. *cf. Isid. or. 17, 7, 3 sq.*

*2 coccymeliū Paris.* 3 ogratianum 5 scaudiancū *Paris. Scaudianum Jan* struciū *Paris.* strutiū *Bamb.*

*8 [10]*

*l. IV.* nux Graeca amygdale.

*Macrob. 3, 18, 8* nux Graeca haec est, quae et amygdale dicitur, sed et Thasia eadem nux vocatur. testis est Cloatius in ordinatorum Graecorum libro quarto, cum sic ait: nux G. a. *cf. Plin. n. h. 15, 89. Serv. g. 1, 187. buc. 2, 52. Schol. Bern. g. ibid. Isid. or. 17, 7, 23. CGL III 264, 14.*

*9 [13]*

Africa albula arundinea asinastra, atra palusca, Augusta bifera Carica, caldica alba nigra, Chia alba nigra, Calpurniana alba nigra, cucurbitiva duricoria Herculanea Liviana ludia leptoludia Marsica Numidica pulla Pompeiana praecox, Tellana atra.

*Macrob. 3, 20, 1* admonent nos et fici aridae, ut enumeremus genera ficorum eodem Cloatio nos de his ut de aliis instruente. sic enim diversas ficos diligentiae suae more dinumerat: Africa — atra. *cf. Isid. or. 17, 7, 17.*

4 lavianẹa *Vatic.* 5 numica *Paris.*

*10 [12]*

Anicianum cucurbitivum cirritum cervisca calculosum Crustuminum decimanum Graeculum Lollianum Lanuvinum laureum Lateresianum myrapium Milesium murteum Naevianum orbiculatum Praecianum rubile Signinum Tullianum Titianum thymosum, Turranianum praecox, volemum; mespilum serum, sementivum serum, Tarentinum serum, Valerianum serum.

*Macrob. 3, 19, 6* pira — varietas nominum numerosa discernit; nam idem Cloatius sic eorum vocabula describit: Anicianum — serum. *cf. Isid. or. 17, 7, 15.*

*fortasse ex Cloatio olearum quoque enumeratio fluxit, Macrob. 3, 20, 6.*

INCERTAE SEDIS

*cum neuter liber, quem vidimus, ad glossas quae secuntur accommodatus esse videatur, tertium extitisse admittendum erit,*

*ubi verba praesertim sacra illustrata sint. caveas tamen ne illum in libris sacrorum, quos Festus commemorat (fr. 11), quaeras; ibi enim libros pontificios, non Cloatii commentarios significatos esse, collatis locis Festi p. 165a, 3. 286b, 17. 360b, 17 RPeter ostendit (quaest. pontif. specimen p. 6). cf. etiam Serv. Dan. Aen. 3, 287. 9, 406. buc. 7, 31.*

*11* [*3*]

Cloatius et Aelius [*fr. 62*] in libris sacrorum molucrum esse aiunt lignum quoddam quadratum, ubi immolatur.

*Fest. p. 141a, 25* Cloatius — immolatur; idem Aelius [*fr. 2*]. Aurelius Opillus [*fr. 7*]. *cf. Paul. Fest. p. 140, 9. adn. crit. ad Ael. Stil. fr. 62.*

*12* [*4*]

Obscum — Cloatius putat eo vocabulo significari sacrum, quo etiam leges sacratae obscatae dicantur.

*Fest. p. 189a, 24* Obscum duas diversas et contrarias significationes habet. nam Cloatius — dicantur. et in omnibus fere antiquis commentariis scribitur Opicum pro Obsco, ut in Titini fabula Quinto [*v. 104 Ribb.*[3]]: 'qui obsce et volsce fabulantur, nam latine nesciunt.' a quo etiam verba impudentia elata appellantur obscena, quia frequentissimus fuit usus Oscis libidinum spurcarum. sed eodem etiam nomine appellatur locus in agro Veienti, quo frui soliti produntur augures Romani. *cf. Paul. Fest. p. 188, 1. Fest. p. 198b, 29. Reitzenstein, Verr. Forsch. p. 77. 78 adn.*

2 sacrae *cod.*

*13* [*6*]

obstitum Cloatius et Aelius Stilo [*fr. 25*] esse aiunt violatum attactumque de caelo.

*Fest. p. 193a, 4* obstitum — caelo; Cincius [*fr. 24*].

*14* [*5*]

piacularis porta appellatur — ⟨quod⟩, ut ait Cloatius, *cum ex facto* per aliquem piaculo solvitur, ibi aliqua *niandi propitiandi*que causa immolantur.

*Fest. p. 213ᵃ, 27* piacularis p. app. <propter aliqua piacula, quae ibidem fiebant; vel quod>, ut ait — immolantur. *cf. Paul. Fest. p. 212, 5. (CGL IV 272, 46. V 39, 3. 575, 60).*

1 quod *suppl. Huschke O Mue.* 2 ex] r. p. *coni. Huschke* ea *Dacier* facto *Augustinus*: sacro ibi *O Mue.*: ut

*15* [*8*]

<sa>crima est, <ut Aelius Stilo [*fr. 69*] et Clo>atius dicunt, <mustum indi>tum in amphoram <Meditrinalibus sacr>ifici causa, pro <vineis et vasis et ipso vino>, quae quasi sacra <ea re fiunt; quod Lib>ero fit, ut prae<metium de spicis> Cereri.

*Fest. p. 318ᵃ, 23* <sa>crima — Cereri. *adn. crit. vd. ad Ael. Stil. l. c.*

*16* [*7*]

subuculam Aelius Stilo [*fr. 37*] et Cloatius isdem fere verbis demonstrant vocari, quod dis detur ex alica et oleo et melle.

*Fest. p. 309ᵃ, 25* subuculam — melle. *cf. Ael. Stilo ad l. c.*

DUBIA

*qua de causa glossas quae secuntur Cloatii esse verisimile existimem vd. ad Ael. Stil. fr. 69.*

*17* [*deest*]

*Fest. p. 174ᵃ, 16* (<novalem a>grum) = *Ael. Stilo fr. 21*

*18* [*deest*]

*Fest. p. 297ᵇ, 15* (sobrium vicum) = *Ael. Stilo fr. 35*

*apud Servium (g. 2, 383) in verbis* 'ut relatio placet' 'ut Vero Cloatio pl.' *latere R Unger temere suspicatus est (de C. Valgii Rufi poematis commentatio. Halis 1848 p. 273 adn. 22). cf. Trebatius ad fr. 5.*

# CORNIFICIUS LONGUS

*quid intercedat inter Cornificium poetam (Catull. 38. Ovid. trist. 2, 436. Macrob. 6, 4, 12. 5, 13), Cornificium Vergilii obtrectatorem (Cledon. p. 43, 2), Cornificium grammaticum versatissima quaestio est. in uno quidem omnes fere consentiunt,*

*Cornificium Longum Servii auctorem (fr. 4) eundem esse, quem libros De etymis deorum scripsisse accepimus (fr. 1. 2), neque alium Festi in nominibus divinis sacrisve auctorem aut Arnobii, qui ad vocem 'novensiles' Cornificium cum Aelio et Cincio non aliter ac Festus coniungit (cf. Wissowa RE 4, 1630. de Macrob. saturn. font. p. 43). sed si quaerimus quid Cornificio Longo cum poeta commune fuerit, hos diversos esse plerique putant (cf. Schwabe, quaest. Catull. p. 300; Wissowa ibid. Teuffel-Schwabe Schanz etc.), eundem alii (Bergk op. 1, 546. Ribbeck, proleg. ad Verg. p. 96). et quidem certe nihil miri Cornificium poetam artem grammaticam, ut Valerium Catonem aliosque, professum esse; at cum illum Hieronymus (ad a. Abr. 1976) a. 713/41 mortuum esse tradat, si is, ut vulgo putatur, a Quinto Caesaris propraetore Ciceronisque familiari diversus non est, tempora vix consonant. cum enim in etymis (fr. 2) Ciceronis libri De natura deorum a. 710/44 editi memorentur, quomodo Cornificius in Syria et Africa intra annos 709/45—713/41 bellis implicatus eos legere et opus eruditionis plenum scribere potuisse creditur? prudentius igitur poetam a grammatico discernemus, etiam si utrumque Macrobius Cornificio nomine simpliciter affert, quae incuria apud Latinos scriptores saepius deprehenditur (cf. ipsum Macrob. de Labeonibus). contra Vergilii obtrectatorem, cum tempora non obstent (cf. Weichert, poett. Latt. rell. p. 165 adn. 11), non alium esse puto ac τῶν νεωτέρων Catullique amicum, cum praesertim Ovidius ibid. Anserem Vergilii obtrectatorem memoret, qui rursus a Donato in vita Verg. (p. 66 R.) cum Cornificio consociatur. neque id adversatur, quod Servius in georgicis (1, 210), quae post interitum Cornificii edita sunt, versum refert, quo is formam 'hordea' obiurgavit; haec enim in bucolicis (5, 36) quoque invenitur.*

*Cornificius Longus post a. 710/44 et ante editos Verrii libros De verborum significatu scripsit.*

## FRAGMENTA

### DE ETYMIS DEORUM

*operis inscriptionem a Macrobio minutam Priscianus rectius tradidit. cum in primo libro nomen c littera incipiens (fr. 1), in tertio autem littera i (fr. 2) explicetur, deorum appellationes in ordinem litterarum digestas esse suspicari licet. hac dispositione nos omnes glossas deos respicientes,* etiam ubi liber Cornificii *nominatus non est, referemus.* cf. Bergk op. 1, 458.

*1*

*lib. I.* ipsis vero ad Cereris memoriae novandae gratia lectus sternuntur.

*Prisc. p. 257, 5* etiam huius lectus antiquissimi protulerunt. Cornificius in I de etymis deorum: ipsis — sternuntur.

2 gratia *Bern. Lugd-Bat. Carol.* gratiam *vel* -tiae (-tie) *rell.*

*2*

*l. III.* Cicero [*de nat. d. 2, 67*] non Ianum sed Eanum nominat ab eundo.

*Macrob. 1, 9, 11* alii mundum id est caelum esse voluerunt Ianumque ab eundo dictum, quod mundus semper eat, dum in orbem volvitur et ex se initium faciens in se refertur; unde et Cornificius etymorum libro tertio: Cicero inquit non — eundo. hinc et Phoenices in sacris imaginem eius exprimentes draconem finxerunt in orbem redactum caudamque suam devorantem, ut appareat mundum et ex se ipso ali et in se revolvi. ideo et apud nos in quattuor partes spectat, ut demonstrat simulacrum eius Faleris advectum. *cf. Nig. Fig. fr. 42. Gav. Bass. fr. 9. Isid. or. 8, 11, 37. verba 'hinc — advectum' fortasse Cornificio tribuenda sunt.*

*3*

Cornificius arbitratur Apollinem nominatum ἀπὸ τοῦ ἀναπολεῖν, id est quia intra circuitum mundi, quem Graeci πόλον appellant, impetu latus ad ortus refertur.

*Macrob. 1, 17, 9* [*postquam Platonis Chrysippi Speusippi Cleanthis etyma attulit*] Cornificius — refertur. *sequitur de eadem re longa disputatio. cf. Varro de l. L. 5, 68. Cic. de nat. d. 2, 68.*

*4*

invenitur apud Cornificium Longum Iapydem et Icadium profectos a Creta in diversas regiones venisse, Iapydem ad Italiam, Icadium vero duce delphino ad montem Parnasum, et a duce Delphos cognominasse et in memoriam gentis, ex qua profectus erat, subiacentes campos Crisaeos vel Cretaeos appellasse et aras constituisse.

*Serv. (Dan.) Aen. 3, 332* patrias aras alii Achilleas intellegunt —. *alii patrias* Apollineas volunt a Patris Achaiae civi*tate, in qua* Patrius Apollo colitur —. sunt qui dicunt ab

Aesculapio aras Apollini statutas patrias nominatas. alii in templo Apollinis dicunt aram fuisse inscriptam *ΠΑΤΡΙΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ* —. invenitur tamen apud — constituisse. *de Apolline scilicet disputans haec Cornificius scripsit.*

1 iapidum et iacadium *Floriac.* 2 a crata in diversa regione *idem* 3 duci *idem*

*5*

*Φοῖβος* appellatus, ut ait Cornificius, *ἀπὸ τοῦ φοιτᾶν βίᾳ* quod vi fertur.

*Macrob. 1, 17, 33* Φοῖβος — fertur; plerique autem a specie et nitore *Φοῖβον* id est *καθαρὸν καὶ λαμπρὸν* dictum putant. *cf. Isid. or. 8, 11, 54.*

1 ΦΟΙΤΟΝ *Paris.* 2 quo die *Bamb.*

*6*

nec ipse Iuppiter rex deorum naturam solis videtur excedere, sed eundem esse Iovem ac solem claris docetur indiciis. nam cum ait Homerus [*Il. 1, 423*]:

*Ζεὺς γὰρ ἐς Ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας*
*χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα, θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο,*
*δωδεκάτῃ δέ τοι αὖθις ἐλεύσεται Οὔλυμπόνδε,*

Iovis appellatione solem intellegi Cornificius scribit, cui unda Oceani velut dapes ministrat. ideo enim, sicut et Posidonius et Cleanthes adfirmant, solis meatus a plaga quae usta dicitur non recedit, quia sub ipsa currit Oceanus, qui terram et ambit et dividit.

*Macrob. 1, 23, 1* nec ipse — dividit. *huius modi per inversionem explicationes Stoicorum more factae nunc primum apud Romanos reperiuntur.*

1 *ante* nec *add.* δЄ IOVЄ *Bamb.* 5 ΧΘΙΖΟΝ 8 apes *codd. m. 1* 9 affirmant *Paris.*

*7*

Cornificius quod fingatur pingaturque minitans armis, eandem [*Minervam*] dictam putat.

*Paul. Fest. p. 123, 1* Minerva dicta quod bene moneat; *hanc enim* pagani pro sapientia ponebant. Cornificius vero quod — putat. *cf. Cic. de nat. d. 2, 67.* aliter Fest. p. 205a, 12. *Varro de l. L. 5, 74. Isid. or. 8, 11, 71.* 15, 1, 44. Mart. Cap. 7, 738.

*8*

novensiles — novitatum Cornificius praesides [*esse putat*], quod curantibus his omnia novitate integrentur et constent.

*Arnob. 3, 38* novensiles Piso [*fr. 4*], Granius [*fr. 3 et Ael. Stilo fr. 22*], Varro [*fr. 373*], novitatum — constent, deos novem Manilius [*fr. 2*], Cincius [*fr. 22*].

1 praesides *Sabaeus*: praesidens

*9*

cum sol in signo Cancri aestivum solstitium facit, in quo est longissimi diei terminus, et inde retrogressum agit ad deminutionem dierum, Pythius eo tempore appellatur ὡς πύματον θέων, ὅ ἐστι τὸν τελευταῖον δρόμον τρέχων. idem ei nomen convenit et cum Capricornum rursus ingrediens ultimum brevissimi diei cursum intellegitur peregisse, et ideo in alterutro signorum peracto annuo spatio draconem Apollo, id est flexuosum iter suum, ibi confecisse memoratur. hanc opinionem Cornificius in etymis rettulit.

*Macrob. 1, 17, 61* de Pythii cognomine sufficere ista potuissent, ni haec quoque se ratio eiusdem appellationis ingereret. cum enim sol — rettulit. ideo autem his duobus signis, quae portae solis vocantur, Cancro et Capricorno haec nomina contigerunt, quod cancer animal retro atque oblique cedit, eademque ratione sol in eo signo obliquum, ut solet, incipit agere retrogressum, caprae vero consuetudo haec in pastu videtur, ut semper altum pascendo petat, sed et sol in Capricorno incipit ab imis in alta remeare. *cf. Isid. or. 8, 11, 54. 55. fortasse haec quoque de Cancro et Capricorno Cornificii sunt.*

4 ЄЄON *Bamb.*

*10*

⟨Rediculi fanum extra portam⟩ Capenam Cornifi⟨cius . . . . . statuit pr⟩opterea appel⟨latum esse, quia accedens ad u⟩rbem Hannibal ⟨ex eo loco redierit quibus⟩dam visis perterritus.

*Fest. p. 282ª, 23* ⟨Rediculi⟩ — perterritus.

*1 sq. suppletum ex Paulo* 2 optere

## INCERTAE SEDIS

*haec quae secuntur ab iisdem libris De etymis aliena non sunt.*

*11*

nare a nave ductum Cornificius ait, quod aqua feratur natans ut avis.

*Fest. p. 166ᵇ, 26* nare — avis. *cf. Non. p. 353, 26. 28.*

2 navis *Paulus*

*12*

Cornificius nuptias dictas esse ait — quod nova petantur coniugia.

*Fest. p. 170ᵇ, 24* nuptias dictas esse ait Santra [*fr. 9*], Cornificius — coniugia, Curiatius [*fr. 2*], Aelius [*fr. 23*] et Cincius [*fr. 23*]. *cf. Ael. Stilo ad l. c.*

*13*

o⟨rba . . . . . . . . . . . . . . .⟩ stantior . . .
. . . . . . . . . . . . . . in eo libro . . . . . . . . .
. . . . . . . . pontificatu . . . . . . . . . . . . . . .
. . puella sine . . . . . . . . . . . . . . . . . sacrae
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . a nupta . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . cui fuisset . . . . . . . . . . . .
. . . . . Cornificius in . . . . . . . . . . . . . . . .
. . on.

*Fest. p. 182ᵃ, 7* o⟨rba⟩ — . . . . on. Hyginus [*fr. 20*]. *haec glossa a Festi superiore eiusdem generis, ubi Ser. Sulpicius (fr. 5) et Ael. Gallus (fr. 12) afferuntur, separanda esse videtur; cf. Paul. p. 183, 2. 3. lacunae expleri non possunt.*

*14*

oscillantes, ait Cornificius, ab eo quod os celare sint soliti personis propter verecundiam, qui eo genere lusus utebantur. causa autem eius iactationis proditur Latinus *rex*, qui proelio, quod ei fuit adversus Mezentium Caeritum *regem*, *nus*quam apparuerit iudicatusque sit Iuppiter factus *Latiaris*. itaque solitos iis diebus feriatos liberos servos-

que requirere eum non solum in terris, sed etiam qua videtur caelum posse adiri per oscillationem, velut imaginem quandam vitae humanae, in qua altissima interdum ⟨ad infimum delabuntur, interdum⟩ infima ad summum efferuntur. atque ideo memoriam quoque redintegrari initio acceptae vitae per motus cunarum lactisque alimentum, quia per eos dies feriarum et oscillis moveantur et lactata potione utantur.

*Fest. p. $194^b$, 10* oscillantes — utantur. *cf. Santra fr. 10.*

1 os cel. *O Mue.*: eos celeres 4 ei *Ald.*: eis 6 sol. iis d. *O Mue.*: scit eius dies 8 videntur 10 *lac. expl. Buech.*

*15*

⟨putum pro puro dixisse⟩ antiquos ⟨et inde putatas vites et arbores, quibus⟩ decisum est id ⟨quod impedimento erat, Cor⟩nifici⟨us⟩ ait.

*Fest. p. $217^b$, 16* ⟨putum⟩ — ait. neque ⟨aliter accepit Ennius cum dixit⟩ in Alexandro [*I v. 62 Ribb.$^3$*]: '. . . . . . . . . . . amidio purus put⟨us'; et Plautus [*Pseud. 1200*]: 'purus putus hic⟩ sycophanta est'. *cf. Paul. p. 108, 20. 216, 8. Non. p. 27, 19. Isid. or. 17, 5, 32. CGL V 525, 29. num a Cornificio exempla Ennii Plautique sumpta sint decerni non potest.*

1 *sq. suppletum ex Paulo* 2 dicisum: *em. Urs.*

*16*

tallam Cornificius posuit, unde et Talassus.

*Fest. p. $359^b$, 10* talam — Talassus.

talam *cod.*

*alias Festi Paulive glossas de deorum nominibus Willers (de Verr. Fl. glossar. interpr. p. 26 sq.) congessit, ex Cornificii De etymis haustas esse suspicatus, quae sunt: p. 22, 14* Apellinem; *22, 15* Aperta; *43, 16* Camenae; *51, 14* Cybebe; *52, 1* Cybele; *52, 2* Cytherea; *52, 3* Cyllenius; *52, 6* Cypria; *52, 8* Cynthius; *72, 2* Dictynna; *99, 20* Hecate; *100, 10* Heliconides; *100, 14* Hercules; *101, 2* Herceus; *101, 11* Hippius; *103, 3* Hyperionem; *105, 15* Itonida; *119, 16* Lycii; *$182^b$, 30* Oreos; *$185^a$, 18* Orestiades; *212, 8* Pegasides; *212, 10* Pimpleides; *$214^b$, 5* Pierides; *220, 10* Pallas; *222, 8* Paeana (cf. Macrob. *1, 17, 17*); *$356^b$, 6* Thymbreum; 552, 4 Th. Terpsicore; 367, 9 *Tritogenia.*

## FALSUM

*17*

ut folia, quae frugibus arboreis tegmina gignuntur

*Serv. g. 1, 55* 'arborei fetus alibi' id est poma. et arboreum [cum] aliqui duobus modis . . . . accipiunt; aliter enim in Aeneide [*12, 888*] de telo 'ingens arboreum'. Cornificius: ut folia — gignuntur. *cum et poetica verba et numeri in istis sint, Cornificio poetae, non grammatico contra Bergkium tribuo; ubi fortasse Servius post verba 'ut folia' non nihil omisit.*

# ARTORIUS

*quin Artorius Verrii auctor idem sit ac C. Artorius Proculus rhetor, de quo apud Quint. 9, 1, 2 notitia extat, nihil obstat (cf. Hertz, Sinn. Cap. p. 11; aliter FSchoell ad Plaut. Cas. 646). is ineunte fere Augustea aetate fuit. cf. Klebs, Pauly-Wiss. RE 2, 1461/1. Prosop. imp. Rom. 1, 156/977[a].*

## FRAGMENTA

*1*

Artorius procestria, quae sunt ante castra.

*Paul. Fest. p. 225, 12* procestria — Aelius [*fr. 31*]; Artorius — castra. etiam qui non habent castra, propugnacula quibus pro castris utuntur aedificant. *cf. Char. exc. p. 550, 12. CGL II 385, 67. 381, 13. V 475, 54.*

*2*

tentipellium Artorius putat esse calciamentum ferratum, quo pelles extenduntur, idemque Afranium dixisse in Promo [*v. 281 Ribb.*[3]]: 'pro manibus credo habere ego illos tentipellium'.

*Fest. p. 364*[b]*, 16* tentipellium — i. tentipellium. Titinnium autem Verrius existimare, id medicamentum esse, quo rugae extendantur, cum dicat [*v. 173 Ribb.*[3]] 'tentipellium inducitur, rugae in ore extenduntur', cum ille τροπικῶς dixerit. cf. *CGL II 196, 54.*

*2 indeque vg.*

*3*

topper significare ait Artorius cito fortasse celeriter temere. cito, sic in Nelei carmine [*I p. 270, 3 Ribb.*$^{3}$]: 'topper fortunae commutantur hominibus'. citius, sic Cn. Naevi⟨us⟩ [*FPR 49 B.*]: '⟨topper saevi⟩ capesset flammam Volcani'. cito, sic in eodem [*Liv. 22 B.*]: 'namque nullum peius macerat homonem, / quamde mare saevum. vires cui sunt magnae, topper / confringent inportunae undae'. fortasse, sic Coelius l. VII [*fr. 47 P.*]: 'ita uti sese quisque vobis studeat aemulari in statu fortunae reip., eadem re gesta, topper nihilo minore negotio acto, gratia minor esset'. fortasse, sic Accius in Io [*v. 387 R.*$^{3}$]: 'topper, ut fit, patris te eicit ira'.

*Fest. p. $352^{b}$, 4* topper — ira. s ennius [*Sex. Enn. fr. 1*]. *cf. Quint. 1, 6, 40. CGL V 517, 5.*

4 C. Naevicapesset *cod.* topper s. *add. Havet* t. navis *Buecheler* 5 in Odyssia *coni. Hermann* 6 humanum: *em. Urs., qui* macit *coniecit* 7 viret 8 unde si se *Meltzer* 12 te eiecit *Vatic. Ribb.* ira *Urs.*: iras (*seq.* ennius)

# ANTONIUS PANURGUS

*in contraria aliorum sententia (cf. FSchoell ad Plaut. Cas. 646) Antonium tamen putare perperam pro Artorio traditum esse vel versa vice, cum necesse non est (Artor. praef.) tum ne consentaneum quidem; ipse enim Antonius semel atque iterum fortasse (fr. 2) nuncupatur, et iniuria scriptor qui Artorio apud Festum opponitur (Artor. fr. 3) is Sinnius creditus est, qui infra (fr. 1) Antonii sententiae refragatur (cf. Sex. Enn. test. 1).*

## FRAGMENTA

*1*

Panurgus Antonius haec ait: numero nimium cito, celeriter nimium, ut Plautus in Casina [646]: 'ere mi. quid vis mea ancilla? nimium saevis. numero dicis' nimium cito. Accius in Oenomao [v. 502 Ribb.$^{3}$]:

'ego ut essem adfinis tibi, non ut te extinguerem, / tuam petii gnatam; numero te expugnat timor'. Afranius in Suspecta [*v. 320 R.*[3]]: 'per falsum et abs te creditum numero nimis' celeriter. Caecilius in Aethione [*v. 2 R.*[3]]: 'ei perii; quid ita? numero venit; fuge domum'. Afranius in Simulante [*v. 312 R.*[3]]: 'me miseram. numero ac nequicquam egi gratias'.

*Fest. p. $170^b$, 5* [*postquam Sinnii sententiam rettulit fr. 9*] at [an *cod.*] Panurgus — gratias. *cf. Non. p. 352, 16. CGL V 33, 34. 88, 8. 122, 45.*

2 Casinę remi 3 saepius 6 petii *vg.*: peti gnatam *Urs.*: gnata expugnat *O Mue.* expurgat *cod.* expurgasti *Non.* 8 tê 9 Aethrione *Urs.* perii *vg.*: peri 10 fuce: *em. Augustinus* Simulantē emisera 11 nequiquam *Ribb.*

DUBIUM

*2*

⟨meminit etiam trientis⟩ ratiti Antonius, ⟨qui ex hac causa ratitos dici⟩ trientes putat ⟨quod . . . . . . . par⟩s assis sit, quin . . . . . . . . . . . . . nulla sic, sed se ⟨. . . . . . . . . . . . sex⟩tans. nec hac re ra . . . . . . . . . . . . . . ac legionum unam ⟨. . . . . . . . . . . . s⟩ignificat. quod hi pe- ⟨. . . . . . . . . . . ra⟩tio cum his putaretur ⟨. . . . . . . . . . . es⟩sent.

*Fest. p. $274^a$, 16* ⟨ratitum quadrantem⟩ Tarqui⟨tius⟩ [*fr. 1*] et Oppius [*fr. 2*]. ⟨meminit⟩ — ⟨es⟩sent. *cum Festus Antonium Gniphonem nusquam memoret, Panurgum hic denuo respexisse videtur.*

1 *sq. expl. ex parte Scal.*

# C. VALGIUS RUFUS

## A. TESTIMONIA

VITAE

*1. 'C. Valgius' Plin. Quint., 'Valgius Rufus' Gell., 'Valgius' vulgo. de praenomine cf.* RUnger, de C. Valgii Rufi *poematis commentatio (Halis 1848) p.* 135 sq.

2. *Hor. carm. 2, 9, 5* amice Valgi *Porphyr. ibid.* Valgium consularem amicum suum solatur morte delicati pueri graviter adfectum. *cf. Ps-Acro ibid. 1. Valgius Messallae quoque Corvini familiaris fuit. de eius aetate cf. etiam test. 3. 4. 5.*

3. *Quint. 3, 5, 17* Appollodorus, ut interpretatione Valgi discipuli eius utar *cf. test. 8.*

4. *Valgius consul fuit a. 742/12 cum C. Sulpicio Quirinio, suff. in l. M. Valerii Messallae Barbati. cf. test. 2 et Prosop. imp. Rom. 3, 382/169.*

5. *Plin. n. h. 25, 4* Gaius Valgius eruditione spectatus *Paneg. ad Mess. 179 (Tibull. 4, 1)* est tibi qui possit magnis se accingere rebus / Valgius, aeterno propior non alter Homero. *cf. Hor. carm. 2, 9, 18. id. sat. 1, 10, 81 [enumerat poetas recentiores optimos atque carminum iudices]* Plotius et Varius, Maecenas Vergiliusque / Valgius et probet haec Octavius optimus atque / Fuscus.

SCRIPTORUM

6. *Ps-Acro carm. 2, 9, 9* 'flebilibus modis' quia poeta erat Valgius et m<a>erorem suum luctuosis carminibus solabatur. *Hor. carm. 2, 9, 9* tu semper urges flebilibus modis / Mysten ademptum — *17* desine mollium / tandem querelarum. *Serv. Dan. buc. 7, 22* Codrus poeta eiusdem temporis fuit, ut Valgius in elegiis suis refert. *cf. Schol. Veron. ibid. Serv. Aen. 11, 457. fragmenta sunt ap. Baehrens, FPR p. 342.*

7. *Char. p. 108, 7* Valgius in epigrammate *an bucolica etiam scripsit? (cf. Unger ibid. p. 283 sq.)*

8. *Quint. 3, 1, 18* sed Apollodori praecepta magis ex discipulis cognoscas, quorum diligentissimus in tradendo fuit latine C. Valgius, graece Atticus. *cf. ibid. 3, 5, 17 (test. 3). 5, 10, 4. Diom. p. 387, 6 (?).*

9. *Plin. n. h. 25, 4* post eum [*Catonem*] unus inlustrium temptavit Gaius Valgius — inperfecto volumine [*de herbis*] ad divum Augustum, inchoata etiam praefatione religiosa, ut omnibus malis humanis illius potissimum principis semper mederetur maiestas. *Valgius Plinii etiam auctor fuit in libr. XX—XXVII (de herbis et medicina).*

## B. FRAGMENTA

### DE REBUS PER EPISTULAM QUAESITIS

*cf. Varro Tiro Sinnius supra,* Epicurus ap. Diog. Laert. *10, 35 multique alii*

*1*

*lib. II.* Valgius Rufus in secundo librorum, quos inscripsit de rebus per epistulam quaesitis, lictorem dicit a ligando appellatum esse, quod cum magistratus populi Romani virgis quempiam verberari iussissent, crura eius et manus ligari vincirique a viatore solita sint, isque qui ex conlegio viatorum officium ligandi haberet lictor sit appellatus; utiturque ad eam rem testimonio M. Tulli verbaque eius refert ex oratione, quae dicta est pro C. Rabirio [*13*]: 'lictor,' inquit 'conliga manus'. haec ita Valgius.

*Gell. 12, 3, 1* Valgius Rufus — Valgius. et nos sane cum illo sentimus, sed Tiro Tullius [*fr. 14*]. *cf. Non. p. 51, 26. Paul. Fest. p. 115, 16. Gl. Reiff. 30* (*Rh. Mus. 16, 8*), *ubi 'Valerius'* (*i. e. Valgius*) *appellatur.*

5 is qui *Bern. Paris. Voss. Lat. F 7* ⟨et inde⟩ is *Mommsen*

*2*

Valgius de rebus per epistulam quaesitis solitaurilia dicta ait esse a solis * * maribus sumptum esse.

*Char. p. 108, 27* (= *Plin. dub. serm. p. 43, 1 B.*) suovetaurilia quidam putant dicenda a victimis sue ove tauro. sed Valgius — esse. *cf. Inc. inc. libr. fr. 10 p. 416.*

2 esse ait a s. m., tauri autem nomen maribus s. esse *adnotavit Bondam e cod. I Dousae* tauri autem n. pro omnibus maribus s. e. *Putsch, lacunam post* maribus *sign. Keil*

*3*

lacer an laceris? ut tener puer; ultimam enim vocalem si ablativus ami⟨serit⟩, dabit scire ⟨qualis⟩ esse debeat nominativus. — quod ita dici ⟨debere et⟩ Caesar de analogia libro II [*fr. 6*] nec non et Valgius de rebus per epistulam quaesitis ⟨p⟩utant.

*Char. p. 135, 20* (= *Plin. dub. serm. p. 51, 23 B.*) lacer — ⟨p⟩utant. *Valgium rationis, non consuetudinis sectatorem esse etiam ex fr. 4 et 6 perspicitur.*

2 ami *cum lacuna* cod. suppl. ω = *edit. princ.* qualis *add.* ω 3 deb. et *suppl.* Keil solet Caesar ω 5 ⟨p⟩utant *supplevi* ⟨disp⟩utant *Keil*

*4*

ratio qua Plinius [*dub. serm. p. 22, 6 B.*] ait Valgium niti talis est: nomina semper pluralia, si ante novissimam a litteram i habebunt, deposita a et adsumpta um facere genetivos plurales, velut Liberalia Floralia Liberalium Floralium; si autem ante a i non habebunt, in rum faciant necesse est genetivum. itaque exta castra extorum castrorumque faciunt.

*Char. p. 143, 19* Saturnalium. a littera finita nominativo plurali ⟨genetivo⟩ alia um, alia rum terminabuntur. inspiciendus itaque nobis est dativus et ablativus pluralis, in is syllabam an in bus exeant. itaque fulmina fulminum, lupanaria lupanarium, Saturnalia Saturnalium. bus enim syllaba dativus et ablativus clauduntur. balneorum vero et ferreorum ideo dicimus, quod eorum dativi et ablativi non bus sed is terminantur. secunda ratio qua — faciunt. *cf. Char. p. 52, 17. 141, 29. 146, 31. Serv. in Don. p. 435, 2. Pomp. comment. p. 168, 5. 196, 19. Non. p. 489, 25. Macrob. 1, 4, 3 sq.*

5 siṅ 6 faciẹnt (a supra e) 7 facit

## INCERTAE SEDIS

*5*

secus Valgius putat ex Graeco quod est ἑκὰς dictum.

*Fest. p. 297ᵃ, 1* secus — dictum. absurde scilicet; significat enim aperte aliter exemplis omnium fere, qui eam vocem usurpant. *cf. Paul. Fest. p. 296, 1. CGL II 181, 14. V 41, 2. haec in libris epistularum fuisse existimo.*

*6*

et Valgius et Verrius [*fr. 18*] et Trogus de animalibus [heres] lacte dicunt.

*Char. p. 102, 9 (= Plin. dub. serm. p. 53, 18 B.)* lacte sine vitio dicemus; nam et Cato sic dixit, [*p. 85, 11 J.*] et in Italia atras capras lacte album habere. sed et Valgius — dicunt. at consuetudo tamen aliud sequitur. *cf. Caesar fr. 14. utrum praeceptum hic an vocis simplex usurpatio referatur quaeri potest; haec tamen verisimilior est (cf. Unger l. c. p. 189).*

2 heres *secl. Keil ut ex seq.* heres *v.* 20 intersertum saepe *coni. Lindemann*

*restant Inc. de dub. nom. CGK V 586, 4* (pelves generis feminini, ut Vallius 'perfusam pelvem') *et Char. p. 73, 20 (adn. Keil). illic tamen, etiam si 'Valgius' in 'Vallius' corruptum esse recte Haupt coniecit, locus ex carmine quodam, non ex libro grammatico sumptus esse videtur; hic autem pro 'alius' arbitrario 'Valgius' positus est (cf. Schoell, leg. XII tab. rell. p. 33).*

# GAVIUS BASSUS

## A. TESTIMONIA

1. *de Gavio Basso a Caesio distinguendo nulla iam dubitatio est (cf. Jahn, praef. ad Pers. Fl. p. XXVIII adn.); qui quando fuerit ex eo patet, quod equum Seianum Argis vidit, qui a Dolabella a. 711/43 in Syriam eunte Argis abductus est (fr. 4; cf. Roth, Heidelb. Jahrbb. 4. 1845 p. 613). cum autem M. Antonii triumviri interitum (a. 724/30) ipse attigisse videatur (fr. 4), post hoc tempus scripsit.*

2. *Gell. 3, 19, 1* Gavii Bassi eruditi viri *varia de eius etymis iudicia vd. ad fr. 1. 3. 6. 7. 8.*

3. *Fulgent. expos. serm. antiq. 33 [= Petron. sat. p. 245, 3 B.[4]]* Gavius Bassus in satiris ait: 'veruina confodiende, non te nauci facio'. *diffidendum scilicet.*

---

*reliquias coll. Lersch, Gavius Bassus und Caesius Bassus (Philol. 1. 1846 p. 618 sq.).*

## B. FRAGMENTA

### DE ORIGINE VERBORUM ET VOCABULORUM

*integram operis inscriptionem tradidit semel Gellius (3, 19, 1); breviorem enim 'de orig. vocab.', quam is alibi usurpat (2, 4, 3. 5, 7, 1. 11, 17, 4), decurtatam esse totus loquendi modus verbo 'composuit' addito ostendit (cf. Kretzschmer, de Gell. font. p. 16. 18). quin autem altera inscriptione 'commentarii' eundem librum Gellius intellegat (3, 9, 1. 18, 3) non dubito (cf. Kretzschmer ibid. p. 99), praesertim cum ei appellationi 'sui' pronomen adiungat. res litterarum ordine digestas esse ex locis Gellianis, qui ita procedunt, Hosius coniecit (praef.* ad Gell. p. LVIII).

*1* [*3 Lersch*]

*lib. III.* divinatio iudicium appellatur, quoniam divinet quodam modo iudex oportet, quam sententiam sese ferre par sit.

*Gell. 2, 4, 3* Gavius Bassus in tertio librorum, quos de origine vocabulorum composuit: divinatio inquit iudicium — sit. nimis quidem est in verbis Gavi Bassi ratio inperfecta vel magis inops et ieiuna. sed videtur tamen significare velle idcirco dici divinationem, quod in aliis quidem causis iudex ea, ⟨quae⟩ didicit quaeque argumentis vel testibus demonstrata sunt, sequi solet, in hac autem re, cum eligendus accusator est, parva admodum et exilia sunt, quibus moveri iudex possit, et propterea, quinam magis ad accusandum idoneus sit, quasi divinandum est. haec Bassus. *cf. Rhet. Lat. min. 97, 1 H. Ps-Ascon. in divinat. p. 99 Or. CGL IV 333, 11.*

2 divine

*2* [*7*]

*l. VII.* dixit ibi quispiam nobiscum sedens amicus meus in libro se Gavi de origine vocabulorum VII legisse retas vocari arbores, quae aut ripis fluminum eminerent aut in alveis eorum extarent, appellatasque esse a retibus, quod praetereuntes naves inpedirent et quasi inretirent.

*Gell. 11, 17, 2* tum in quodam edicto antiquiore ita scriptum invenimus: 'qui flumina retanda publice redempta habent, si quis eorum ad me eductus fuerit, qui dicatur quod eum ex lege locationis facere oportuerit, non fecisse'. retanda igitur quid esset quaerebatur. dixit ibi — inretirent; idcircoque sese arbitrari retanda flumina locari solita esse, id est purganda, ne quid aut morae aut periculi navibus in ea virgulta incidentibus fieret. *cf. Fest. p. 273ª, 34. CGL V 479, 54. ni fallor, horum omnium origo a Gavio repetenda est.*

2 gaii *Paris. m. 2* gabii *Regin. 1646* VII *om. Bern. Paris. Voss. Lat. F 7* 3 refertas *iidem codd.*

*3* [*1*]

ingeniose visus est Gavius caelibes dicere veluti caelites, quod onere gravissimo vacent, idque Graeco argumento iuvit; ἠϊθέους enim eadem de causa dici adfirmat.

*Quint. 1, 6, 36* qui vero talia [*veriloquia*] libris complexi *sunt nomina sua ipsi inscripserunt*, ingenioseque visus — adfirmat.

nec ei cedit Modestus inventione; nam quia Caelo Saturnus genitalia absciderit, hoc nomine appellatos qui uxore careant ait. *cf. Isid. or. 10, 34. Prisc. p. 18, 10. Albin. orth. p. 299, 27. veriloquium Stoicorum principiorum lumine Reitzenstein illustrat (M. Ter. Varro u. Ioh. v. Euchaita p. 35). de Gavio Modesti auctore cf. etiam fr. 4.*

1 gavinius *Ambros.* 2 vacant *nonnulli codd.*

## *4* [*8*]

Gavius Bassus in commentariis suis, item Iulius Modestus in secundo quaestionum confusarum historiam de equo Seiano tradunt dignam memoria atque admiratione: Gnaeum Seium quempiam scribam fuisse eumque habuisse equum natum Argis in terra Graecia, de quo fama constans esset, tamquam de genere equorum progenitus foret, qui Diomedis Thracis fuissent, quos Hercules Diomede occiso e Thracia Argos perduxisset. eum equum fuisse dicunt magnitudine invisitata, cervice ardua, colore poeniceo, flora et comanti iuba omnibusque aliis equorum laudibus quoque longe praestitisse; sed eundem equum tali fuisse fato sive fortuna ferunt, ut quisquis haberet eum possideretque, ut is cum omni domo familia fortunisque omnibus suis ad internecionem deperiret. itaque primum illum Gnaeum Seium dominum eius a M. Antonio, qui postea triumvirum reipublicae constituendae fuit, capitis damnatum miserando supplicio affectum esse; eodem tempore Cornelium Dolabellam consulem in Syriam proficiscentem fama istius equi adductum Argos devertisse cupidineque habendi eius exarsisse emisseque eum sestertiis centum milibus; sed ipsum quoque Dolabellam in Syria bello civili obsessum atque interfectum esse; mox eundem equum, qui Dolabellae fuerat, C. Cassium, qui Dolabellam obsederat, abduxisse. eum Cassium postea satis notum est victis partibus fusoque exercitu suo miseram mortem oppetisse; deinde post Antonium post interitum Cassii parta victoria equum illum nobilem Cassii requisisse et, cum eo potitus esset, ipsum quoque postea victum atque desertum detestabili exitio interisse. hinc proverbium de hominibus cala-

mitosis ortum dicique solitum: 'ille homo habet equum Seianum'. — hunc equum Gavius Bassus vidisse Argis refert haut credibili pulcritudine vigoreque et colore exuberantissimo. quem colorem nos, sicuti dixi, poeniceum dicimus, Graeci partim *φοίνικα*, alii *σπάδικα* appellant, quoniam palmae termes ex arbore cum fructu avulsus spadix dicitur.

*Gell. 3, 9* Gavius Bassus — Seianum. eadem sententia est illius quoque veteris proverbii, quod ita dictum accepimus 'aurum Tolosanum'. nam cum oppidum Tolosanum in terra Gallia [*ita Erasmus*: italia *vel* italica *codd.*] Quintus Caepio consul diripuisset multumque auri in eius oppidi templis fuisset, quisquis ex ea direptione aurum attigit, misero cruciabilique exitu periit. hunc equum — dicitur. *cf. Otto, Sprichw. p. 315. Gell. 2, 26, 9. 10. Prob. et Serv. georg. 3, 82. Isid. or. 12, 1, 49. CGL V 245, 13. haec sub v. 'equus Seianus' exposita esse videntur.*

7 quos] quod *Paris. Vatic.* 9 inusitata *Paris. Lugd-Bat.* 16 triumvir *Paris.* 31 vidisse se *codd. deterr.*

*5* [*4*]

iuglans arbor proinde dicta est ac Iovis glans; nam quia id arboris genus nuces habet, quae sunt suaviore sapore quam glans est, hunc fructum antiqui illi, qui egregium glandique similem ipsamque arborem deo dignam existimabant, Iovis glandem appellaverunt, quae nunc litteris interlisis iuglans nominatur.

*Macrob. 3, 18, 2sq.* et Servius: 'nux ista iuglans secundum non nullorum opinionem a iuvando et a glande dicta existimatur'. Gavius vero Bassus in libro de significatione verborum hoc refert: iuglans — nominatur. Cloatius autem Verus [*fr. 5*]. *prorsus similiter Varro de l. L. 5, 102. cf. Serv. buc. 8, 29. Non. p. 122, 30. Isid. or. 17, 7, 21. CGL IV 245, 51. V 366, 4. 642, 50. Anecd. H. p. 180, 4.*

*6* [*5*]

parcus composito vocabulo est dictus quasi par arcae, quando, sicut in arca omnia recon*duntur eiusque* custodia servantur et continentur,

ita homo tenax parvoque contentus omnia custodita et recondita habet sicuti arca; quam ob causam parcus quasi pararcus est nominatus.

*Gell. 3, 19, 1* legebatur Gavii Bassi — liber de origine verborum et vocabulorum. in quo ita scriptum fuit: parcus — nominatus. tum Favorinus, ubi haec audivit: 'superstitiose' inquit 'et nimis moleste atque odiose confabricatus commolitusque magis est originem vocabuli Gavius iste Bassus, quam enarravit'. *cf. Serv. Dan. et Schol. Bern. georg. 1, 47. 3, 403.*

6 pararcus] pararce *ex* parce *Lugd-Bat. Vatic.*

*7* [*2*]

non pauci sunt qui opinantur pedarios senatores appellatos, qui sententiam in senatu non verbis dicerent, sed in alienam sententiam pedibus irent. quid igitur? cum senatus consultum per discessionem fiebat, nonne universi senatores sententiam pedibus ferebant? atque haec etiam vocabuli istius ratio dicitur, quam Gavius Bassus in commentariis suis scriptam reliquit. senatores enim dicit in veterum aetate, qui curulem magistratum gessissent, curru solitos honoris gratia in curiam vehi, in quo curru sella esset, super quam considerent, quae ob eam causam curulis appellaretur; sed eos senatores, qui magistratum curulem nondum ceperant, pedibus itavisse in curiam; propterea senatores nondum maioribus honoribus pedarios nominatos.

*Gell. 3, 18, 1* non pauci — nominatos. *cf. Varro sat. fr. 220 Bue. Paul. Fest. p. 49, 17. Serv. Aen. 11, 334. Isid. or. 20, 11, 11. CGL VI 299.*

6 Gavius] G. 10 consideret: *em. codd. deterr.* currulis 12 ita vis se *Vatic.* ita ivisse *Lugd-Bat.* intravisse *Paris.* 13 hon. functos *codd. deterr.* usos *mavult Hertz*

*8* [*6*]

lepide mihercules et scite Gavius Bassus in libris, quos de origine vocabulorum composuit, unde appellata persona sit interpretatur; a personando enim id vocabulum *factum esse* coniectat. nam caput inquit et os coperi*mento* personae tectum undique unaque tantum *vocis* emittendae via pervium, quoniam non vaga

neque diffusa est, in unum tantum modo exitum collectam coactamque vocem ciet, magis claros canorosque sonitus facit. quoniam igitur indumentum illud oris clarescere et resonare vocem facit, ob eam causam persona dicta est o littera propter vocabuli formam productiore.

*Gell. 5, 7* lepide — productiore. *cf. Fest. p. 217ᵃ, 18. Anecd. H. p. 202, 2. 248, 33.*

1 et site: *em. Paris. m. 2* 7 diffusest *Vatic.* difu est *Lugd-Bat.* diff. est, ⟨set⟩ *Mommsen*

DE DIS

*9* [*1*]

Gavius Bassus in eo libro, quem de dis composuit, Ianum bifrontem fingi ait quasi superum atque inferum ianitorem, eundem quadriformem quasi universa climata maiestate conplexum.

*Macrob. 1, 9, 13* Gavius Bassus.— conplexum. *cf. Nig. Fig. fr. 42. Lyd. de mens. 4, 2.*

1 diis *Bamb.*

INCERTAE SEDIS

*10* [*De dis 2*]

Faunus — sororem suam Fentam Faunam eandemque coniugem consecravit, quam Gavius Bassus tradit Fatuam nominatam, quod mulieribus fata canere consuesset, ut Faunus viris.

*Lact. d. i. 1, 22, 9* Faunus — sororem — viris. *cf. Varro de l. L. 7, 36. Arnob. 1, 36. Macrob. 1, 12, 22. Serv. Dan. buc. 6, 27. g. 1, 10. Mart. Cap. 2, 167. Isid. or. 10, 103. ista etsi verisimilius ad libros De dis referas, ne origines quidem grammaticas dedecent.*

2 gauius *Paris.* gabinius *Pal-Vatic.* gabius *rell.* tradidit *Bonon. Pal-Vatic.*

# AUFUSTIUS

*Aufustium ante Verrium scripsisse accepimus (fr. 2); sed quod Usener (Rh. Mus. 24, 101 sq.) eum arbitratur disputationem de imperfectis in -ibam -iebam finitis Asinio Pollioni adu-*

*lescenti XVI vel XVIII annorum inscripsisse (fr. 1), cum huius modi controversia post initium octavi saeculi iam fieri non potuerit, vix recte iudicat. forma enim -ibam cum apud poetas Augusteae aetatis, interdum etiam sine metri necessitate, haud rara est, tum apud scriptores reperitur, ut Varronem Livium Tacitum Plinium iuniorem (cf. Skutsch, Atti d. Congr. Internaz. di Scienze stor. Roma 1903 p. 202. Neue-Wagener, Formenl. d. Lat. Spr. 3, 317 sq.). romanicum ipsum imperfectum coniugationis in -ire desinentis in ore loquentium -ibam formam perstitisse docet (cf. Meyer-Lübke, Gramm. d. roman. Spr. 2, 284 sq.). itaque nihil impedit quominus Aufustius ad Asinium iam non indoctum adulescentem sed existimatione litteratorum hominum florentem, ut Caesar et Varro ad Ciceronem, librum suum miserit.*

# FRAGMENTA

## LIBRI AD ASINIUM POLLIONEM

### *1*

est nunc genus dilatandi verba, quae io litteris finiuntur, de quo et Aufusti grammatici liber est ad Asinium Pollionem, rectius dici veniebam audiebam salliebam leniebam molliebam, quam venibam audibam sallibam lenibam mollibam, tamquam venio prima correpta veniebam. rursus veneo prima producta venibam, non veniebam; audio audiebam, audeo audebam.

*Fragm. Paris.* (*Ter. Scaur.*) *CGK 35, 1* est enim nunc — audebam.

1 est ‡‡ N̊ (c supra N) genus  2 dequo ˥ abnesti. fusti gramatici liber ÷ ad assinum pollionum *cod.* de quo est A. g. l. ad A. P. *em. Usener* de quo est l. ad A. P. Aristi Fusci gr. *coniecerat Haupt*  6 venibam] venebam

## INCERTAE SEDIS

### *2*

genius est deorum filius et parens hominum, ex quo homines gignuntur. et propterea genius *meus* nominatur, quia me genuit.

*Paul. Fest. p. 94, 16* genium appellabant deum qui vim obtineret rerum omnium gerendarum. Aufustius: genius inquit

est — me genuit. alii genium esse putarunt unius cuiusque loci deum. *cf. Varro fr. 136. Paul. Fest. p. 95, 9. Serv. g. 1, 302. Prisc. III 478, 5. Mart. Cap. 2, 152. Isid. or. 8, 11, 88. CGL V 362, 55.*

*3*

omnia argumentata nomina

*Prisc. p. 383, 9* Aufustius: o. arg. n., argumentata passive, *πιστωθέντα.*

# C. ASINIUS CN. f. POLLIO

## A. TESTIMONIA

VITAE

*1. 'Pollio' saepissime, 'Asinius' interdum (Strabo Prisc.), 'Asinius Pollio' vel 'Pollio Asinius' plerumque. de nomine 'Pollio' geminata rectius quam simplici l scribendo cf. Ritschl op. 3, 249. 4, 771. Groebe, Pauly-Wiss. RE 2, 1589. aliter Woelfflin, de bello Afric. praef. p. X.*

*2. Catull. 12, 1 [ad Asinium Gaii fratrem]* Marrucine Asini *de aliis Asiniis Marrucinis cf. Liv. per. LXXIII et Schwabe, quaest. Catull. p. 301 sq.*

*3. Tac. de orat. 34* altero et vicesimo [*aetatis anno*] Asinius Pollio C. Catonem [*a. 700/54; cf. Cic. ad Att. 4, 15, 4. 16, 5. Ascon. in Scaur. p. 16 K-S.*], non multum aetate antecedens Calvus Vatinium iis orationibus insecuti sunt, quas hodieque cum admiratione legimus. *itaque natus est a. 678/76. Tac. ibid. 17* Asinius paene ad extremum [*Augusti principatum*] duravit. *Hieron. ad a. Abr. 2020 = 758/5* Asinius Pollio orator et consularis, qui de Dalmatis triumphaverat, LXXX aetatis suae anno in villa Tusculana moritur. *cum eo consentit Seneca controv. 4 praef. 5. supervacanea igitur coniectura est Reifferscheidii, Suet. rell. praef. VIII (cf. ibid. p. 83 ad fr. 62).*

*4. Asinii vitae curriculum hoc est: a. 698/58 in Graecia, 700/54 C. Catonis accusator (test. 3. Quint. 12, 6, 1), 707/47 tribunus plebis, 709/45 praetor (Vell. Pat. 2, 73, 2. Cass. Dio 43, 47. Wehrmann, fast. praet. 80), inde propraetor in Hispania (Appian. b. c. 4, 84. Vell. ibid. et Dio 45, 10. Cic. ad fam. 10, 32, 4), mox Galliae transpadanae praefectus (Serv. buc. 2, 1. 6, 6. 9, 11. Suet. vita Verg. p. 59 Reiff.), a. 714/40 consul (CIL I² p. 60. 64. X 5159. Philarg. buc. 4, 3), 715/39 Parthinorum Dalmatarumque victor (CIL I² p. 50. 77. Hor. carm. 2, 1, 15. Verg. buc. 8, 7. Serv. Dan. ibid. 12 et Philarg. ibid. 13. Hieron. test. 3).*

*in republica prius Caesarem secutus est* (*Cic. ad fam. 10, 31, 2. Plut. Caes. 32*), *deinde Antonium* (*Vell. 2, 63, 3. 73, 2. 76, 2. Liv. per. CXX. Appian. b. c. 3, 97*), *cui postea inimicus factus* (*Char. p. 80, 2*) *a civilibus dissensionibus remotus* (*Vell. 2, 86, 3*) *in litteris otium suum consumpsit.*

5. *Suet. Aug. 29* ab Asinio Pollione atrium Libertatis [*exstructum est*]. *cf. Ovid. trist. 3, 1, 71 et supra De biblioth. test. 13.*

6. *Sen. controv. 4 praef. 2* Pollio Asinius numquam admissa multitudine declamavit, nec illi ambitio in studiis defuit; primus enim omnium Romanorum advocatis hominibus scripta sua recitavit. *cf. Suet. Aug. 89. Sen. epist. 95. Herwig, de recitatione poetarum apud Rom.* (*Marburg 1864*).

7. *Asinius commercium habuit cum Catullo* (*Catull. 12*), *Cinna* (*Char. p. 124, 5*), *Caesare* (*Cic. ad fam. 10, 31. Plut. Caes. 32*), *Ateio Philologo* (*ad hunc test. 5. 8*), *Horatio* (*sat. 1, 10, 85. carm. 2, 1*), *Vergilio* (*Philarg. buc. 3, 88. Phocas vita Verg. p. 70, 31 R.*), *Messalla Corvino* (*Sen. suas. 6, 27*), *Cornelio Gallo* (*Cic. ad fam. 10, 32, 5*), *Aufustio* (*supra fr. 1*), *Planco* (*fr. 2*). *de Cicerone cf. test. 10. 14. fr. 4.*

8. *Tac. ann. 11, 6* meminissent C. Asinii, M. Messallae ac recentiorum Arruntii et Aeserníni; ad summa provectos incorrupta vita et facundia. *cf. Quint. 12, 11, 28* (= *Mess. Corv. test. 5*).

9. *Catull. 12, 6* crede Polioni / fratri qui tua furta vel talento / mutari velit; est enim leporum / disertus puer ac facetiarum. *Quint. 6, 3, 110* de Pollione Asinio seriis iocisque pariter accommodato dictum est esse eum omnium horarum.

10. *Sen. controv. 4 praef. 4* hominem natura contumacem *Tac. ann. 1, 12* Pollionis — Asinii patris ferociam retineret [*Asinius Gallus*]. *Plin. n. h. 36, 33* Pollio Asinius fuit acris vehementiae. *Sen. ibid. praef. 3* illud strictum eius [*Asinii*] et asperum et nimis iratum ingenio suo iudicium adeo cessabat, ut in multis illi venia opus esset quae ab ipso vix inpetrabatur. *Sen. suas. 6, 27* Sextilius Ena in domo Messallae — in principio hunc versum non sine assensu recitavit [*FPR p. 355 B.*]: 'deflendus Cicero est Latiaeque silentia linguae'. Pollio Asinius non aequo animo tulit et ait: 'Messalla, tu, quid tibi liberum sit in domo tua, videris; ego istum auditurus non sum, cui mutus videor'; atque ita consurrexit. *cf. Vell. Pat. 2, 86, 3.*

5 iñcendio suo: *em. Kießling* in censendo *Jahn*

SCRIPTORUM

11. *Plin. epist. 5, 3, 5 enumerat inter poetas lyricos* M. Tullium, C. Calvum, Asinium Pollionem, M. Messallam *etc. de reliquiis carminum cf. Harder*, Fleck. Jahrbb. 137 (1888) p. *372. Woelfflin, Sitzb. d. Bayer. Akad.* phil-hist. Cl. 1889 p. 325.

*12. Philarg. buc. 3, 88* Asinius Pollio consularis vir, tragoedographus *Verg. buc. 8, 9* en erit ut liceat totum mihi ferre per orbem / sola Sophocleo tua carmina digna cothurno? *ubi Servii Dan. adnotatio perversa interpretatione niti videtur. Hor. sat. 1, 10, 42* Pollio regum / facta canit pede ter percusso. *cf. id. carm. 2, 1, 9 sq. Tac. de orat. 21.*

*13. Sen. epist. 100, 7* compositio — Pollionis Asinii salebrosa et exsiliens et ubi minime exspectes relictura. denique omnia apud Ciceronem desinunt, aput Pollionem cadunt exceptis paucissimis, quae ad certum modum et ad unum exemplar adstricta sunt. *cf. Quint. 10, 1, 113. 2, 25. Vell. Pat. 2, 36, 2. Plin. n. h. 7, 115. Sen. controv. 4 praef. 3. Tac. de orat. passim. orationum fragmenta ap. Meyer, orat. Rom. fragm.² p. 491 sq.*

*14. Asinii extant epistulae ad Ciceronem datae a. 711/43 (Cic. ad fam. 10, 31—33). an etiam ad Caesarem extiterunt? (cf. Char. p. 134, 3).*

*15. Asinius auctor Plinii commemoratur in ind. n. h. l, VII.*

*16. de Asinio philosophiae scriptore cf. Sen. epist. 100, 9. Aulard, de Asin. Poll. vita et scriptis (Paris 1877) p. 72. de bello Africo ei falso tributo cf. Schanz, Röm. Littg. 1², 213. Groebe l. c. p. 1596 sq. reliqui libri infra reperiuntur.*

DOCTRINAE

*17. cf. iudicia de rhetoribus, de Arellio Fusco Sen. suas. 2, 10; de Buteone controv. 7, 4, 3; de Q. Haterio ibid. 4 praef. 11; de Porcio Latrone ibid. 2, 3, 13; de Triario ibid. 2, 3, 19. de coloribus Romanii Hisponis, Pompei Silonis, Cestii Pii, Porcii Latronis ibid. 4, 6; de incerto ibid. 2, 5, 10. ab Asinio laudantur sententiae Albucii Sili ibid. 7 praef. 2 et Vibii Rufi ibid. 9, 2, 25. de vocibus 'fimbriatum' et 'figulatum' ab Asinio novatis vd. Quint. 8, 3, 32.*

---

*de vita Asinii cf. I R Thorbecke, de C. As. Poll. vita et studiis (Lugd. 1820). F Jakob, As. Poll. (Lübeck 1852). O Hendecourt, de vita, gestis et scriptis As. Poll. (Lovanii 1858). Groebe, Pauly-Wiss. RE 2, 1589/25. Prosop. imp. Rom. 1, 163/1025.*

## B. FRAGMENTA

### LIBRI NOTANTIS SALLUSTIUM

*1*

in eam rem [*verborum priscorum affectationem*] adiutorium ei [*Sallustio*] fecit maxime quidem Ateius

Praetextatus nobilis grammaticus Latinus, declamantium deinde auditor atque praeceptor, ad summam Philologus ab semet nominatus.

*Suet. de gramm. 10* de eodem [*L. Ateio Philologo*] Asinius Pollio in libro, quo Sallustii scripta reprehendit ut nimia priscorum verborum affectatione oblita, ita tradit: in eam rem — nominatus. *cf. Pomp. Lenaeus test. 4. Augustus ap. Suet. Aug. 86.*

2 quidem *Jahn*: quidam

## EPISTULAE AD PLANCUM

*utrum haec epistula a libro superiore distinguenda sit an non, variis sententiis disputatum est; potuit tamen liber ille ex epistulis ad exemplum Sinnii Capitonis* (*cf. supra*) *constare. eiusdem argumenti est fr. 12.*

### *2*

Asinio Pollioni in quadam epistula, quam ad Plancum scripsit, et quibusdam aliis C. Sallustio iniquis dignum nota visum est, quod in primo historiarum maris transitum transmissumque navibus factum transgressum appellavit eosque, qui fretum transmiserant, quos transfretasse dici solitum est, transgressos dixit. verba ipsa Sallusti posui [*fr. 1, 104 M.*]: 'itaque Sertorius levi praesidio relicto in Mauretania nanctus obscuram noctem aestu secundo furtim aut celeritate vitare proelium in transgressu conatus est'. ac deinde infra ita scripsit [*fr. 1, 105 M.*]: 'transgressos omnis recipit mons praeceptus a Lusitanis'. hoc igitur et minus proprie et ἀπερισκέπτως et nullo gravi auctore dictum aiunt. nam t r a n s g r e s s u s inquit a t r a n s g r e d i e n d o d i c i t u r i d q u e i p s u m a b i n g r e s s u e t a p e d u m g r a d u a p p e l l a t u m. idcirco verbum 'transgredi' convenire non putavit neque volantibus neque serpentibus neque navigantibus, sed his solis qui gradiuntur et pedibus iter emetiuntur. propterea negant aput scriptorem idoneum aut navium transgressum reperiri posse aut pro transfretatione transgressum.

*Gell. 10, 26, 1* Asinio Pollioni — transgressum. *sequitur refutatio Gellii. cf. Non. p. 452, 28. de loco cf. Kretzschmer, de Gell. font. 7. 65.*

2 salustio /// ĩquis *Paris.* sal(l)usti(i) in. *rell.* 6 posui *Voss. Lat. F 112 Regin. 597 m. 2* posuit *rell.* 10 ac inde quin (*seq.* tra-, *unde* infra) *Non.* 14 dicuntur *plerique codd.*

## EX ORATIONE PRO LAMIA

### *3 [p. 492 ORF[2] Meyer]*

itaque numquam per Ciceronem mora fuit, quin eiuraret suas [esse], quas cupidissime effuderat, orationes in Antonium, multiplicesque numero et accuratius scriptas illis contrarias edere ac vel ipse palam pro contione recitare pollicebatur.

*Sen. suas. 6, 15* Pollio — dixit in ea oratione, quam pro Lamia edidit. Asini Pollionis: itaque — pollicebatur.

2 esse *secl. HMueller*

## EX HISTORIIS

*cf. EKornemann, die hist. Schriftst. d. As. Poll. in Fleck. Jahrbb. suppl. 22 (1896) p. 555 sq. Peter, hist. Rom. rell. (Lips. 1906) p. LXXXV sq.*

### *4 [HRR 5 Peter]*

quoniam in hanc suasoriam incidimus, non alienum puto indicare, quomodo quisque se ex historicis adversus memoriam Ciceronis gesserit. nam quin Cicero nec tam timidus fuerit ut rogaret Antonium, nec tam stultus ut exorari posse eum speraret, nemo dubitat excepto Asinio Pollione, qui infestissimus famae Ciceronis permansit. — adieceratque his [*fr. 3*] alia sordidiora multo, ut cuilibet facile liqueret hoc totum adeo falsum esse, ut ne ipse quidem Pollio in historiis suis ponere ausus sit. — Pollio quoque Asinius, qui Verrem Ciceronis reum fortissime morientem tradidit, Ciceronis mortem solus ex omnibus *maligne narrat,* testimonium tamen quamvis invitus plenum

ei reddidit. Asini Pollionis: huius ergo viri tot tantisque operibus mansuri in omne aevum praedicare de ingenio atque industria superva⟨cuum est⟩. natura autem atque fortuna pariter obsecuta est ei, si quidem facies decora ad senectutem prosperaque permansit valetudo, tum pax diutina, cuius instructus erat artibus, contigit. namque ad priscam severitatem iudiciis exactis maxima noxiorum multitudo provenit, quos obstrictos patrocinio incolumes plerosque habebat. iam felicissima consulatus ei sors petendi et gerendi (magna munera deum) consilio industriaque utinam moderatius secundas res et fortius adversas ferre potuisset! namque utraeque cum evenerant ei, mutari eas non posse rebatur. inde sunt invidiae tempestates coortae graves in eum certiorque inimicis adgrediendi fiducia; maiore enim simultates adpetebat animo quam gerebat. sed quando mortalium nulli virtus perfecta contigit, qua maior pars vitae atque ingenii stetit, ea iudicandum de homine est. atque ego ne miserandi quidem exitus eum fuisse iudicarem, nisi ipse tam miseram mortem putasset.

*Sen. suas. 6, 14* quoniam in hanc — permansit. — [*15*] adieceratque — ausus sit. — [*24*] Pollio quoque — putasset. *de Asinio Appiani* (*b. c. 2, 15*) *auctore cf. Peter p. LXXXXI. is etiam Ciceronis orationis vitia compluribus locis insecutus est* (*Quint. 12, 1, 22*).

3 quin *IFGronovius*: que 5 posse eum *Kießling* possem *vel* posse *codd.* 7 adiec. *CFWMueller*: ceteraque ut c. *CFWMue.* ut tibi *codd.* ut ibi *HMueller* 13 redidit *Antverp.* reddit *rell.* 14 mansuris: *em. Bursian* 15 supervac. e. *Schott*: superba 18 tunc 20 a prisca severitate iudicis exacti maximorum nox.: *em. Gronovius* 24 *exclamationis signum post* deum *posuit Peter, alii alia temptaverunt* 26 venerant: *em. CFWMue.* 28 gr. in eo *codd.* gravissimae, eo *Kießling* 29 maiores

## INCERTAE SEDIS

*ubi de genere et numero nominum* (*fr.* 5. 6) *et de verborum formis* (*fr.* 7) *Asinius disputaverit* (*nam quin is a Charisio et*

*Prisciano significatus sit nulla iam dubitatio est), ambigitur. ista tamen adeo reconditae interiorisque naturae sunt, ut ad orationes, quas Bergk cogitavit (op. 2, 751. cf. D'Hendecourt l. c. p. 61 et Beck, Plin. dub. serm. rell. p. 31 adn.), vix accommodata sint faciliusque in libro quodam grammatico, fortasse in epistulis, locum suum inveniant (cf. Haupt op. 2, 67 sq. Harder, Fleck. Jahrbb. 137. 1888 p. 369). de loco CGK V 574, 6* (caminus generis masculini, sicut Pollio Asinius) *cf. Harder ibid. p. 371. ad huius modi libellos etiam fr. 8. 10 pertinere poterant, aeque atque existimatio Ciceroniani sermonis (vd. ad fr. 4); fr. 9 contra ex oratione pro Urbiniae heredibus fluxisse verisimilius puto, cum eo tempore Asinius adversarii patronum Labienum habuerit, hominem, ut ait Seneca (controv. 4 praef. 2) 'mentis quam linguae amarioris'. fr. 11 historiis vulgo adscribitur.*

*5*

hos pugillares et masculino genere et semper pluraliter dicas, sicut Asinius in Valer⟨ium⟩, quia pugillus est qui plures tabellas continet in seriem sutas. attamen haec pugillaria saepius neutraliter dicit idem Catullus in hendecasyllabis [*42, 5*]. item Laber⟨ius in Piscatore⟩ [*v. 71*$^1$ *Ribb.*$^3$] singulariter hoc pugillar dicit.

*Char. p. 97, 10 (= Plin. dub. serm. p. 75, 7 B.)* hos pugillares — dicit. *cf. Beda orth. p. 285, 16.*

2 in Valer. *expl. Keil (cf. Haupt l. c. p. 68)* in Valerium lib. I. *Putsch* in Labienum *vir quidam ap. Bondam* 5 Lab. in P. *Putsch ex Beda*

*6*

in Nelei carmine [*I p. 271 V Ribb.*$^3$] aeque prisco 'saucia puer filia sumam', ubi tamen Varro [*fr. 250*] cum 'a' puera putat dictum, sed Aelius Stilo magister eius [*fr. 47*] et Asinius contra.

*Char. p. 84, 8 (= Plin. dub. serm. p. 49, 24 B.)* in Nelei — contra.

*7 [p. 501 ORF*$^2$ *Meyer]*

nanciscor etiam nactum facit absque n, ut Probo et Capro et Pollioni et Plinio placet.

*Prisc. p. 513, 7 (= Plin. dub. serm.* p. 39, 4 B.) nanciscor — placet. *de Pollione cf. Harder l.* c. p. 369.

*8* [*p. 500*]

neque tuburchinabundum et lurchinabundum iam in nobis quisquam ferat, licet Cato sit auctor [*inc. 49 J.*], nec hos lodices, quamquam id Pollioni placet.

*Quint. 1, 6, 42* neque enim tuburchinabundum — placet, nec gladiola, atqui Messalla dixit, nec parricidatum, quod in Caelio vix tolerabile videtur, nec collos mihi Calvus persuaserit. *verbo 'placet' fortasse praeceptum indicatur; cf. Harder l. c. p. 370. aliter Meyer, ORF² p. 500.*

*9* [*p. 496*]

iam evaluit 'rebus agentibus', quod Pollio in Labieno damnat.

*Quint. 9, 3, 13* ut iam — damnat, et contumeliam fecit, quod a Cicerone reprendi notum est; affici enim contumelia dicebant.

1 iam *Spalding*: nam     lavieno *vel* lameno *codd.*

*10*

in Tito Livio mirae facundiae viro putat inesse Pollio Asinius quandam Patavinitatem.

*Quint. 8, 1, 3* et in Tito — Patavinitatem. quare, si fieri potest, et verba omnia et vox huius alumnum urbis oleant, ut oratio Romana plane videatur, non civitate donata. *item Quint. 1, 5, 55* peregrina porro ex omnibus prope dixerim gentibus, ut homines, ut instituta etiam multa venerunt. taceo de Tuscis et Sabinis et Praenestinis quoque, nam ut eorum sermone utentem Vettium Lucilius insectatur, quem ad modum Pollio reprendit in Livio Patavinitatem, licet omnia Italica pro Romanis habeam. *quae haec Patavinitas fuerit saepe quaesitum est; orationis colorem quendam peregrinum fuisse ego existimo.*

*11* [*HRR 4 Peter*]

Pollio Asinius parum diligenter parumque integra veritate compositos putat [*commentarios Caesaris*], cum Caesar pleraque et quae per alios erant gesta temere crediderit et quae per se, vel consulto vel etiam memoria *lapsus* perperam ediderit, existimatque rescripturum et *correcturum* fuisse.

*Suet. Iul. 56* Pollio — fuisse.

## DUBIUM

### *12*

verba Sallustii haec sunt [*Cat. 3, 2*]: 'ac mihi quidem, tam etsi hautquaquam par gloria sequitur scriptorem et auctorem rerum, tamen inprimis arduum videtur res gestas scribere, primum quod facta dictis exaequanda sunt, dein quia plerique, quae delicta reprehenderis, malivolentia et invidia dicta putant. ubi de magna virtute atque gloria bonorum memores, quae sibi quisque facilia factu putat, aequo animo accipit, supra veluti ficta pro falsis ducit'. proposuit, inquiunt, dicturum causas, quam ob rem videatur esse arduum res gestas scribere atque ibi cum primam causam ⟨dixerit, dein non alteram causam⟩ sed querellas dicit. non enim causa videri debet, cur historiae opus arduum sit, quod hi qui legunt aut inique interpretantur quae scripta sunt, aut vera esse non credunt. obnoxiam quippe et obiectam falsis existimationibus eam rem dicendam aiunt quam arduam, quia quod est arduum sui operis difficultate est arduum, non opinionis alienae erroribus.

*Gell. 4, 15, 1* elegantia orationis Sallustii verborumque fingendi [findi *codd.*] et novandi studium cum multa prorsus invidia fuit, multique non mediocri ingenio viri conati sunt reprehendere pleraque et obtrectare. in quibus plura inscite aut maligne vellicant. non nulla tamen videri possunt non indigna reprehensione, quale illud in Catilinae historia repertum est, quod habeat eam speciem quasi parum adtente dictum. verba Sallustii — erroribus. haec illi malivoli reprehensores dicunt. *ista Asinio vindicaverunt Mercklin, Fleck. Jahrbb. suppl. 3 (1860) p. 663. Kretzschmer, de Gell. font. p. 65.*

4 exequenda: *em. Vatic. m. 3* 5 repr. *Sall.* deprehenderis (-etis *Vatic.* -istis *Lugd-Bat.*) *codd.* 8 supra ea *Sall.* 11 dix., d. n. alt. c. *add. Hertz et Hosius* 15 obnoxi autem q. *Paris.*

*de aliis locis Gellii, ubi de Sallustio rursus disputatur (13, 30, 2. 20, 6, 14), res nimis incerta est, ut eos non referam.*

## FALSA

*de Pollione Vergilii interprete magna dissensio est; sunt enim qui eundem ac superiorem esse putent, sunt qui diversum*

(*cf. de ea quaestione G Laemmerhirt, Comment. phil. Jen. 4. 1890 p. 320*). *mihi hoc posterius persuasum est; licet enim Servius alterum ab altero Pollione non discernat, quam consuetudinem apud Latinos scriptores saepius reperiri supra vidimus, nugas Pollionis Aeneidos interpretis ab Asinio illo homine sani iudicii subtilisque elegantiae plane alienas esse Ribbeck docuit* (*proleg. ad Verg. p. 114 sq.*). *fuerunt Asinii Polliones etiam postea minus nobiles* (*cf. modo Prosop. imp. Rom. 1, 163 et 167 sq.*), *et de persona interpretis Servius errasse potest.*

*13*

illud quod Asinius Pollio dicit caret ratione, de Achaemenide dictum 'miles Ulixi', Myrmidonas vero et Dolopas praesentes esse acceptos ab Heleno; sic enim dicti frangitur dignitas.

*Serv. Aen. 2, 7* 'aut duri miles Ulixi'. duri non laboriosi sed crudelis —. illud autem quod — dignitas.

*14*

de illo loco multi quaerunt [*Aen. 6, 561*]: 'quis tantus clangor ad auras?' et Pollio dicit Aeneae et Sibyllae, quas illi secum traxerant, cum constet esse etiam illic auras.

*Serv. Aen. 6, 554* auras autem inferis congruas intellegamus. Statius de Mercurio ait [*cf. Theb. 2, 2*]: pigrae aurae eius inpediebant volatum. de illo enim loco — auras.

*15*

'extulerat lucem'. Asinius Pollio dicit ubique Vergilium in diei descriptione sermonem aliquem ponere aptum praesentibus rebus, ut hoc loco, quia funerum et sepulturarum res agitur, dicit extulerat; item in quarto, quia est navigaturus Aeneas et relicturus Didonem, dicit [*585*]: 'Tithoni croceum linquens Aurora cubile'.

*Serv. Aen. 11, 183* extulerat — cubile.

# LURANIUS

*Luranium vel Loranium Augusteae aetatis grammaticum tenendum esse puto, cum de nomine in codicibus consensio sit* (*lauranius cod. Argent.*) *neque fragmenti eius argumentum ad*

*Veranii libros, ut non nulli voluerunt, quadret. Loranios habes in CIL VI 21507 sq. praeterea cf. Schulze, Lat. Eigenn. p. 359 et Prosop. imp. Rom. 2, 307/314.*

## FRAGMENTUM

quae fuit causa et Servio [*Sulp. supra test.*], ut dixi, subtrahendae s litterae, quotiens ultima esset aliaque consonante susciperetur, quod reprendit Luranius.

*Quint. 9, 4, 38* quae fuit — Luranius, Messalla defendit [*fr. 3*].

1 dixit *Lachmann*

# M. VALERIUS M. f. MESSALLA CORVINUS

## A. TESTIMONIA

VITAE

*1. 'Messalla Corvinus' vel 'Corvinus Messalla' plerumque, saepius simpliciter 'Messalla' vel 'Corvinus', interdum 'M. Messalla' vel 'Valerius Messalla'. de eius origine cf. F Münzer, de gente Valeria (Oppollae 1891) p. 3 sq., de agnomine Corvino ibid. p. 25, de cognomine Messalla de eiusque scribendi ratione L Wiese, de M. Val. Mess. Corv. vita et studiis doctr. (diss. Berol. 1829) p. 4 et 5 adn. 5. Brunn, de auct. ind. Plin. (Bonnae 1856) p. 13. de altero agnomine Publicola M. Valerio iniuria, ut videtur, tributo cf. Prosop. imp. Rom. 3, 363 sq.*

*2. Hieron. ad a. Abr. 1958 = 695/59* Messalla Corvinus orator nascitur et T. Livius Patavinus scribtor historicus. *id. ad a. Abr. 2027 = 764/11* Messalla Corvinus orator ante biennium quam moreretur ita memoriam et sensum amisit, ut vix pauca verba coniungeret, et ad extremum ulcere sibi circa sacram spinam nato inedia se confecit anno aetatis LXXII. *Ovid. ex P. 1, 7, 29* cui [*Messallae*] nos et lacrimas, supremum in funere munus, / et dedimus medio scripta canenda foro. *Suet. Tib. 70* in oratione Latina secutus est [*Tiberius n. a. 712/42, m. 790/37*] Corvinum Messallam, quem senem adulescens observarat. *Ovid. ex P. 1, 7, 27* [*ad Messalinum*] nec tuus est genitor nos infitiatus amicos, / hortator studii causaque faxque mei. *cf. etiam Quint. 12, 11, 28. Vell. Pat. 2, 71. his omnibus locis inter se comparatis apparet* Hieronymum in errore *versari, ut iam Borghesi intellexit* (op. 1, 408 sq.); natus enim *videtur Messalla anno fere 690/64,* mortuus a. 766|13 (cf. Prosop

*imp. Rom. 3, 364). hac de controversia cf. etiam Nipperdey op. p. 289 sq. Marx, Wien. Stud. 19 (1897) p. 151.*

*3. Messallae vitae curriculum hoc est: a. 709/45—710/44 Athenis studiorum causa (Cic. ad Att. 12, 32, 2. 15, 17, 2) moratus, a. 712/42 pugnat ad Philippos (Plut. Brut. 42), inde primo ad Antonium transit (Appian. b. c. 5, 113. Vell. Pat. 2, 71), mox ad Octavianum (Plin. n. h. 33, 50. Appian. b. c. 4, 38. Plut. Brut. 53), a. 718/36 augur (Cass. Dio 49, 16), a. 720/34 Salassos domat (Appian. Illyr. 17. Dio 49, 38. cf. Tibull. 4, 1, 107), a. 723/31 pugnat ad Actium (Appian. b. c. 4, 38), a. eodem consul (Tac. ann. 13, 34. Fasti Amit. CIL I² p. 61), a. 727/27 (cf. Schanz, Röm. Littg. 2³, 19) Aquitanos vincit et triumphat (Tibull. 1, 7, 7. CIL I p. 461), inde Syriae praeses (Tibull. 1, 3, 1. 7, 13. Dio 51, 7), praefectus urbi (Tac. ann. 6, 11. Hieron. ad a. Abr. 1991), a. 743/11 primus curator aquarum (Frontin. de aq. 99. 102), a. 752/2 defert Augusto appellationem 'pater patriae' (Suet. Aug. 58), iam admodum senex memoria captus est (Plin. n. h. 7, 90. Solin. 1, 110).*

*4. Messalla amicis usus est: Bruto et Cassio (Vell. Pat. 2, 71. Plut. Brut. 40. Tac. ann. 4, 34), Tibullo (Tibull. 1, 5, 31 al.), Ovidio (cf. test. 2), Horatio (Hor. carm. 3, 21, 7 et Porphyr. ad h. l.), Asinio Pollione (Sen. suas. 6, 27), Antonio, Octaviano (test. 3) aliisque. de coetu Messallae cf. Baehrens, Tibull. Blätt. p. 46. 50.*

5. *Cic. ad Brut. 1, 15, 1* cave putes probitate constantia cura studio reip. quicquam illi [*Messallae*] esse simile. *Quint. 12, 11, 28* an Pollio et Messalla — parum in vita dignitatis habuerunt? *cf. Asin. Pollio test. 8. Vell. Pat. 2, 71. Plut. Brut. 53. Appian. b. c. 4, 38. 5, 113. Tac. ann. 4, 34.*

6. *Sen. controv. 2, 4, 8* fuit autem Messalla exactissimi ingenii quidem in omni studiorum parte, ⟨sed⟩ Latini utique sermonis observator diligentissimus. *cf. Hor. sat. 1, 10, 29. 85. Tac. de orat. 12. de studio sapientiae cf. Hor. carm. 3, 21, 9.*

SCRIPTORUM

7. *Quint. 10, 5, 2* vertere Graeca in Latinum veteres nostri oratores optimum iudicabant —. id Messallae placuit, multaeque sunt ab eo scriptae ad hunc modum orationes, adeo ut etiam cum illa Hyperidis pro Phryne difficillima Romanis subtilitate contenderet.

8. *Verg. catal. 9, 13* [*ad Messallam*] pauca tua in nostras venerunt carmina chartas, / carmina cum lingua tum sale *Cecropio*, / carmina quae Pylium saeclis accepta futuris, / carmina Pylium vincere digna senem. Latina carmina ludicra ...*it Plin. epist.* 5, 3, 5.

9. *Cic. ad Brut. 1, 15, 1* Messallam habes. — eloquentia, qua mirabiliter excellit *reliqua testimonia cum fragmentis ap. Meyer, ORF² p. 507 sq.*

10. *commentariorum de bello civili fragmenta apud Peter, HRR² p. 65 sq. cf. p. LXXVIII sq.*

DOCTRINAE

11. *Quint. 1, 6, 42* gladiola — Messalla dixit. *cf. Asin. Pollio fr. 8.*

12. *Quint. 8, 3, 34* Messalla primus reatum [*dixit*].

13. *Sen. suas. 2, 17* cognomen vel, ut Messalla ait, cognomentum

14. *Porphyr. Hor. serm. 1, 10, 28* Pedius Publicola et Messalla adeo curasse dicuntur ne Graeca Latinis verbis inmiscerent, ut Messalla primus funambulum dixerit, ne σχοινοβάτην diceret. *cf. Schol. Cruq. Hor. ibid.*

15. *Sen. suas. 2, 20* 'quidquid ad adversae cessatum est moenia Troiae, / Hectoris Aeneaeque manu victoria Graium / haesit' [*Verg. Aen. 11, 288 sq.*]. Messalla aiebat hic Vergilium debuisse desinere: quod sequitur 'et in decimum vestigia rettulit annum' explementum esse. *cf. Ribbeck, proleg. ad Verg. p. 86. 111.*

16. *de Mar. Vict. p. 9, 5 cf. Mess. Rufus p. 427. Messalla rhetorum existimator ap. Sen. controv. 2, 4, 8. 10.*

## B. FRAGMENTA

*quod RSchoell (leg. XII tab. p. 36 adn. 2) contendit scripta grammatica Messallae Corvino a Quintiliano adsignata Messallae auguris esse, mihi non persuasit; quomodo enim Quintilianus diligentissimus scriptor clarissimos illos viros permiscuerit non intellego, ne dicam apud Suetonium eiusdem vocis atque Orbilium grammaticum et Nepotem auctorem in epistula Corvinum reperiri. et erant fortasse Messallae libelli grammatici in epistularum formam redacti pariter ac Varronis Sinnii Valgii aliorumque (vd. test. seq.).*

DE S LITTERA

*Quint. 1, 7, 35* ideo minus Messalla nitidus, quia quosdam totos libellos non verbis modo, sed etiam litteris dedit?

*1*

quid? non Cato Censorius dicam et faciam dice et facie scripsit [*inc. 55 J.*] eundemque in ceteris, quae similiter

cadunt, modum tenuit? quod et ex veteribus eius libris manifestum est et a Messalla in libro de s littera positum.

*Quint.* *1, 7, 23* quid — positum. *cf. Paul. Fest. p. 26, 13. 72, 6. Fest. p. 201*$^{a}$*, 23. 286*$^{b}$*, 21.*

1 dice et facie *vel* dicae et faciae (face *Ambros. Paris. 7723*) 3 et ex] ex *Ambros.*

*2*

s non nulli litteram non putarunt; nam Messalla quendam sibilum dixit.

*Mart. Cap. 3, 244* s non nulli — dixit. quae tamen utrimque p litterae copulatur, ut spado psittacus, et c q t sequentes amplectitur, ut Scaurus squama stella. *fragm. Bob. CGK VII 538, 32* s aliquando sibilus, non littera iudicatur.

*3*

quae fuit causa et Servio [*Sulp. supra test.*], ut dixi, subtrahendae s litterae, quotiens ultima esset aliaque consonante susciperetur, quod reprendit Luranius [*fr. 1*], Messalla defendit; nam neque Lucilium putant uti eadem ultima, cum dicit [*149 Ma.*] 'Aeserninus fuit' et [*150 Ma.*] 'dignus locoque' et Cicero in oratore [*161*] plures antiquorum tradit sic locutos.

*Quint. 9, 4, 38* quae fuit — locutos. *cf. Leo, Pl. F. p. 230 sq.*

1 dixit *Lachmann* 4 putat *Spalding fort. recte* 5 serinus: *em. LFSchmidt coll. Non. p. 393*

*† 4*

duapondo et trepondo usque ad nostram aetatem ab omnibus dictum est, et recte dici Messalla confirmat.

*Quint. 1, 5, 15* nam et dua et tre pondo diversorum generum sunt barbarismi; at duapondo — confirmat.

## EPISTULAE

*5*

eosdem [*grammaticos*] litteratores vocitatos Messalla *Corvinus in* quadam epistula ostendit, non esse sibi dicens *rem cum* Furio Bibaculo, ne cum Ticida quidem aut

litteratore Catone; significat enim haud dubie Valerium Catonem poetam simul grammaticumque notissimum.

*Suet. de gramm. 4* appellatio grammaticorum Graeca consuetudine invaluit, sed initio litterati vocabantur. Cornelius quoque Nepos [*fr. 14*]. eosdem — notissimum. sunt qui [*Orbilius fr. 2*].

# M. ARISTIUS FUSCUS

## TESTIMONIA

*1. praenomen est in inscriptione Hor. carm. 1, 22; alias invenitur 'Fuscus Aristius' vel simpliciter 'Fuscus' vel 'Aristius'.*

*2. Hor. sat. 1, 9, 61* Fuscus Aristius occurrit mihi carus. *id. ep. 1, 10, 1* urbis amatorem Fuscum salvere iubemus / ruris amatores, hac in re scilicet una / multum dissimiles, at cetera paene gemelli / fraternis animis; quidquid negat alter, et alter: / adnuimus pariter vetuli notique columbi. *cf. Ps-Acro et Porphyr. Hor. test. 3 et carm. 1, 22, 1. erat igitur Aristius Horatio aetate suppar.*

*3. Ps-Acro Hor. ep. 1, 10, 1* ad Aristium Fuscum grammaticum scribit. *id. serm. 1, 9, 62* Aristius Fuscus grammaticus doctissimus illius temporis amicus Horatii. *Porphyr. Hor. serm. 1, 9, 60* Aristius Fuscus praestantissimus grammaticus illo tempore et amicus Horatii fuit. *ei Haupt (op. 2, 69) fr. 1 Aufustii vindicaverat, sed de Aristii litteris grammaticis nihil traditum est. quam magna in existimatione eum Horatius ut carminum iudicem habuerit, vide apud Valgium test. 5.*

*4. Porphyr. Hor. ep. 1, 10, 1* ad Aristium Fuscum scriptorem comoediarum *cf. Prosop. imp. Rom. 1, 133/860.*

# PORCELLUS

*Porcelli aetas ex eo fere statui potest, quod Seneca in Suasoriis (post annos 784/31—787/34 scriptis) eum mortuum memorat (cf. test. seq.* arguebat *et* accusabat*).*

## A. TESTIMONIUM

*Sen. suas. 2, 12* edicta in posterum diem pugna epulantes milites inducit [*Cornelius Severus*] et ait [F P R 11 B.]: 'stra-

tique per herbam: / hic meus est, dixere, dies'. — illud Porcellus grammaticus arguebat in hoc versu quasi soloecismum, quod cum plures induxisset diceret 'hic meus est dies', non 'hic noster est', et in sententia optima id accusabat quod erat optimum. *hoc iudicium litteris mandatum non esse videtur.*

## B. FALSUM FRAGMENTUM

quae l littera finiuntur in declinatione geminant eandem litteram, tamquam mel mellis et fel fellis. facit ita tribunal tribunallis et animal animallis.

*Suet. diff. serm. p. 310, 28 Roth* tribunal an tribunale et animal an animale. Porcellus [*ita Roth p. XCVII* Proc. *codd.*] ait: quae l — animallis. sed erravit, primum quia monosyllaba in exemplo posuit, deinde [qua] quia [re] l non geminat nec vigil nec pugil. *haec quae apud Reifferscheid Suet. rell. non inveni quam fidem habeant ignoro. sed a vetere scriptore sive Porcello sive Procilio sive quo alio nomine fuit, istae nugae omnino abhorrent.*

# ANTONIUS RUFUS

*num Antonius Rufus idem sit, qui praetextarum togatarumque scriptor a Ps-Acrone (Hor. AP 288) memoratur, nescimus: certe a Rufo 'Pindaricae lyrae fidicine' (Ovid. ex P. 4, 16, 28) is diversus esse videtur (cf. Reifferscheid, ind. schol. Vratisl. 1880/81 p. 7). de Rufo cf. Goetz, Pauly-Wiss. RE 1, 2637/94. Prosop. imp. Rom. 1, 104/692.*

## FRAGMENTA

*1*

locutionem quoque Antonius Rufus per q dicit esse scribendam, quod sit ab eo quod est loqui; item periculum et ferculum.

*Vel. Long. p. 79, 13* locutionem — ferculum. *cf. Lucil. fr. 14. Vel. Long. p. 70, 15. Caper* orth. *p. 93, 4. Ann. Cornut. ap. Cassiod. p. 150, 22. Papirian. ibid.* p. 158, 18. 164, 19. *Caes. Vindex ibid. p. 207, 1. Albin.* orth. p. 299, 23.

*2*

fuerunt qui nobis quoque adicerent dualem 'scripsere legere', quod evitandae asperitatis gratia mollitum est, ut apud veteres pro 'male mereris' 'male merere'. ideoque quod vocant duale in illo solo genere consistit, cum apud Graecos et verbi tota fere ratione et in nominibus deprendatur et sic quoque rarissimus eius sit usus, apud nostrorum vero neminem haec observatio reperiatur, quin e contrario [*Aen. 1, 365*] 'devenere locos' et [*Aen. 2, 1*] 'conticuere omnes' et [*Ovid. met. 13, 1*] 'consedere duces' aperte nos doceant nihil horum ad duos pertinere, dixere quoque, quamquam id Antonius Rufus ex diverso ponit exemplum, de pluribus patronis praeco pronuntiet.

*Quint. 1, 5, 42* fuerunt qui — pronuntiet. *si, ut videtur, Vergiliani loci et Ovidianus a Rufo allati sunt, eius aetas certioribus terminis definitur.*

11 quamquam id] quod *Ambros.*

# M. VERRIUS FLACCUS

## A. TESTIMONIA

VITAE

*1. 'M. Verrius Flaccus' Suet. (cf. ind. gramm. et test. 2) et Hieron., ceteroqui 'Verrius Flaccus' plerumque, interdum 'Verrius' et fortasse etiam 'Flaccus'.*

*2. Suet. de gramm. 17* M. [*ita ut vid. Vindob. m. 1*] Verrius Flaccus libertinus. *itaque alius est Verrius Flaccus M. f. tribu Falerna CIL X 3086 a; cf. 3734 (aliter Schulze, Lat. Eigenn. p. 495).*

*3. Hieron. ad a. Abr. 2024 = 761/8* Athenodorus Tarsensis stoicus philosophus et M. Verrius Flaccus grammaticus insignes habentur. *Suet. de gramm. 17* decessit aetatis exactae sub Tiberio [*767/14—790/37*]. *ab eodem Suetonio accepimus Verrium anno fere 744/10 ab Augusto nepotum magistrum electum in Palatium transiisse (cf. De lud. litt. test. 50), unde eum XXXV minimum annos natum tunc fuisse effici potest. quod si, ut probabile est, quae Praenestinis fastis usque ad a. 775/22 addita sunt Verrii beneficio habemus, is, qui admodum senex decessit, spatio annorum 694/60—704*|50 natus est. cf. test. 4.

*4. Suet. de gramm. 17* statuam habet Praeneste in inferiore *fori parte circa* hemicyclium, in quo fastos a se ordinatos et

marmoreo parieti incisos publicarat. *hinc Verrium Praenestinum esse vult Hirschfeld, Hermes 9 (1875) p. 105; cf. tamen Reifferscheid, ind. schol. Vratisl. 1877/78 p. 5 et Vahlen op. 1, 43 sq. priori fastorum tabulae (a. 752/2—763/10) altera accedit usque ad a. 775/22, de qua cf. test. 3 et Mommsen, CIL I p. 295 (cf. CIL I² p. 206, 11). fragmenta sunt in CIL I² p. 231. cf. Gatti, Atti d. R. Accad. d. Lincei Ser. 5 Vol. 5 T. 2 (Roma 1897) p. 421 et Pascal, Atene e Roma 1906 n. 90—91 p. 212 sq.*

5. *Arnob. 1, 50* Epicados omnes, Caesellios Verrios Scauros teneatis et Nisos. *cf. Cornel. Epic. test. 4 et Gell. ad fr. 2.*

6. *Macrob. 1, 15, 21* Verrium Flaccum iuris pontificii peritissimum *sed cf. praef. ad Veranium.*

SCRIPTORUM

7. *Prisc. p. 383, 12* Verrius: 'blanditusque labor molli curabitur arte'. *itaque poeta etiam fuisse videtur. versum omisit Baehrens, FPR; cf. tamen Verrium Paeti amicum (Cic. ad fam. 9, 20, 2).*

8. *Gell. 4, 5, 6* ea historia de aruspicibus ac de versu isto senario ['malum consilium consultori pessimum est' *FPR p. 37 B.*] scripta est in annalibus maximis libro undecimo [*fr. 3 P.*] et in Verri Flacci libro primo rerum memoria dignarum. videtur autem versus hic de Graeco illo Hesiodi versu expressus [*ἔργα 266*]: 'ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη'. *hinc hausisse videtur Plinius n. h. ind. libr. III VII VIII XIV XV XVIII XXVIII XXIX XXXIV XXXV et 7, 180 de mortibus repentinis; 8, 17 de elephantis; 9, 77 de praetextatis anguillarum tergore verberatis; 18, 62 de farre; 28, 18 de deorum evocatione; 33, 63 de Tarquinio Prisco; 33, 111 de Iovis simulacri facie minio illita. ceterum cf. Münzer, Quellenkr. d. Ng. d. Plin. p. 299 sq.*

9. *Schol. Veron. Aen. 10, 183* Flaccus primo Etruscarum *item ibid. 10, 200. cf. Peter, hist. Rom. rell.² p. CVIII sq. et supra Gran. Fl. ad fr. 4.*

10. *Macrob. 1, 4, 7* Verrius Flaccus in eo libello qui Saturnus inscribitur — et in eodem libro: 'dilucide me' inquit 'de constitutione Saturnaliorum scripsisse arbitror'. *hunc librum non dedecent loci Lact. d. i. 1, 20. Serv. Dan. Aen. 8, 203. 11, 143. Macrob. 1, 6, 15. 10, 7 (= fr. 28). 12, 15. Ps-Acro carm. saec. 8 (si quidem pro 'Valerius Flaccus' 'Verrius Fl.' emendandum est), quamquam alii in commentario De fastis, alii verisimilius in libris De verborum significatu ista fuisse suspicati sunt. cf. Litt, de Verrii Fl. fastorum libris (Bonnae 1904) et Rh. Mus. 59, 603 sq.*

11. *Suet. de gramm. 19* Scribonius Aphrodisius — docuit Verrius tempore, cuius etiam libris de orthographia

rescripsit non sine insectatione studiorum morumque eius. *naturam huius libri definire conatus est L Mackensen, Comment. phil. Jen. 6, 2 p. 3—62, qui Scauro Longo Quintiliano Victorino inter se collatis locisque ad litteraturam pertinentibus ex libris De verborum significatu excerptis (p. 50 sq.) illius specimen quoddam proposuit (p. 59 sq.); in quo si operam suam prorsus non perdidit, ultra verisimilitudinis speciem non processit. de reliquiis huius libri cf. praef. ad inc. sedis fragmenta.*

*12. de fastis Praenestinis vd. test. 4.*

---

*Verrii reliquias coll. O Mueller, praef. ad Festi de verb. signif. p. XIII sq.: qui cum numeros iis non adsignaverit, contra morem nostrum in singulis glossis silentio praeteribitur.*

## B. FRAGMENTA

### EPISTULARUM

*de huius modi epistulis cf. Varro Tiro Sinnius Valgius supra*

*1*

hoc pro huc — crebro in antiquis lectionibus invenitur, sicut in epistulis probat Verrius Flaccus exemplis auctoritate ratione, dicens in adverbiis pro u o plerumque maiores ponere consuetos.

*Serv. Aen. 8, 423* et hoc pro huc posuit secundum antiquum morem, nam antea hoc adverbium loci fuit, quod nunc abolevit; nam crebro — consuetos. et sic pro huc hoc veteres dicere solebant, sicut pro illuc illo dicimus. *cf. Prisc. III 64, 5. quam disciplinae grammaticae formulam Verrius secutus sit, ex verbis 'exemplis auctoritate ratione' perspicitur.*

3 pro u o] probo *Carol. 116 Sang.* provo *Floriac.*

### DE OBSCURIS CATONIS

*huc pertinere videtur fr. 24. cf. etiam Gell. 6, 13. 10, 3, 19 et Kretzschmer, de Gell. font. p. 75 sq.*

*2*

*lib. II.* M. Cato Voconiam legem suadens verbis hisce usus est [*XXXII 1 J.*]: 'principio vobis mulier magnam *dotem* adtulit, tum magnam pecuniam recipit quam in

viri potestatem non conmittit, eam pecuniam viro mutuam dat; postea, ubi irata facta est, servum recepticium sectari atque flagitare virum iubet'. quaerebatur servus recepticius quid esset. libri statim quaesiti allatique sunt Verrii Flacci de obscuris Catonis. in libro secundo scriptum et inventum est recepticium servum dici nequam et nulli pretii, qui cum venum esset datus redhibitus ob aliquod vitium receptusque sit. propterea inquit servus eius modi sectari maritum et flagitare pecuniam iubebatur, ut eo ipso dolor maior et contumelia gravior viro fieret, quod eum servus nihili petendae pecuniae causa conpellaret.

*Gell. 17, 6, 1* M. Cato — conpellaret. cum pace autem cumque venia istorum, si qui sunt, qui Verrii Flacci auctoritate capiuntur, dictum hoc sit; recepticius enim servus in ea re, quam dicit Cato, aliud omnino est quam Verrius scripsit. *Verrius in libros De verb. signif. haec iterum iisdem fere verbis rettulit (Fest. p. 282b, 24); qua in re haud recte iudicavit O Mueller l. c. p. XVI. de ratione quae inter libros De obsc. Cat. et De verb. signif. intercedit cf. Willers, de Verr. Fl. glossar. interpr. p. 34. ceterum cf. Non. p. 54, 7. CGL V 651, 24.*

3 recepit *Regin. 1646 Voss. Lat. F 7* 4 conmittat *Paris.* 6 flagit.] *cf. Usener, Rh. Mus. 56, 11* 8 et *Paris. om. rell.* 14 ni(c)hil *Paris. Voss. Lat. F 7 et 112 m. 1* 15 conpelleret *Paris. Voss. Lat. F 7*

## DE VERBORUM SIGNIFICATU

*inscriptio a Gellio tradita est (fr. 3. 4). quando autem fere confectus liber sit, ex Festo p. 347a, 25 (cf. p. 154b, 3. 185a, 28. 270a, 1) Merkel collegit (proleg. ad Ovid. fast. p. XCIV sq.); ibi enim legitur:* ubi nunc est aedis Concordiae inter Capitolium et forum, *quae a. 763/10 dicata est. singulae vero litterae, quarum ordine id opus dispositum erat, complures libros amplectebantur (cf. Fest. p. 326b, 2). de Verrii auctoribus et de Festi breviario cf. praesertim Reitzenstein, Verr. Forsch. (Bresl. phil. Abh. 1. 1887).*

*3*

*lib. IV.* urbe a Gallis Senonibus recuperata *L. Atilius* in senatu verba fecit Q. Sulpicium

tribunum militum ad Alliam adversus Gallos pugnaturum rem divinam dimicandi gratia postridie idus fecisse, tum exercitum populi Romani occidione occisum et post diem tertium eius diei urbem praeter Capitolium captam esse, compluresque alii senatores recordari sese dixerunt, quotiens belli gerendi gratia res divina postridie kalendas nonas idus a magistratu populi Romani facta esset, eius belli proximo deinceps proelio rem publicam male gestam esse. tum senatus eam rem ad pontifices reiecit, ut ipsi quod videretur statuerent. pontifices decreverunt nullum his diebus sacrificium recte futurum.

*Gell. 5, 17* Verrius Flaccus in quarto de verborum significatu dies, qui sunt postridie kalendas nonas idus, quos vulgus imperite nefastos dicit, propter hanc causam dictos habitosque atros esse scribit. urbe inquit a Gallis — futurum. ante diem quoque quartum kalendas vel nonas vel idus tamquam inominalem diem plerique vitant. eius observationis an religio ulla sit tradita, quaeri solet. *istius glossae vestigia apud Fest. p. 178$^a$, 6 extant. de re cf. Varro de l. L. 6, 29. Ovid. fast. 1, 57. Liv. 6, 1, 11. Plut. quaest. R. 25. Fast. Praen. CIL $I^2$ p. 231. Suet. rell. p. 155 R. Gell. 4, 9, 5. Non. p. 73, 30. Macrob. 1, 15, 22. 16, 22.*

2 Aquinius *Macrob.* q̃ *Lugd-Bat. Vatic.* que *Paris.* 5 cum *Paris. Vatic.* exercitu *Vatic.* 10 a mag̃. *fere Paris. Vatic.* a ma Gr̃. *Lugd-Bat.*

*4*

*l. IV.* historiam ab annalibus quidam differre eo putant, quod, cum utrumque sit rerum gestarum narratio, earum tamen proprie rerum sit historia, quibus rebus gerendis interfuerit is qui narret, eamque esse opinionem quorundam Verrius Flaccus refert in libro de significatu verborum quarto. ac se quidem dubitare super ea re dicit, posse autem videri putat non nihil esse rationis in ea opinione, quod ἱστορία graece significet rerum cognitionem praesentium. — ita historias quidem esse aiunt

rerum gestarum vel expositionem vel demonstrationem vel quo alio nomine id dicendum est, annales vero esse, cum res gestae plurium annorum observato cuiusque anni ordine deinceps componuntur. cum vero non per annos, sed per dies singulos res gestae scribuntur, ea historia Graeco vocabulo ἐφημερὶς dicitur, cuius Latinum interpretamentum scriptum est in libro Semproni Asellionis primo [*fr. 1 P.*], ex quo libro plura verba ascripsimus, ut simul ibidem quid ipse inter res gestas et annales esse dixerit ostenderemus. 'verum inter eos', inquit 'qui annales relinquere voluissent, et eos, qui res gestas a Romanis perscribere conati essent, omnium rerum hoc interfuit. annales libri tantum modo quod factum quoque anno gestum sit ea demonstrabant, id est quasi qui diarium scribunt, quam Graeci ἐφημερίδα vocant. nobis non modo satis esse video, quod factum esset, id pronuntiare, sed etiam quo consilio quaque ratione gesta essent demonstrare'. paulo post idem Asellio in eodem libro [*fr. 2 P.*]: 'nam neque alacriores' inquit 'ad rempublicam defendundam neque segniores ad rem perperam faciundam annales libri commovere quicquam possunt. scribere autem bellum initum quo consule et quo confectum sit et quis triumphans introierit ex eo, libro ⟨vero⟩ quae in bello gesta sint [iterare id fabulas] non praedicare aut interea quid senatus decreverit aut quae lex rogatiove lata sit, neque quibus consiliis ea gesta sint iterare, id fabulas pueris est narrare, non historias scribere'.

*Gell. 5, 18* historiam — praesentium. sed nos audire soliti sumus annales omnino id esse quod historiae sint, historias non omnino esse id quod annales sint; sicuti quod est homo, id necessario animal esse, quod est animal, non id necesse est hominem esse. ita historias — non historias scribere. *Asellionis verba Verrio tribui Kretzschmerum secutus (l. c. p. 70); cf. etiam L Ruske, de Gell. Noct. Att. font. p. 17. 72 et Serv. Aen. 1, 373. Isid. or. 1, 41, 1. 44, 3 sq. adde Isid. or. 1, 44, 1. CGL VI 72. 524.*

22 *quid* — esset *Nipperdey* 25 quid Nipp. 32 vero *addidi*: ⟨*et eo*⟩ l. *Hertz* it. id f. del. Carrio (vd. v. 35)

## INCERTAE SEDIS

*fr. 5—13 ad libros De orthographia (test. 11) certa fere ratione pertinent. cetera autem de dubiis generibus, de nominum verborumque declinatione, de differentiis vocum, de figuris hic illic traditis in libris spargi potuerunt, praesertim in iisdem De orth. et in epistulis. certe quidem nulla iusta causa Graefenhan (Gesch. d. class. Phil. 4, 154) librum de dubiis generibus excogitavit.*

*5*

alicam sine adspiratione dictam Verrius tradit.

*Char. p. 96, 9 (= Plin. dub. serm. p. 48, 30 B.)* alicam — tradit, et sic multi dixerunt, ⟨quamvis⟩ Lucilius XV [*496 Ma.*] 'nemo est halicarius [-caribus *cod.*] posterior te' cum adspiratione ⟨dixerit⟩. *cf. Paul. Fest. p. 7, 17. Caper de verb. dub. p. 107, 12. Vel. Long. p. 68, 18.*

*6*

camara dicitur, ut Verrius Flaccus adfirmat, non camera per e.

*Char. p. 58, 23 (= Plin. dub. serm. p. 45, 21 B.)* camara — per e. sed Lucretius [*ad l. VI Lachmann in Lucret. p. 399*] 'cameraeque caminis † exterritibus [ex teretibus *Beda*]' dicendo etiam cameram dici posse ostendit. *Beda orth. p. 266, 12* camara — per e. *cf. Paul. Fest. p. 43, 17. Serv. g. 3, 55. Macrob. 6, 4, 23. Non. p. 30, 7. Isid. or. 15, 8, 5. Brambach, Neugest. d. Lat. Orth. p. 72 sq.*

1 dicitur *Beda* dicuntur *Neap.* non camera *Montepess. Bedae* non camarū (e suprascr.) *Neap.*

*7*

Verrius et Flaccus in postrema syllaba adspirandum probaverunt [*inchoo*]; cohum enim apud veteres mundum significat, unde subtractum incohare.

*Diom. p. 365, 16* inchoo inchoavi: sic dicendum putat Iulius Modestus, quia sit conpositum a chao, initio rerum. sed Verrius — incohare. *cf. Paul. Fest. p. 39, 5. 107, 8. Ter. Scaur. p. 12, 10. Prob. cath. p. 38, 27. Schol. Bern. georg. 3, 223.*

1 Verrius Fl. — probavit *Casaubonus* fort. recte: certe Granium *Flaccum hic significatum esse non crediderim* 2 et 3 cohum — *incohare Putsch coll. Paul. Fest.* p. 39, 5: choum et inchoare

*8*

manibias per duo i dicendum, quia sunt a manibus, ut putat Verrius ⟨Flaccus, dictae⟩.

*Char. p. 97, 15 (= Plin. dub. serm. p. 49, 3 B.)* manibias — ⟨dictae⟩. sed et manubiae per u dici possunt a m⟨anu, quia sunt⟩ virtute contractae. *cf. Ps-Ascon. in Verr. p. 199 Or. Gell. 13, 25, 3. Isid. or. 18, 2, 8. CGL VI 678.*

1 duo] II  2 Fl., d. *suppl. Putsch*

*9*

nomenclator sine u dicitur, ut Verrius ait, velut nominis calator.

*Char. p. 106, 20 (= Plin. dub. serm. p. 49, 13 B.)* nomenclator — calator. *cf. Paul. Fest. p. 38, 13. CGL V 314, 23.*

2 calator *Ursinus*: clarator

*10*

polenta dici debet per o, cuius rei Verrius Flaccus rationem ⟨hanc reddit, quod ad⟩ usus omnium poliatur.

*Char. p. 96, 13 (= Plin. dub. serm. p. 48, 33 B.)* polenta — poliatur. *Beda orth. p. 384, 21* polenta, non pulenta dicendum est, eo quod ad usus hominum poliatur. *cf. Caper orth. p. 106, 4.*

2 h. r., q. ad *suppl. Fabricius Putsch Keil*  hominum *Beda (sed* omnium *Montepess.)*

*11*

Verrio Flacco videtur eandem esse apud nos u litteram, quae apud Graecos *υ*; namque his exemplis argumentatur: quod illi dicunt *κύμινον* nos cuminum, quam illi *κυπάρισσον* nos cupressum, illi *κυβερνήτην* nos gubernatorem, nec non ex eius modi Theseus Menoeceus Peleus et similibus adfirmat.

*Vel. Long. p. 49, 6* Verrio — adfirmat.

3 *κύμ.*] cyminum  *κυπάριστον*  4 ⟨quem⟩ illi *Keil*  nec] et

*12*

*Verrio* Flacco placet mutas esse [*x et z*], quoniam a *mutis incipiant*, una a c, altera a d. quod si quos movet

quod ⟨in⟩ semivocalem desinant, sciant inquit z litteram sd scribi ab iis qui putant illam ex s et d constare, ut sine dubio muta finiatur.

*Vel. Long. p. 51, 1* Verrio — finiatur. mihi videtur nec aliena ⟨Latino⟩ sermoni fuisse, cum inveniatur in carmine saliari, et esse aliud z, aliud σίγμα καὶ δ, nec eandem potestatem nec eundem sonum esse, sed secundum diversas dialectos [id est linguas] enuntiari. *cf. Ribbeck, Rh. Mus. 12, 419 sq.*

2 d] p  3 in *add. Keil*  4 sd *Keilium secutus scripsi* sic *codd.* ⟨per⟩ sd *Keil* sic (*i. e.* ds) non s. *Ribb.*  s]c

*13*

non nulli circa synaloephas quoque observandam talem scriptionem existimaverunt, sicut Verrius Flaccus, ut, ubicumque prima vox m littera finiretur, sequens a vocali inciperet, m non tota sed pars illius prior tantum scriberetur, ut appareret exprimi non debere.

*Vel. Long. p. 80, 18* non nulli — debere.

1 synaliphas quoque circa obs. qualem  4 totam  5 apparet

*14*

inveniuntur quidam veterum etiam haec allex feminino genere protulisse, quod Caper ostendit de dubiis generibus, Verrium Flaccum posuisse allecem hanc dicens.

*Prisc. p. 212, 4* in c duo sunt generis neutri, lac lactis — et allec allecis. — inveniuntur tamen quidam — dicens. *Anecd. H. p. 120, 13* Priscianus autem dicit: — etiam haec allex feminino genere Verrius dixit, allecem hanc.

*15*

clunes — Verrius Flaccus masculino genere dici probat, quoniam nis syllaba terminata anima carentia nominativo singulari masculina sunt, ut panis cinis crinis et similia.

*Char. p. 101, 4* (= *Plin. dub. serm. p. 63, 9 B.*) clunes feminino genere dixit Melissus [*fr. 4*]. sed Verrius — similia. *Beda orth. p. 266, 6* clunes — Verrius — probat. *cf. Caper de verb. dub. p. 108, 17. Prisc. p. 160, 11. Serv. Aen. 2, 554. Non. p. 196, 33.* C. Meliss. *ad l. c.*

*2 nis Keil ex exc. Bob. Char.* p. 555, 25 et ex Servio: in is

*16*

sal — Fabianus causarum naturalium II neutraliter dixit —. et Varro de poematis II [*fr. 64*]: 'nunc vides in conviviis ita poni sal et mel'. quod genus etiam Verrio placuit.

*Char. p. 106, 12* (= *Plin. dub. serm. p. 76 adn. B.*) sal masculini generis est nec habet pluralem; nam et Sallustius ita usus est [*Iug. 89*]: 'neque salem neque alia inritamenta gulae quaerebant'. sed Fabianus — dixit: 'cur sal aliud perlucidum, aliud inquinatum aut nigrum? quia sal ex arido congelatum est'. idem etiam pluraliter dixit 'haerescunt infusi sales', cum pluraliter facetias tantum significari grammatici tradiderint. et Varro — placuit. *cf. Prob. de nom. exc. p. 209, 6.*

*17*

hic [*nomen excidit*] masculine dicendus est, ut Verrius ait, quoniam neutra in i et us non exeunt.

*Char. p. 109, 7* * * qui necesse sit. hic — exeunt.

*18*

et Valgius [*fr. 6*] et Verrius et Trogus de animalibus [heres] lacte dicunt.

*Char. p. 102, 10* (= *Plin. dub. serm. p. 53, 20 B.*) et Valgius — dicunt. at consuetudo tamen aliud sequitur. *adn. crit. vd. ad Valgium l. c.*

*19*

panis genetivum pluralem Caesar de analogia II [*fr. 8*] panium dixit, sed Verrius panum sine i.

*Char. p. 90, 7* panis autem genetivum — sine i. *Char. p. 141, 20* (= *Plin. dub. serm. p. 25, 10 B.*) panium Caesar [*fr. idem*], sed Verrius contra; nam i detracta panum ait dici debere. neutrum autem puto posse dici, quia de his est nominibus quae, cum pondere numero mensuraque constent, semper sunt singularia.

*20*

ambos Terentius in Adelphis [*962*]: 'usque a pueris curavi ambos sedulo'. — idque Helenius Acron sic oportere *dici in eadem* Terentii fabula disputavit Verriumque dicit *errare, qui putat* hos ambo dici debere.

*Char. p. 119, 9* ambos — sedulo. Sallustius quoque historiarum libro IIII [*fr. 69, 15 M.*]: 'inter me atque Lucullum prope inopia rursus ambos incessit.' idque — debere. — ambo Afranius in Panteleo [*v. 234 Ribb.*[3]]: 'revocas nos ambos ad periculum'; Terentius in Andria [*345*]: 'hem, Charine; ambo opportune, vos volo'; Maro georgicon IIII [*88*]: 'verum ubi ductores acie revocaveris ambo'; idem in bucolicis [*6, 18*]: 'nam saepe senex spe carminis ambo / luserat'; quod genus Graeca declinatione profertur, illi enim ἄμφω dicunt. *Char. p. 65, 22* non nulli tamen Graecos secuti, quia illi τοὺς δύο et τοὺς ἄμφω dicunt, hos duo et hos ambo dixerunt (= *Beda orth. p. 264, 1*).

2 it$^{d}$que . 4 hos ambos: *em. edit. princ.*

## *21*

'diligente Verrius Flaccus' inquit Plinius; eorum nominum quae ns finiuntur casu nominativo ablativus in e derigendus est.

*Char. p. 126, 9* (= *Plin. dub. serm. p. 11, 5 B.*) diligente — derigendus est. *cf. Plin. ibid. p. 10, 20. 25. 27. 11, 24. 29. 13, 6. 8. 10.*

## *22*

ns litteris terminata uno modo ex se faciunt adverbia ter terminata, ut decens decenter. non nulli etiam ex participiis putaverunt talia figurari, ut Verrius Flaccus, qui ab eo quod est audens audenter ⟨dicit⟩.

*Char. p. 184, 10* ns litteris — ⟨dicit⟩. *cf. Pomp. comment. p. 243, 19. Anecd. H. p. CCXVII.*

2 term. ω = *edit. princ., evanuit in Neap.* 3 putaverunt ω putave *cum spatio Neap.* 4 aud. . . au. . . . . . *Neap.: suppl.* ω dicit *suppl. Keil*

## *23*

differt fatigatus a fesso, ut Verrius ait, quod fatigatus, cum quis per alium laborare conpellitur, ut lassatus, fessus vero, cum quis labore deficitur, ⟨ut⟩ lassus.

*Diom. p. 376, 19* (= *Plin. dub. serm. p. 36, 24 B.*) differt autem fatigatus — lassus. *cf. Prob. de nom. exc. p. 212, 4. Non. p. 304, 12. Isid. or. 10, 102.*

*1 fat.* ⟨*dicitur*⟩ cum *Caesarius* 3 ut add. vg.

*24*

'festinare' et 'properare' idem significare atque in eandem rem dici videntur. sed M. Cato id differre existimat eaque hoc modo divisa (verba sunt ipsius ex oratione, quam de suis virtutibus habuit [*supra fr. 10*]): 'aliud est properare, aliud festinare. qui unum quid mature transigit, is properat; qui multa simul incipit neque perficit, is festinat'. Verrius Flaccus rationem dicere volens differentiae huius: festinat inquit a fando dicitur, quoniam isti ignaviores, qui nihil perficere possunt, plus verborum quam operae habent.

*Gell. 16, 14, 1* festinare — habent. *Gellius aliter sentit. de re vd. ad Catonem l. c. ista ad libros De obsc. Catonis referre praestat, quamvis locus Catonis apud Festum quoque legatur (cf. Mercklin, Fleck. Jahrbb. suppl. 3. 1860 p. 660. Kretzschmer l. c. p. 75).*

*25*

gibber, ut Verrius ait, ipsum vitium dicitur, ut tuber, gibberosus habens gibberem, ut tuberosus.

*Char. p. 85, 6 (= Plin. dub. serm. p. 54, 24)* gibber — tuberosus. et sane Lucilius ita loquitur [*1179 Ma.*] 'gibbere magno'. sed Plinius gibbus vitium ipsum, ut ulcus, maluisse consuetudinem tradit. *cf. Caper orth. p. 110, 3. CGL V 569, 40.*

1 Verrius *recte Putsch et IDousa*: verḡ

*26*

labra et labia —. Verrius Flaccus sic distinxit, modica esse labra, labia inmodica, et inde labiones dici; nam et Terentius [*eun. 336*] 'labiis demissis gemens' et Plautus [*mil. 93*] 'labiis dum ductant eum'.

*Char. p. 103, 4 (= Plin. dub. serm. p. 69, 21 B.)* labra et labia indistincte dicuntur, et deminutio labella, non labiae, ut quidam volunt; nam Vergilius ait [*buc. 2, 34*]: 'calamo trivisse labellum'. Verrius autem Flaccus — eum. *cf. Don. Ter. eun. 2, 3, $45^2$. $45^6$. Serv. buc. 2, 34. Isid. or. 11, 1, 50. diff. verb. 336. 344. diff. rer. 58. Beda orth. p. 277, 26. Agroec. orth. p. 116, 5. Virg. gramm. de cognom. XIV. fragm. Mediol. p. 101 H. CGL s. v.* labium et labrum.

*3 et 4* labiis *Ter. et Plautus*: labris 4 d. eum *Fabricius* *ductantem cod.* ducant (-unt Pal-Heidelb.) eum Plauti codd.

*27*

amoena loca Verrius Flaccus dicta ait eo quod solum amorem praestent et ad ⟨se⟩ amanda alliciant.

*Isid. or. 14, 8, 33* amoena — alliciant; Varro [*fr. 413*]. *strictius Paul. Fest. p. 2, 9* amoena dicta sunt loca, quae ad se amanda alliciant id est trahant.

1 Verr. Fl.] Varro *et infra* Verr. Fl. *codd.; sed cf. Serv. ap. Varr. l. c.* 2 praestent *vg.*: praestant se *add. vg.*

*28*

quam Verrius Flaccus Angeroniam dici ait quod angores ac sollicitudines animorum propitiata depellat.

*Macrob. 1, 10, 7* quam — depellat. *Paul. Fest. p. 17, 11* Angeronae deae sacra a Romanis instituta sunt, cum angina omne genus animalium consumeretur, cuius festa Angeronalia dicebantur. *cf. Varro de l. L. 6, 23. de collocatione cf. test. 10.*

*29*

Verrius Flaccus iuniperum iuvenem pirum dicit.

*Serv. Dan. buc. 7, 53* Verrius — dicit. vere autem iuniperus est quasi aculeis praedita bacas ad piperis speciem gerens. *cf. Isid. or. 17, 7, 35.*

*30*

diaeresis est quotiens una syllaba in duas dividitur, synaeresis est e contrario quotiens duae syllabae in unam contrahuntur. nam diaeresis est [*Enn. ann. 33 V.*[2]] 'Albai longai' pro eo quod est 'Albae longae', ut est illud apud Vergilium [*Aen. 9, 26*]: 'dives pictai vestis et auri', [*3, 354*] 'aulai medio libabant pocula Bacchi': una syllaba in duas divisa est. legite Verrium Flaccum et Catonem [*cf. Val. fragm.*] et ibi invenietis.

*Pomp. comment. p. 297, 28* diaeresis — invenietis. ita enim scribebant maiores nostri aulai, a et i. *de litteratura haec atque in libro De obscuris Catonis fuisse videntur; Catonem certe, qui iuxta Verrium quasi rei grammaticae auctor memoratur, P. Valerium esse vix credibile est.*

## DUBIUM

*31*

misit [*Domitius Insanus*] paulo post Favorino librum, quem promiserat (Verri opinor Flacci erat), in quo scripta ad hoc genus quaestionis pertinentia haec fuerunt: senatum dici et pro loco et pro hominibus, civitatem et pro loco et oppido et pro iure quoque omnium et pro hominum multitudine, tribus quoque et decurias dici et pro loco et pro iure et pro hominibus, contionem autem tria significare, locum suggestumque unde verba fierent — item significare coetum populi adsistentis — item orationem ipsam quae ad populum diceretur.

*Gell. 18, 7, 5* **misit** autem **paulo — fierent,** sicut M. Tullius in oratione, quae inscripta est contra contionem Q. Metelli [*IV*[3] *p. 270 CFWMueller*]: 'escendi' inquit 'in contionem, concursus est populi factus'; **item — adsistentis,** sicuti item M. Tullius in oratore ait [*168*]: 'contiones saepe exclamare vidi, cum apte verba cecidissent. et enim exspectant aures, ut verbis conligetur sententia'; **item — diceretur.** exempla in eo libro scripta non erant. *prorsus similia sunt ap. Paul. Fest. p. 84, 9* (forum) *et 41, 16* (conventus), *adeo ut ex Verrio ista fluxisse omnino videantur* (*cf. Kretzschmer l. c. p. 72*).

2 ut op. *complures codd.* 3 haec] id *Paris. Voss. Lat. F 7* 5 omn.] civium *Otho* Quiritium *Skutsch del. Vassis*

## FALSA

*etsi in fr. 33 'Flaccus' Verrius videatur esse, id tamen non adfirmaverim, cum simplici cognomine is numquam ab auctoribus certo nuncupetur* (*cf. Gran. Fl. ad fr. 4 et supra test. 1*). *atque in codice schol. Bern. georg. 3, 532 'flagius' legitur pro Philargyrio seu Flagrio. fragmenta 32. 34. 35 Verrio tribuit Hagen* (*Fleck. Jahrbb. suppl. 4. 1867 p. 716*) *non recte, nam 'Homerus' nomen tam constanter pro 'Verrius' scriptum quis credet?*

*32*

ambo pro ambos, hos ambo. sic et Homerus.

*Schol. Bern. buc. 6, 18* senex pro senes. **ambo — Homerus.** *Iunilius* dicit. *de re cf. fr. 20 cum adnotatis* (ἄμφω).

*sicut ait* Verrius *coni. Hagen* l. c. et ad buc. 8, 30 *schol. Bern.*

*33*

'miratam mala puellam'. hic participium passivum † agit, quia more Graecorum aput veteres † agunt, ut Flaccus adiuvat.

*Schol. Bern. buc. 6, 61* miratam — adiuvat. *de re cf. Gell. 15, 13. Non. lib. VII. Prisc. al.*

1 *et* 2 acti⟨ve⟩ *coni. Buecheler* 2 adnotat *Hagen*

*34*

'sparge marite nuces'. ita enim primo factum est, quando Iuno Iovi iuncta est, ut Homerus, et abhinc apud antiquos moris fuit in nuptiis nuces spargere propter veneficia.

*Schol. Bern. buc. 8, 30* sparge — veneficia. *cf. fr. 35.*

2 ut Verrius ait *Hagen l. c. respexit princeps auctor Il. 14, 347 sq.*

*35*

'oleaeque Minerva'. sunt qui dicunt Athenis prolatum esse olivae ramum a Minerva; sunt qui putant olei humorem Minervae idcirco convenire, quod nulli possit misceri incorruptus et integer, comparabilis virgini deae, quae ex uno parente progenita est, quam sapientiam interpretantur, virtutem inviolabilem, ut Homerus.

*Schol. Bern. georg. 1, 18* oleaeque — Homerus. *allegorias Homericas respexit auctor.*

6 ut ait Verrius *Hagen l. c.*

*quod Ribbeck (proleg. ad Verg. p. 174 sq.) coniecit apud Vergilii interpretes sub nomine Ebrii vel Hebrii Verrium latere, improbandum est (cf. Hagen l. c. p. 732). de Arnob. 5, 18 vd. Gran. Fl. ad fr. 4.*

# L. CRASSICIUS PASICLES

## A. TESTIMONIA

VITAE

1. *Suet. de gramm. 18* L. Crassicius genere Tarentinus ordinis libertini cognomine Pasicles mox Pansam se transnominavit. *de cognomine Pansa cf. Plin. n. h.* 11, 254 (Varro fr. 360).

*2. aetas Crassicii inde fere constitui potest, quod Iulum Antonium triumviri filium (natum a. 710/44) docuit (vd. De lud. litt. test. 51), cum iam Zmyrnae commentarium edidisset, ut ex Suetonio apparet. Verrii igitur aemulus (Suet. ibid.) Crassicius aliquanto maior natu fuit.*

3. *Suet. de gramm. 18* hic initio circa scaenam versatus est, dum mimographos adiuvat. *cf. Hillscher, Fleck. Jahrbb. suppl. 18 (1892) p. 382.*

4. *Suet. ibid.* dimissa repente schola [*De lud. litt. ibid.*] transiit ad Q. Sexti philosophi sectam. *de Sextiis cf. Zeller, Phil. d. Griech.* $3^3$, *1 p. 675.*

SCRIPTORUM

5. *Suet. ibid.* commentario Zmyrnae edito adeo inclaruit, ut haec de eo scriberentur [*FPR p. 348 B.*]: 'uni Crassicio se credere Zmyrna probavit, / desinite indocti coniugio hanc petere. / soli Crassicio se dixit nubere velle, / intima cui soli nota sua extiterint'. *Philarg. buc. 9, 35* (*ex scholio cod. Laur. ab Ursino edito*) Cinna Zmyrnam scripsit, quam nonum post annum, ut Catullus ait [*95, 1*], edidit. — fuit autem liber obscurus adeo, ut et non nulli eius aetatis grammatici in eum scripserint magnamque ex eius enarratione sint gloriam consecuti.

## B. FRAGMENTUM

est per tempora in declinatione defectus, cum ut significationem temporis expleamus, verbum, ut ait Pansa, alterius generis subrogamus, ut est adfert et ferit. in his enim dissimili voce significationem praeteriti temporis declarabimus; dicimus enim adfert attulit, item dicimus ferit percussit praeterito perfecto.

*Consent. ars p. 378, 22* item est per tempora — perfecto.

1 ut *om. Leid.* 2 *ad* Pansa *adscr. in marg.* ungimus *Leid.* 3 alt. voce gen. *Bern. Leid.* 5 decl. *Putsch* declaravimus *Bern. Leid.* declinamus *Monac.*

# SCRIBONIUS APHRODISIUS

## TESTIMONIUM

*Suet. de gramm. 19* Scribonius Aphrodisius Orbili servus *atque discipulus* mox a Scribonia Libonis filia, quae prior *Augusti* uxor fuerat [*repudiata ab Augusto a. 715\39\,*

redemptus et manumissus docuit quo Verrius tempore, cuius etiam libris de orthographia rescripsit non sine insectatione studiorum morumque eius.

*quae libri in Verrium natura fuerit diiudicari non potest; nam aut commentarium de litteratura ampliorem fuisse suspicari licet aut singularem contra Verrium libellum obtrectandi causa confectum.*

# POMPEIUS MACER

*de variis Macris magna est controversia; cf. Schanz, Röm. Littg.*[2] *2, 246 et Prosop. imp. Rom. 3, 67/472. Augustus Pompeio Macro ordinandas bibliothecas delegaverat (cf. De biblioth. test. 14), qui fortasse Theophanis Mytilenaei filius fuit (Strabo 12, 618). poeta ille fuit Ovidio amicus (ex P. 2, 10), grammaticum fuisse testatur nemo.*

## FALSUM FRAGMENTUM

auctoritas tam Varronis [*fr. 240*] quam Macri teste Censorino nec k nec q nec h in numero adhibet litterarum.

*Prisc. p. 13, 9* auctoritas quoque tam — litterarum. *cf. Varro ad l. c. sine dubio Licinius Calvus dicitur Macri filius et ipse Macer appellatus; cf. Weichert, poett. Latt. rell. p. 105 adn. 14. Drumann, Gesch. Roms 4, 195 adn. 72. Schwabe, quaest. Catull. p. 261 (vd. supra p. 440). aliter cogitaverat Hertz ad Prisc. l. c.*

# C. IULIUS HYGINUS

## A. TESTIMONIUM

VITAE

*1. Suet. de gramm. 20* C. Iulius Hyginus Augusti libertus, natione Hispanus (non nulli Alexandrinum putant et a Caesare puerum Romam adductum Alexandria capta [*a. 707/47*]). *contrariae sententiae hac fortasse via conciliandae sunt, ut Hyginus genere Hispanus, Alexandrinus patria fuerit, aut in Hispania natus admodum puer Alexandriam migraverit. idem ab Hieron. 'C. Iulius Hyginus' appellatur, 'Iulius Hyginus' vel 'Hyginus Iulius' a Colum. Gell. Char. Macrob., 'C. Hyginus' ab Asconio, 'Hyginus' plerumque.*

*2. Hieron. ad a. Abr.* 2008 = 745 | 9 C. Iulius Hyginus *cognomento* Polyhistor grammaticus habetur inlustris. de cogno-

*mine Polyhistore ex Alexandro magistro ad Hyginum falso translato vd. test. 3. ex Hieronymi Suetoniique (test. 1) indiciis colligitur Hyginum circa a. 694/60 natum esse, quae res eo confirmatur, quod Alexandrum Polyhistorem Romae audiit, qui a. fere 647/107 natus a Sullae aetate usque ad a. 714/40 ibi fuisse videtur (Susemihl, Griech. Litt. d. Alex. 2, 357; vd. supra De lud. litt. test. 12). quod autem Reitzenstein (de scriptor. rei rust. libr. deperd. Berol. 1884 p. 18) Vergilio natu maiorem Hyginum fuisse vult, non recte intellegit (cf. Bunte, de C. Iul. Hyg. vita et scriptis Marb. 1846 p. 11. 54 et Peter, hist. Rom. rell. Lips. 1906 p. CIII adn. 1); contra eum etiam test. 4 est.*

3. *Suet. de gramm. 20* C. Iulius Hyginus — studiose et audiit et imitatus est Cornelium Alexandrum grammaticum Graecum, quem propter antiquitatis notitiam Polyhistorem multi, quidam Historiam vocabant.

4. *Suet. ibid.* fuitque familiarissimus Ovidio poetae [*nato a. 754/43*] et Clodio Licino consulari historico [*cos. suff. a. 757/4*], qui eum [*Hyginum*] admodum pauperem decessisse tradit et liberalitate sua quoad vixerit sustentatum. *Ovidii tristia 3, 14 ad Hyginum scripta esse videntur (cf. praesertim Peter l. c. p. CIII sq.). de paupertate Hygini cf. Unger, Abh. d. Akad. d. Wiss. zu Münch. 16 (1881) p. 219.*

5. *Suet. ibid.* huius libertus fuit Iulius Modestus, in studiis atque doctrina vestigia patroni secutus.

6. *de Hygini muneribus cf. supra De lud. litt. test. 54, De biblioth. 14.*

7. *Gell. 1, 21, 2* Hyginus non hercle ignobilis grammaticus

8. *Gell. 16, 6, 14* Hyginus Iulius, qui ius pontificum non videtur ignorasse

SCRIPTORUM

9. *Char. p. 142, 15* Hyginus quoque de agri cultura II *reliquiae sunt ap. Bunte l. c. p. 51 sq. et Reitzenstein l. c. p. 53. utrum liber, quem Columella (9, 13, 8) memorat de apibus, pecuIiaris fuerit (ita malunt Bunte p. 49 et Reitzenstein p. 19), an pars operis De agri cultura non liquet.*

10. *Gell. 1, 14, 1* Hyginus in libro de vita rebusque inlustrium virorum sexto *Ascon. in L. Pis. p. 12 K-S.* Iulius Hyginus dicit in libro priore de viris claris *cf. Hieron. de vir. ill. 2, 821 Vall. quomodo haec testimonia intellegenda sint, docti homines dissentiunt, quorum opiniones vd. ap. Peter l. c. p. CV.*

11. *Serv. Aen. 5, 389* secundum Hyginum qui de familiis Troianis scripsit *reliqui libri* historici infra in fragm. *me--ntur.*

12. *Macrob. 3, 8, 4* Hyginus de proprietatibus deorum *apud Macrob. 3, 2, 13* (Hyllus libro quem de dis composuit) *Mommsen* Hyginus *scripsit (fr. 23).*

13. *Macrob. 3, 4, 13* addidit Hyginus in libro quem de dis Penatibus scripsit vocari eos θεοὺς πατρῴους.

14. *Hyginus a Plinio auctor commemoratur in ind. libr. III—VI. X—XII. XIV. XV—XXII.*

15. *de libris De astrologia et de fabulis Hygino falso tributis cf. Schanz, Röm. Littg.*[2] *2, 331 sq.*

---

*reliquias grammaticas collegerunt Suringar, hist. crit. schol. Lat. (Lugd. Bat. 1834) 1, 264. 2, 175 sq. Bunte l. c. p. 22 sq. Ribbeck, proleg. ad Verg. p. 117 sq.*

## B. FRAGMENTA

### IN CINNAE PROPEMPTICON

*ex Hygini commentario loci omnes qui extant Cinnae carminis fluxerunt. cf. Baehrens, FPR p. 323 sq.*

*1 [1 Bunte]*

ab Actio navigantes stadia ⟨circiter⟩ LX veniunt ad Isthmum Leucadiensium. ibi solent iteris minuendi causa remulco, quem graece πά⟨κτωνα⟩ dicunt, navem traducere.

*Char. p. 134, 12* iteris Iulius Hyginus in Cinnae propemptico: ab Actio — traducere.

1 circiter *suppl. Keil* 4 πά⟨κτωνα⟩ *Fabricius*

*2 [2]*

quaerunt etiam non nulli quam ob rem ⟨a Cor⟩cura iubeat Action navigare, quod est e regione traductionis Leucadiensis, et rursus ab Actio circa insulam moneat ire, quam a Corcura rectum itiner ad Leucatam.

*Char. p. 134, 17* itiner idem in eodem: quaerunt inquit etiam — Leucatam.

*1 a Cor suppl. Keil* 5 itener

## DE VERGILIO LIBRORUM

*quin Iulius Hyginus librorum de Vergilio scriptor* (*Gell. fr. 3*) *et Hyginus* (*in lemmate* '*Iulius Hyginus*') *commentariorum ad Vergilium* (*Gell. fr. 4*) *unus idemque homo sit, nulla mihi dubitatio est* (*cf. fr. 6* reprehendit Iulius Hyginus, *fr. 7* reprehendit Hyginus *de Vergilio utroque in loco*), *qui sine dubio Augusti libertus est* (*cf. Bunte l. c. p. 31 sq.*), *licet denuo recentiori aetate Borgius aliter sentiat* (*de tempor. quibus Verg. georgica scripta et perf. sint. Hal. Sax. 1875 p. 28 adn. 57*), *qui verecundae Hygini in Vergilium obtrectationis oblitus* (*Gell. 10, 16, 1. 11. 18 = fr. 7 sq.*) *in vita Donati inter putidos homunciones Vergilii obtrectatores Hyginum nominari debuisse putat. libri inscriptionem idoneis argumentis Kretzschmer constituit* (*de Gell. font. p. 17. 77. 81*)*: ego verum propriumque ad Vergilium commentarium fuisse vix crediderim* (*cf. Bunte p. 29 sq. Ribbeck p. 117*). *huic sententiae ne id quidem favet, quod Gellius* (*10, 16*) *tres eiusdem Aeneidos libri locos sed eos non continuos* (*v. 365. 122. 838 libri VI*) *memorat Hyginum manifesto secutus.*

### *3* [*5*]

*lib. IV.* quae bidens est hostia, oportet habeat dentes octo, sed ex his duo ceteris altiores, per quos appareat ex minore aetate in maiorem transcendisse.

*Gell. 16, 6, 14* Hyginus tamen Iulius — in quarto librorum, quos de Vergilio fecit, bidentes appellari scripsit hostias, quae per aetatem duos dentes altiores haberent. verba illius ipsa posui: quae b. est inquit hostia — transcendisse. haec Hygini opinio an vera sit, non argumentis sed oculis videri potest. *Macrob. 6, 9, 7* Hyginus tamen — in quinto [*ita errore Macrob.*] librorum, quos de Vergilio fecit, bidentes appellari scripsit hostias, quae per aetatem duos dentes altiores haberent, per quos ex minore in maiorem transcendisse constaret aetatem. *de re cf. Nig. Fig. fr. 39. Paul. Fest. p. 4, 17. 33, 10. 35, 2. 66, 16. Serv. Aen. 4, 57. 6, 39. Non. p. 53, 13. Isid. or. 12, 1, 9. Schol. in Lucan. 1, 607. Ps-Acro Hor. carm. 3, 23, 14. CGL IV 529, 18. V 172, 38. 616, 29.*

2 iis *nonnulli codd.* duos *Paris.*

### *4* [*1*]

versus istos ex georgicis Vergilii [*2, 246*] plerique *omnes* sic legunt: 'at sapor indicium faciet manifestus

et ora / tristia temptantum sensu torquebit amaro'. Hyginus autem — in commentariis, quae in Vergilium fecit, confirmat et perseverat non hoc a Vergilio relictum, sed quod ipse invenerit in libro, qui fuerit ex domo atque familia Vergilii 'et ora / tristia temptantum sensus torquebit amaror', neque id soli Hygino, sed doctis quibusdam etiam viris complacitum, quoniam videtur absurde dici 'sapor sensu amaro torquet', cum ipse, inquiunt, sapor sensus sit, non alium in semet ipso sensum habeat, ac proinde sit quasi dicatur 'sensus sensu amaro torquet'.

*Gell. 1, 21* versus istos — torquet. sed enim cum Favorino Hygini commentarium legissem atque ei statim displicita esset insolentia et insuavitas illius 'sensu torquebit amaro', risit et 'Iovem lapidem', inquit 'quod sanctissimum iusiurandum habitum est, paratus ego iurare sum Vergilium hoc numquam scripsisse, sed Hyginum ego verum dicere arbitror. non enim primus finxit hoc verbum Vergilius insolenter, sed in carminibus Lucreti invento usus est [inventus est *codd.: em. Ehrenthal*] non aspernatus auctoritatem poetae ingenio et facundia praecellentis'. verba ex IV Lucreti [*223*] haec sunt: 'dilutaque contra / cum tuimur misceri absinthia, tangit amaror'. non verba autem sola, sed versus prope totos et locos quoque Lucreti plurimos sectatum esse Vergilium videmus. *cf. Serv. g. 2, 247. verba 'sed enim — videmus' in Hygini exemplar referre ausus non sum, quamvis eius esse possint (cf. Froehde, Festschr. f. I Vahlen. Berlin 1900 p. 542. Ribbeck p. 117 sq.).*

6 quid *Paris. Vatic.* atque ex *Vatic.*

## *5 [2]*

'ipse Quirinali lituo parvaque sedebat / subcinctus trabea laevaque ancile gerebat.' in his versibus [*Aen. 7, 187*] errasse Hyginus Vergilium scripsit, tamquam non animadverterit deesse aliquid hisce verbis 'ipse Quirinali lituo'. nam si nihil inquit deesse animadverterimus, videtur ita dictum, ut fiat 'lituo et trabea subcinctus', quod est inquit absurdissimum; quippe cum lituus sit virga brevis in parte, qua robustior est, incurva, qua augures utuntur, quonam modo 'subcinctus lituo' videri potest?

*Gell. 5, 8, 1* ipse Quirinali — potest? immo ipse Hyginus parum animadvertit sic hoc esse dictum, ut pleraque dici per defectionem [defensionem *codd.*] solent. *pergit Gellii refutatio. eadem fere Macrob. 6, 8, 1 (cf. Serv. Aen. 1, 75). de lituo Cic. de div. 1, 30. Plut. Rom. 22. Serv. Aen. 7, 187. CGL IV 450, 21. V 368, 35.*

*6* [*3*]

'Daedalus, ut fama est, fugiens Minoia regna / praepetibus pennis ausus se credere caelo'. in his Vergilii versibus [*Aen. 6, 14*] reprehendit Iulius Hyginus 'pennis praepetibus' quasi inproprie et inscite dictum. nam praepetes inquit aves ab auguribus appellantur, quae aut opportune praevolant aut idoneas sedes capiunt. non apte igitur usum verbo augurali existimavit in Daedali volatu nihil ad augurum disciplinam pertinente.

*Gell. 7, 6, 1* Daedalus — pertinente. sed Hyginus nimis hercle ineptus fuit, cum quid praepetes essent se scire ratus est, Vergilium autem et Cn. Matium doctum virum ignorasse, qui in secundo [septimo *Carrio coll. Il. 7, 291 sq.*] Iliadis Victoriam volucrem praepetem appellavit in hoc versu [*FPR 3 B.*]: 'dum dat vincendi praepes Victoria palmam'. *cf. Nig. Fig. fr. 38. Fest. p. 245*^b*, 22. Serv. Dan. Aen. 6, 15. 3, 246. 4, 462. Isid. or. 12, 7, 77. Ps-Acro Hor. carm. 3, 27, 11. CGL IV 269, 5. 53.*

*7* [*4*]

reprehendit Hyginus Vergilium correcturumque eum fuisse existimat, quod in libro sexto [*365*] scriptum est. Palinurus est aput inferos petens ab Aenea, ut suum corpus requirendum et sepeliendum curet. is hoc dicit: 'eripe me his, invicte, malis, aut tu mihi terram / inice, namque potes, portusque require Velinos'. quo inquit modo aut Palinurus novisse et nominare potuit portus Velinos aut Aeneas ex eo nomine locum invenire, cum Velia oppidum, a quo portum, qui in eo loco est, Velinum dixit, Servio Tullio *Romae* regnante post annum amplius sescentesimum, quam Aeneas in Italiam venit, conditum in *agro* Lucano et eo nomine appellatum est? nam

qui ab Harpalo inquit regis Cyri praefecto ex terra Phocaide fugati sunt, alii Veliam, partim Massiliam condiderunt. inscitissime igitur petit, ut Aeneas portum Velinum requirat, cum id nomen eo tempore fuerit nusquam gentium. neque simile inquit illud videri debet, quod est in primo carmine [*2*] 'Italiam fato profugus Lavinaque venit / litora', et aeque in sexto libro [*17*] 'Chalcidicaque levis tandem super astitit arce', quoniam poetae ipsi quaedam κατὰ πρόληψιν historiae dicere ex sua persona concedi solet, quae facta ipse postea scire potuit, sicut Vergilius scivit de Lavinio oppido et de colonia Chalcidicensi. sed Palinuros qui potuit inquit scire ea, quae post annos sescentos facta sunt, nisi quis eum divinasse aput inferos putat, proinde ut animae defunctorum solent? sed et si ita accipias, quamquam non ita dicitur, Aeneas tamen, qui non divinabat, quo pacto potuit requirere portum Velinum, cui nomen tunc, sicut diximus, nullum usquam fuit?

*Gell. 10, 16, 1* reprehendit — usquam fuit? *cf. Serv. Aen. 6, 359. Diom. p. 443, 29.*

18 fuerit *Regin. 1646* fuit *rell.* 20 laviniaque *Regin. 597 et 1646* 23 historia *plerique codd.* 24 scire *Regin. 1646* sciri *rell.* 26 c(h)alc(h)idinensi (alch. *Voss. Lat. F 7*) *codd.* 27 id inquit *Magliab. Regin. 597 et 1646*

## *8* [*4*]

item hoc quoque in eodem libro reprehendit [*Hyginus*] et correcturum fuisse Vergilium putat, nisi mori occupasset. nam cum Thesea inquit inter eos nominasset, qui ad inferos adissent ac redissent, dixissetque [*Aen. 6, 122*] 'quid Thesea, magnum / quid memorem Alciden? et mi genus ab Iove summo est', postea tamen infert [*6, 617*]: 'sedet aeternumque sedebit / infelix Theseus'. qui autem inquit fieri potest, ut aeternum aput inferos sedeat, quem supra cum is nominat, qui descenderint illuc atque inde rur-

sum evaserint, praesertim cum ita sit fabula de Theseo atque si Hercules eum evellerit e petra et in lucem ad superos eduxerit?

*Gell. ibid. 11* item hoc — eduxerit? *cf. Serv. Aen. 6, 617.*

2 esse *Paris. et codd. fam. alt.* mors *codd. fam. alt.* 4 dixisset *sine* que *Bern. Paris. Voss. Lat. F 7*

*9* [*4*]

item in his versibus errasse Vergilium dicit [*Aen. 6, 838*]: 'eruet ille Argos Agamemnoniasque Mycenas / ipsumque Aeaciden, genus armipotentis Achilli / ultus avos Troiae, templa intemerata Minervae'. confudit inquit et personas diversas et tempora; nam neque eodem tempore neque per eosdem homines cum Achaeis et cum Pyrro bellatum est. Pyrrus enim, quem dicit Aeaciden, de Epiro in Italiam transgressus cum Romanis depugnavit adversus Manium Curium in eo bello ducem. Argivum autem bellum id est Achaicum multis post annis a L. Mummio imperatore gestum est. potest igitur inquit medius eximi versus, qui de Pyrro inportune inmissus est, quem Vergilius procul dubio exempturus inquit fuit.

*Gell. ibid. 14* item in his — inquit fuit. *cf. Serv. Aen. 6, 839.*

4 et temerata *Verg.* 8 (a)eacidem *Paris.* -ida *Bern. Voss. Lat. F 7* -id(a)e *rell.* de epyro *Regin. 597* de pyrro *Regin. 1646* dea e pyro *Voss. Lat. F 112* et e pirro (epyrro *Paris.*) *rell.* 10 manlium *Paris.*

† *10* [*7*]

sane Hesiodus [*theog. 1011*] Latinum Circes et Ulixis filium dicit, quod et Vergilius tangit dicendo [*Aen. 12, 164*] 'Solis avi specimen'. sed quia temporum ratio non procedit, illud accipiendum est Hygini, qui ait Latinos plures fuisse, ut intellegamus poetam abuti, ut solet, nominum similitudine.

*Serv. Aen. 7, 47* sane — similitudine. eadem fere id. Aen. 12, 164. *spreta contraria sententia non* nullorum (cf. Kirchner, Fleck.

*Jahrbb. suppl. 8. 1876 p. 482) haec superioribus similia fidenter libris De Vergilio adsignavi (cf. Bunte p. 28. Ribbeck p. 118 Serviumque auctorem in fr. 11).*

1 circae *Carol. Lips.* -ce *Sang.* -cis *Regin. Hamb.* circis *ex* circes *Floriac.* 4 ygini

*11* [*8*]

'velati lino' —. Caper et Hyginus hoc loco dicunt lectionem esse corruptam, nam Vergilium ita reliquisse confirmant 'velati limo'. limus autem est vestis, qua ab umbilico usque ad pedes prope teguntur pudenda poparum. haec autem vestis habet in extremo sui purpuram limam id est flexuosam, unde et nomen accepit; nam limum obliquum dicimus, unde et Terentius [*eun. 601*] 'limis oculis' dicit, id est obliquis.

*Serv. Aen. 12, 120* 'velati lino'. atqui fetiales et pater patratus, per quos bella vel foedera confirmabantur, numquam utebantur vestibus lineis. — Caper tamen et Hyginus — obliquis. *cf. Don. Ter. eun. 3, 5, 53$^{2-3}$. Isid. or. 15, 14, 2. 16, 1, 2. 19, 33, 4. Tiro fr. 14. ista ex libris solum De Vergilio manavisse possunt; cf. fr. 4.*

EX EXEMPLIS

*12* [*HRR 1 Peter*]

ad eas laudes [*Mausoli regis*] decertandas venisse dicuntur viri nobiles ingenio atque lingua praestabili, Theopompus Theodectes Naucrates; sunt etiam qui Isocratem ipsum cum his certavisse memoriae mandaverint; sed eo certamine vicisse Theopompum iudicatum est. is fuit Isocratis discipulus. extat nunc quoque Theodecti tragoedia, quae inscribitur Mausolus, in qua eum magis quam in prosa placuisse Hyginus in exemplis refert.

*Gell. 10, 18, 6* ad eas laudes — refert.

3 naucrites socratem (sacr. *Voss. Lat. F 7*) *codd.: em. Magliab. m. 2* 6 socratis *Paris.*

EX URBIUM ITALICARUM LIBRIS

*13* [*8*]

*lib. II.* qui [*Vergilius*] cum legisset Hernicos, quorum *est Anagnia,* a Pelasgis oriundos appellatosque ita a quo-

dam Pelasgo duce suo, qui Hernicus nominabatur, morem quem de Aetolia legerat, Hernicis adsignavit, qui sunt vetus colonia Pelasgorum. et Hernicum quidem hominem Pelasgum ducem Hernicis fuisse Iulius Hyginus in libro secundo urbium non paucis verbis probat.

*Macrob. 5, 18, 15* qui — probat.

2 quodā *om. Paris.*

*14* [*12*]

Agylla civitas est Tusciae a conditore Agella appellata, cui ex inscitia Romana aliud est inditum nomen. nam cum Romani euntes per Tusciam interrogarent Agyllinos quae diceretur civitas, illi ut pote Graeci, quid audirent ignorantes et optimum ducentes si prius eos salutarent, dixerunt χαῖρε; quam salutationem Romani nomen civitatis esse putaverunt et detracta aspiratione eam Caere nominarunt, ut dicit Hyginus in urbibus italicis.

*Serv. Aen. 8, 597* Agylla — italicis. — alii Caere montem putabant, ab hoc oppidum dictum. *cf. id. ibid. 10, 183. Strabo 5, 220.*

4 audier̄ *Regin.* audierant *Lips.* -erint *ex* -erent *Monac.* 6 XHPЄ *Lips.* X☰HPE *Monac.* 7 cere 8 ign̄ *Regin.* iginus *Lips. Hamb.* yginus *Monac. Floriac.*

*15* [*11*]

Ardea quasi ardua —, licet Hyginus in italicis urbibus ab augurio avis ardeae dictam velit.

*Serv. Aen. 7, 412* Ardea quasi ardua dicta est id est magna et nobilis, licet — velit. illud namque Ovidii in metamorphoseos [*14, 574*] fabulosum est, incensam ab Hannibale Ardeam in hanc avem esse conversam. sciendum tamen ardeam avem κατὰ ἀντίφρασιν dictam, quod brevitate pennarum altius non volat. *cf. Ovid. ibid., qui fortasse Hyginum secutus est. vd. etiam Isid. or. 12, 7, 21.*

2 ardeam *Lips. Hamb. Monac.*

† *16* [*5*]

Italia Hesperia dicitur a fratre Atlantis, qui pulsus a germano Italiam tenuit eique nomen pristinae regionis *inposuit,* ut Hyginus docet.

*Serv. Aen. 1, 530* ceterum Italia — docet.

*3* doc. Hyg. *nonnulli* codd.

*† 17* [*6*]

regionem istam, quae nunc vocatur Italia, regno Ianus optinuit, qui, ut Hyginus Protarchum Trallianum secutus tradit, cum Camese aeque indigena terram hanc ita participata potentia possidebant, ut regio Camesene, oppidum Ianiculum vocitaretur. post ad Ianum solum regnum redactum est, qui creditur geminam faciem praetulisse, ut quae ante quaeque post tergum essent intueretur; quod procul dubio ad prudentiam regis sollertiamque referendum est, qui et praeterita nosset et futura prospiceret, sicut Antevorta et Postvorta, divinitatis scilicet aptissimae comites, apud Romanos coluntur. hic igitur Ianus, cum Saturnum classe pervectum excepisset hospitio et ab eo edoctus peritiam ruris ferum illum et rudem ante fruges cognitas victum in melius redegisset, regni eum societate muneravit. cum primus quoque aera signaret, servavit et in hoc Saturni reverentiam, ut quoniam ille navi fuerat advectus, ex una quidem parte sui capitis effigies, ex altera vero navis exprimeretur, quo Saturni memoriam in posteros propagaret. — cum inter haec subito Saturnus non comparuisset, excogitavit Ianus honorum eius augmenta. ac primum terram omnem dicioni suae parentem Saturniam nominavit, aram deinde cum sacris tamquam deo condidit, quae Saturnalia nominavit.

*Macrob. 1, 7, 19* regionem — propageret. — cum inter — nominavit.

*† 18* [*7*]

hi [*Pelasgi*] primi Italiam tenuisse perhibentur. — Hyginus dicit Pelasgos esse qui Tyrrheni sunt. hoc etiam Varro [*fr. 400*] commemorat.

*Serv.* (*Dan.*) *Aen. 8, 600* hi — perhib. — Hyginus — commemorat. *cf. Dionys. H. 1, 25.*

*19* [*9*]

Sabini a Lacedaemoniis originem ducunt, ut Hyginus ait de origine urbium italicarum, a Sabo, qui de Perside Lacedaemonios transiens ad Italiam venit et expulsis Siculis *tenuit loca quae* Sabini habent. nam et partem Persarum

nomine Caspiros appellare coepisse, qui post corrupte Casperini dicti sunt.

*Serv. Dan. Aen. 8, 638* Sabini — dicti sunt. *cf. Porc. Cato fr. 8.*

1 dicunt *F(loriac.)* 2 in orbium italascim *F* Sabo *Daniel* Sabone *F* 6 Casp. *Buecheler* casperin *F* Casperuli *Daniel* dicti *Daniel* victi *F*

## INCERTAE SEDIS

### *20 [deest ap. Bunte]*

o⟨rba⟩ — Hyginus. . . . . . . . . . . . . . inter-serunt . . . . . . . . . . . . . . . . . adnocros . . . . . . . . . . . . . . . sse.

*Fest. p. 182ᵃ, 7* o⟨rba . . . . .⟩ Cornificius [*fr. 13*]. Hyginus — . . sse. *cf. Cornificius ad l. c.*

1 ryginus *cod.*

### *21 [15 Peter]*

ut Hyginus et Tubero dicunt, machinamentum bellicum fuit [*equus Troianus*], quod equus appellatur, sicut aries, sicut testudo, quibus muri vel discuti vel subrui solent.

*Serv. (Dan.) Aen. 2, 15* de hoc equo [*Troiano*] varia in historiis lecta sunt. ut Hyginus — solent. *cf. Plin. n. h. 7, 202. iniuria Bunte (p. 28) haec libris De Vergilio tribuit, cum Servius et ex historiis se hausisse diserte dicat, et rerum scriptorem iuxta Hyginum commemoret (cf. Ribbeck p. 121).*

## DUBIUM

### *22 [deest ap. Bunte]*

scriptum in quodam commentario repperi versus istos a Vergilio ita primum esse recitatos atque editos [*g. 2, 224*]: 'talem dives arat Capua et vicina Vesevo / Nola iugo'; postea Vergilium petisse a Nolanis, aquam uti duceret in propincum rus, Nolanos beneficium petitum non fecisse, poetam offensum nomen urbis eorum, quasi ex hominum memoria, sic ex carmine suo derasisse oramque pro Nola mutasse atque ita reliquisse: 'et vicina Vesevo / ora iugo'.

*Gell. 6, 20, 1* scriptum — iugo ea res verane an falsa sit, non laboro; quin tamen melius suaviusque ad aures sit ora quam Nola, dubium id non est. nam vocalis in priore versu extrema eademque in sequenti prima canoro simul atque iucundo hiatu tractim sonat. *cf. Serv. Dan. g. 2, 224. Serv. Aen. 7, 740. ista narratiuncula vulgo Hygino tribuitur (cf. Ribbeck p. 23), Probo contra a Nettleshipo (Lectures and essays. Oxford 1885 p. 274). ego de mutatione vocis Nolae a Vergilio facta non dubito, sed causa mutationis tam futilis ac maximo viro indigna est, ut eam aetate posteriore vel ab obtrectatore quodam Vergilii fictam esse credam, quod eo facilius fieri potuit cum Nola, apud quam Vergilius acceptum secessum habebat (Suet. vita Verg. p. 57 R.), nusquam in georgicis aut alibi legeretur.*

FALSUM

*23*

Hyllus libro quem de dis composuit ait Vitulam vocari deam, quae laetitiae praeest.

*Macrob. 3, 2, 13* Hyllus — praeest. *'Hyllus' nomen est probum et usitatum; de supposito Hygino cf. test. 12. de re Varro fr. 135. Piso fr. 6.*

1 hylus *Paris.*

# C. MAECENAS MELISSUS

## A. TESTIMONIA

VITAE

*1. 'C. Melissus' Suet. Ps-Acro (qui falso 'Gneus'), 'Maecenas Melissus' Plin., ceteroqui 'Melissus'.*

*2. Suet. de gramm. 21* C. Melissus Spoleti natus ingenuus, sed ob discordiam parentum expositus, cura et industria educatoris sui altiora studia percepit ac Maecenati pro grammatico muneri datus est. cui cum se gratum et acceptum in modum amici videret, quamquam asserente matre, permansit tamen in statu servitutis praesentemque condicionem verae origini anteposuit; quare cito manumissus Augusto etiam insinuatus est.

*3. Hieron. ad a. Abr. 2013 = 750/4* Melissus Spoletinus grammaticus agnoscitur. *itaque fuit Hygino aetate suppar (cf. De biblioth. test. 15).*

*4. Plin. n. h. 28, 62* triennio Maecenatem Melissum accepimus silentium sibi imperavisse a convolsione reddito sanguine. *cf. Münzer, Quellenkr. d. Ng. d. Plin.* p. 367.

## DUBIA

*2*

'pictique Agathyrsi' —. hos Melissus ab Homero † Achabas appellari ait.

*Serv. Dan. Aen. 4, 146* 'pictique Agathyrsi' populi sunt Scythiae —. hos — ait.

2 Ach.] *'Αβίους Heyne; cf. Il. 13, 6*

*3*

Olympionicas multos fuisse adfirmat Milestos.

*Schol. Veron. Aen. 3, 705* Olympionicas — Milestos. *cf. supra praef. ad fragm.*

*4*

clunes feminino genere dixit Melissus et habet auctorem Laberium, qui in Ariete sic ait [*v. 7 Ribb.*[3]]: 'vix sustineo clunes' * * et Horatius [*sat. 1, 2, 89*] '⟨pulchrae clunes⟩' et Scaevola [*FPR 2 B.*] 'lassas clunes'.

*Char. p. 101, 4 (= Plin. dub. serm. p. 63, 9 B.)* clunes feminino — l. clunes. sed Verrius [*fr. 15*]. *hinc Beda orth. p. 266, 6* clunes feminino genere dixit Melissus, sed Verrius Flaccus [*fr. idem*]. *Inc. de dub. nom. CGK V 575, 24* clunes generis feminini; ut Scaevola 'lassas clunes'. *fortasse primus horum auctor Caper fuit (cf. de verb. dub. p. 108, 17* clunis hic, non haec *et Keil, praef. ad Caprum p. 88 sq.). cf. Verrius ad l. c.*

3 clunes scęvola et horatius et lassas clunes: *lacunam sign., locum em. Haupt*

*5*

clibanus generis masculini, ut Melissus docet.

*Inc. de dub. nom. CGK V 575, 8 (= Plin. dub. serm. p. 62, 6 B.)* clibanus — docet. *haec opinor ex Capro (cf. de verb. dub. p. 108, 16* clibanus hic, non clibanum) *manaverunt; cf. Keil, praef. ad De dub. nom. p. 570.*

Clibanum *Laud.* Clybanum *Monac.*

*6*

myotacismus est quotiens inter duas vocales m positum *exprimitur, ut si dicas* 'hominem amicum', 'oratorem opti-

mum'. non enim videris dicere 'hominem amicum' sed 'homine mamicum', quod est incongruum et inconsonans. similiter 'oratorem optimum' videris dicere 'oratore moptimum'. bonam rationem dixit Melissus, quo modo vitandum est hoc vitium, ne incurramus in aliud vitium. plerumque enim aut suspensione pronuntiatur aut exclusione: suspensione pronuntiatur si dicas 'hominem amicum', interponas aliquid puta, 'oratorem optimum'; aut certe si velis excludere, 'homine amicum', 'oratore optimum'. nos quid sequi debemus? quid? per suspensionem tantum modo. qua ratione? quia si dixeris per suspensionem 'hominem amicum', et hoc vitium vitabis myotacismum et non cades in aliud vitium id est in hiatum.

*Pomp. comment. p. 287, 7* myotacismus — in hiatum. *hic videtur esse Aelius Melissus ut qui scripserit de loquendi proprietate (Gell.).*

8 excl.] ex solutione *Paris. Sang. 1179 et 1180 Berol.* 10 int. al. p. *secl. Keil* 16 hiatus *iidem codd. et Paris. 7530*

*de C. Melisso in gloss. Verg. (g. 2, 402 ex cod. Vatic. saec. XV) falso intellecto cf. Mommsen, Herm. 8 (1874) p. 67 sq. pariter de alio loco Melisso tributo cf. infra Maecenas test. 2.*

# CORNELIUS BALBUS

*Cornelius Balbus ἐξηγητικῶν scriptor is esse videtur qui 'minor' appellatur (cf. Cic. ad Att. 8, 9, 4. 11, 5. 15ª, 3. 9, 6, 1. 11, 12, 1). 'L. Cornelius P. f. Balbus' (CIL I² p. 50) Gaditanus (Strabo 3, 169. Vell. Pat. 2, 51, 3) Balbi familiarissimi Caesari nepos (Suet. Iul. 81; a. 706/48) a. 710/44 quaestor (Cic. ad fam. 10, 32, 1), a. 722/32 consul ut videtur suffectus (CIL I² p. 66. 68; cf. Prosop. imp. Rom. 1, 440 / 1073. 439 / 1057), a. 735/19 proconsul Africae de Garamantibus triumphavit (CIL I² p. 50. Plin. n. h. 5, 36. Solin. 29, 7. Vell. Pat. 2, 51, 3. Strabo 3, 169), pontifex (Vell.); theatrum Romae, quod a. 741/13 apertum est, aedificavit (Plin. n. h. 36, 60. Suet. Aug. 29. Tac. ann. 3, 72. Cass. Dio 54, 25, 2).* scripsit praetextam de suo *itinere ad Lentulum procos.* sollicitandum (Cic. ad fam. 10, 32, 3).

# FRAGMENTA

## *ΕΞΗΓΗΤΙΚΩΝ*

*ἐξήγησις potest intellegi tam pontificia (ut apud fana Graeca ἐξηγηταὶ erant religionum interpretes) quam grammatica. hi ἐξηγητικῶν libri, si non verus propriusque Vergilii commentarius fuerunt, Vergilianas quaestiones amplexi esse videntur (cf. fr. 1. 2). quod si ita est, Cornelius, qui in fr. 3 legitur, idem Balbus esse potest (cf. Ribbeck, proleg. ad Verg. p. 28). multo incertior de fr. 4 res est; si tamen pro Cornuto Scholiorum Bern. et Cornificio Philargyrii recte Cornelius restitutus est, argumentum melius ad Cornelium Balbum quam ad Cornelium Gallum (sic vult Ribbeck ibid. p. 97) quadrat. denique de fr. 5, quod fortasse a Pomponio Laeto ex Probi scholiis locupletioribus haustum est, cf. Jahn, proleg. ad Pers. CXLVII adn. 1; de Serv. Dan. g. 1, 12 cf. Ribbeck p. 27.*

### *1*

*lib. XVIII.* 'haec ubi dicta, dapes iubet et sublata reponi / pocula gramineoque viros locat ipse sedili' [*Aen. 8, 175*]. non vacat quod dixit sedili; nam propria observatio est in Herculis sacris epulari sedentes, et Cornelius Balbus ἐξηγητικῶν libro octavo decimo ait apud aram maximam observatum, ne lectisternium fiat.

*Macrob. 3, 6, 16* haec ubi — fiat. *cf. Serv. Aen. 8, 176.*

5 exhegeticon ait] ita *Bamb.* id *Paris.*

### *† 2*

Cornelius Balbus Hymenaeum ait Magnetis filium musicae artis peritum pulchritudine muliebri, dum nuptias Liberi patris et Althaeae religiosis cantibus celebrat, exspirasse; propter quod ei talis honor in nuptiis adtributus est, ut celebratio nominis eius nuptiarum iungendarum perpetuum omen esset.

*Serv. Dan. Aen. 4, 127* 'hic Hymenaeus erit' id est hae erunt nuptiae. — Cornelius — esset.

6 omen *Masvicius*: nomen

## DUBIA

### *3*

Ne⟨rine patronymicon Graecum est. aliter Cornelius⟩ epi*theton dicit* Nerine, ut declararet ⟨Sicu⟩lam esse Galateam.

*Schol. Veron. buc. 7, 37* Galatea Nerei filia a Polyphemo cyclope adamata conplexum eius evitans in mare se praecipitavit. Ne⟨rine⟩ — Galateam.

1 N. patr. G. est *suppl. Thilo coll. Servio ad hunc l.* al. Corn. *Jahn* alii Cornelii *Mai Keil*

*4*

dicit Cornelius ab ipso Vergilio audisse, quod Caelium Mantuanum quendam tetigit [*Vergilius*], qui consumptis omnibus facultatibus nihil sibi reliquit nisi locum trium ulnarum, spatium ad sepulturam et Caeli pro Caelii dixit. — item Asconius Pedianus ait se audisse Vergilium dicentem in hoc loco se grammaticis crucem fixisse; quaesituros eos si quis studiosius occuleretur. dicit autem propter Caelium Mantuanum.

*Schol. Bern. buc. 3, 105* dicit Cornelius — dixit. — item — Mantuanum. *item Philarg. ad hunc l. cf. Serv. ibid.*

1 Cornelius *Ribbeck* Cornutus *cod.* Cornificius *Philarg. cf. Hagen, Fleck. Jahrbb. suppl. 4 (1867) p. 712* aud. ⟨se⟩ *vg.* caelum 5 Ascon. Ped.] *non quadrat ob tempora; cf. Ribbeck p. 97 sq.*

*5*

'et tandem'. Probus: his duobus versibus, inquit, finitur hic liber in Tuccae et Cornelianis commentariis, et Vergilium ita etiam finisse manifestum est et inchoasse sextum librum 'obvertunt'.

*Pompon. Sabin. ad Aen. 6, 1* et tandem — obvertunt.

2 Corn.] Vari Vergilianis *coni. Wagner*

# VERGILII OBTRECTATORES

*Suet. rell. p. 65 R.* obtrectatores Vergilio numquam defuerunt, nec mirum; nam ne Homero quidem. *de Homeri obtrectatoribus sophistis rhetoribus grammaticis cf. Lehrs, de Arist. stud. Hom.*[2] *p. 199 sq. inter Vergilii obtrectatores huc solos grammaticos rettuli; poetas inferius collocavi. de M. Vipsanio Agrippa vd. item inferius.*

## CARVILIUS PICTOR

*Suet. rell. p. 65 R.* est et adversus Aeneida liber Carvili Pictoris titulo Aeneomastix.

*'Carbili' (ita traditur) per v scribendum est, ut correxit Gronovius. huic scriptori locus Servii Aen. 5, 521 (= fragm. quod continuo sequitur) vulgo tribuitur; sed cum a Servio ad versum bucolicorum (buc. 2, 23 = ibid. fr. 2) rursus Vergiliomastix sic ut altero loco memoretur, quod ad 'Aeneomastix' vix aptari potest, Vergiliomastigis scriptor a Carvilio segregandus esse videtur.*

2 aeneidosmastix *Sang., unde* Aeneidomastix *Hagen post Lehrsium qui tamen ipse comparavit* Ὁμηρομάστιξ *et* Ciceromastix (*Gell. 17, 1, 1*)

## VERGILIOMASTIX

*1*

'artemque pater arcumque sonantem'. culpat hoc Vergiliomastix, artem enim in vacuo aere ostendere non poterat.

*Serv. Aen. 5, 521* artemque — poterat. quamquam dicant periti posse ex ipso sagittariorum gestu artis peritiam indicari.

*2*

sane hunc versum male distinguens Vergiliomastix vituperat: 'lac mihi non aestate novum, non frigore; / defit' id est semper mihi deest.

*Serv. buc. 2, 23* sane hunc — deest.

## HERENNIUS

*Suet. rell. p. 65 R.* Herennius tantum vitia eius [*Vergilii*] — contraxit.

*huius vituperationis in mores et in artem Vergilii scriptae vestigia apud Servium et Macrobium extant, quae Ribbeck subtiliter indagavit (l. c. p. 99 sq.). de Vergilii turpibus* amoribus *cf. Serv. buc. 2, 1. 5, 89. 2, 15.* 3, 20 (Suet. rell. p. 57 R.); de *poetico artificio cf. Serv.* Aen. 8, 552. 288. 291. 1, 275. 450. *3, 276. 10, 157. 861. 12,* 83 etc. Macrob. lib. VI.

## PERELLIUS FAUSTUS

*Suet. rell. p. 65 R.* Perellius Faustus furta contraxit [*Vergilii*].

*id. ibid. p. 66* Asconius Pedianus libro, quem contra obtrectatores Vergilii scripsit, pauca admodum obiecta ei proponit eaque circa historiam fere et quod pleraque ab Homero sumpsisset, sed hoc ipsum crimen sic defendere assuetum ait, cur non illi quoque eadem furta temptarent; verum intellecturos facilius esse Herculi clavam quam Homero versum subripere. *cf. Ribbeck, proleg. ad Verg. p. 99. 112.*

*gentile nomen in titulis saepius scribitur* Perelius faustinus *Sang.*

## Q. OCTAVIUS AVITUS

*Suet. rell. p. 65 R.* sed et Q. Octavi Aviti ὁμοιοτήτων octo volumina, quos et unde versus transtulerit [*Vergilius*], continent.

*versus, quos Vergilius aliunde petivit, investigantur a Serv. Aen. 1, 140. 224. 2, 241. 274. 4, 404. 6, 219. 625. 845. 8, 631. 9, 163. 225. 501. 10, 104. 396. 11, 27. 259. 601. 608. 660. 12, 115. 499. 552. g. 2, 42. 98. 3, 76. Macrob. 5, 2, 17 sq. et lib. VI. scriptor fortasse idem est cum Octavio Avito legato proconsulis Africae in Plinii epist. 9, 33, 9 (cf. Prosop. imp. Rom. 2, 426/21): tum propius afuit aetate a Traiano quam ab Augusto.*

1 sed *codd.* sunt *vg.* (*unde* quae *ante* quos *add. Reifferscheid*) quinti octavi aviti *Sang. Paris.* quae octaviani *Bern. m. 1* ὁμοιοτ. *Hagen* ΟΜΟΙΟΤΕΛΕΥΤΩΝ *Sang.* homoeotheleuton *rell.* homoeon elenchon *Reifferscheid*

# EX IGNOTIS COMMENTARIIS

*Fest. p. 210ᵇ, 2* pedam vestigium humani praecipue *pedis* appellasse antiquos in commentariis quibusdam inveniri solet.

# VARII SCRIPTORES

## C. AELIUS GALLUS

*C. (de praenomine cf. fr. 7; etiamne CIA III 577?) Aelius Gallus iurisperitus idem procul dubio est ac praefectus Aegypti ab anno 727/27 (Strabo 2, 118. 17, 806), qui a. 729/25—730/24 in Arabiam arma intulit (Strabo 16, 780 sq. 17, 819 sq.; Plin. n. h. 6, 160. Cass. Dio 53, 29 al.) et Strabonis familiaris fuit (Strabo 2, 118. 17, 806); ita enim ut statuamus nihil obstat. qui si a Bremero 'non iuris consultus sed potius grammaticus iuris non ignarus' habetur (iurispr. antehadr. 1, 245), frustula tamen quae extant aliter rem esse ostendunt, ubi verborum tantum definitiones significationesve doctrinam iurisperiti redolentes deprehenduntur (cf. Reitzenstein, Verr. Forsch. p. 81 sq.).*

### FRAGMENTA

#### DE SIGNIFICATIONE VERBORUM

#### QUAE AD IUS CIVILE PERTINENT

*operis libri duo fuerunt (Lachmann, Zeitschr. f. gesch. Rechtsw. 11, 117), quos rerum potius quam litterarum ordinem secutos esse cum Reitzensteinio consentio (l. c. p. 84 adn. 2). vide etiam in fr. 18 voces 'religiosus sacer sanctus' simul pertractatas.*

*1 [IA 5 Bremer]*

*lib. I.* p a r i e s  e s t,  s i v e  m u r u s  s i v e  m a c e r i a  e s t.

*Dig. 50, 16, 157* Aelius Gallus libro primo de verborum quae ad ius pertinent significatione: paries — m. est.

*2 [9]*

*l. I.* postliminium receptum Gallus Aelius in libro primo significationum, quae ad ius pertinent, ait esse eum qui liber, ex qua civitate in aliam civitatem abierat, in eandem civitatem redit eo iure, quod constitutum est de postliminis; item qui servos a nobis in hostium potestatem pervenit, postea ad nos redit in eius potestatem, cuius *antea fuit,* iure postlimini. equi et muli et navis eade

ratio est postliminium receptionis quae servi. quae genera rerum ab hostibus ad nos postliminium redeunt, eadem genera rerum ⟨a⟩ nobis ad hostis redire possunt. cum populis liberis et cum foederatis et cum regibus postliminium nobis est ita uti cum hostibus; quae nationes in dicione nostra sunt, cum his ⟨postliminium non est⟩.

*Fest. p. 218ᵇ, 19* postliminium — ⟨non est⟩. *cf. Ser. Sulp. fr. 8. Isid. or. 5, 27, 28. CGL IV 146, 32. 274, 6. V 37, 29. 235, 5. 603, 29. 52 al.*

1 post liminium  Gallius  5 itemque  8 reciptum is quae sirvi  10 a *add. OMue.*  13 dic.] opinione

*3 [24]*

*l. I.* via est, sive semita sive iter est.

*Dig. 50, 16, 157 [post fr. 1]* item via — iter est.

*4 [22]*

*l. II.* torrens — significat etiam fluvium subitis imbribus concitatum, qui alioqui siccitatibus exarescit, cuius aquam ipsam quae fluit flumen recte dici ait Aelius Gallus l. II, quae ad ius pertinent. ceterum volgi consuetudine utrumque iam dici flumen, et perennem fluvium et torrentem.

*Fest. p. 352ᵇ, 27* torrens participialiter pro exurens ponitur, ut est apud Pacuvium in Antiopa [*v. 13 Ribb.*[3]]: 'flammeo vapore torrens terrae fetum exusserit'. significat — torrentem. *cf. Isid. or. 13, 21, 1. 2. diff. verb. 244. app. XXIII diff. verb. 8. Serv. et Schol. Veron. Aen. 2, 305. Schol. Bern. app. II georg. 2, 147. 451. CGL IV 185, 17. 397, 35. V 201, 26.*

2 cuius aquam] qui usa quam

*5 [12]*

*l. II.* reus est qui cum altero litem contestatam habet, sive is egit sive cum eo actum est. reus stipulando est idem qui stipulator dicitur, quippe suo nomine ab altero qui stipulatus est, *non* is qui alteri adstipulatus est. reus pro*mittendo* est qui suo nomine alteri quid promisit, ⟨*non*⟩ qui pro altero quid promisit.

*Fest. p. 273ᵃ, 13* reus nunc dicitur qui causam dicit, et item qui quid promisit spoponditve ac debet. at Gallus Aelius l. II significationum verborum, quae ad ius pertinent, ait: reus est — alt. quid promisit. at Capito Ateius [*fr. 10*]. *cf. Isid. or. 10, 238. 18, 15, 7. CGL III 276, 60. IV 279, 57.*

2 is] his 4 quibus pepulatus est, non his qui alter: *em. Urs.* 7 non *add. OMue.* quive *vg.*

## *6* [*15*]

*l. II.* saltus est ubi silvae et pastiones sunt, quarum causa casae quoque: si qua particula in eo saltu pastorum aut custodum causa aratur, ea res non peremit nomen saltus, non magis quam fundi, qui est in agro culto et eius causa habet aedificium, si qua particula in eo habet silvam.

*Fest. p. 302ᵇ, 20* saltum Gallus Aelius l. II significationum, quae ad ius pertinent, ita definit: saltus est — silvam. *cf. Varro de l. L. 5, 36. Non. p. 387, 7. Isid. or. 14, 8, 25. 17, 6, 8. CGL IV 166, 10. 281, 30.*

4 saltui *cod.* saltuis *Scal. an* saltuus? (*cf. fr. 17, 3*)

## *7* [*23*]

*l. II.* C. Aelius Gallus in libro de significatione verborum, quae ad ius civile pertinent, secundo vestibulum esse dicit non in ipsis aedibus neque partem aedium, sed locum ante ianuam domus vacuum, per quem a via aditus accessusque ad aedis est, cum dextra sinistraque ianuam tectaque sunt viae iuncta atque ipsa ianua procul a via est area vacanti intersita.

*Gell. 16, 5, 2* animadverti enim quosdam hautquaquam indoctos viros opinari vestibulum esse partem domus primorem, quam vulgus atrium vocat. C. Aelius — intersita. *Macrob. 6, 8, 16* C. Aelius [caecilius *Paris.*] Gallus vir doctissimus in libro — accessusque ad fores aedium sit. ipsa enim ianua procul a via fiebat, area intersita quae vacaret. *cf. Non p. 53, 3. Serv. Aen. 2, 469. 6, 273* (*Varro fr. 460*).

1 Celius *Paris.* C(a)ecilius *rell.: em. Pontanus* 6 tecta quae *Magliab. Regin. 597 et 1646* Paris. m. 2 tecte Voss. *Lat. F 112* tecta *Carrio* tecta saepiunt Madvig <antae> tectaque *Mommsen*

*8* [*1*]

Gallus Aelius putat si vestimenta aut scyphus petita sint, in fructu haec numeranda esse, quod locata ea re mercedis nomine capi potuerit.

*Dig.* *22, 1, 19* Gaius libro sexto ad legem duodecim tabularum. — Gallus — potuerit.

2 *et* 3 quae *et* potuerint *Heimbach*

*9* [*2*]

municeps est — qui in municipio liber natus est, item qui ex alio genere hominum munus functus est, item qui in municipio ex servitute se liberavit a municipe.

*Fest. p. 142 b, 6* municeps est, ut ait Aelius Gallus, qui — municipe. *cf. Paul. p. 131, 3. 127, 1. Gell. 16, 13. Isid. or. 9, 3, 21. 4, 21. 15, 2, 10. diff. verb. 371. Anecd. H. p. 242, 25. Dig. 50, 1, 1. 16, 18. CGL IV 259, 41. V 32, 17. 85, 14. 15.*

*10* [*3*]

necessari sunt — qui aut cognati aut adfines sunt, in quos necessaria officia conferuntur praeter ceteros.

*Fest. p. 162 b, 9* necessari sunt, ut Gallus Aelius ait, qui — ceteros. *cf. Paul. p. 163, 15. Gell. 13, 3, 4. Non. p. 354, 7. CGL II 380, 3. IV 124, 8.*

1 aut adf.] aut aut adf.

*11* [*4*]

nexum est — quodcumque per aes et libram geritur; id quod necti dicitur. quo in genere sunt haec: testamenti factio, nexi datio, nexi liberatio.

*Fest. p. 165 a, 20* nexum est, ut ait Gallus Aelius, quodc. — liberatio. *cf. M'. Manil. fr.* 1. Muc. Scaev. fr. 5.

*3* *factione* · XI · dando nexi liberanto

*12* [*deest*]

orba est . . . . . . . . . . . . . . . . tris est ante ⟨. . . . . . . . . . . . . . . . G⟩allus Aelius . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*Fest. p.* 182*a*, *4* orba — Aelius . . . *cf. Ser. Sulp. fr.* 5.

1 *sq. lacuna expleri non potest* *fort.* pa⟩tris

*13* [*6*]

perfugam Gallus Aelius ait qui liber aut servus aut hostis sua voluntate ad hostes transierit.

*Fest. p. 214 b, 14* perfugam — transierit. qui idem dicitur transfuga, quamquam sunt qui credant perfugam esse non tam qui alios fugiat quam qui ob spem commodorum ad quempiam perfugiat. *ista quoque fortasse ad Aelium pertinent. de re cf. Serv. Dan. Aen. 1, 2. Isid. app. XXIII diff. verb. 197. CGL II 200, 42. 369, 21. IV 397, 47. V 486, 56.*

2 sui

*14* [*7*]

petra est qui locus dextra ac sinistra fornicem expletur usque ad libramentum summi fornicis.

*Fest. p. 206 b, 12* petrarum genera sunt duo, quorum alterum naturale saxum prominens in mare —; alterum manu factum, ut docet Aelius Gallus: petra est — fornicis.

*15* [*8*]

possessio est — usus quidam agri aut aedifici, non ipse fundus aut ager. non enim possessio est ⟨e⟩ rebus quae tangi possunt, ⟨neque⟩ qui dicit se possidere is habere ⟨se⟩ potest dicere. itaque in legitimis actionibus nemo ex his qui ⟨agunt⟩ possessionem suam vocare audet, sed ad interdictum venit, ut praetor his verbis utatur: 'uti nunc possidetis eum fundum q. d. a., quod nec vi nec clam nec precario alter ab altero possidetis, ita possideatis: adversus ea vim fieri veto'.

*Fest. p. 233a, 1* possessio est, ut definit Gallus Aelius, usus — veto. *cf. Fest. p. 241a, 23. Isid. or.* 15, 13, 3. CGL II 356, 1. *III 356, 44. IV 378, 33.* *Dig.* 43, 17, 1. Gai. inst. 4, 153 sq.

3 e *add. Huschke* neque *add. Cuiacius* nec suum *Mommsen* 4 his vere *cod.* is hab. se *scripsi* is suam rem *Huschke* 5 nemo ex iure Quiritum *coni. Cuiacius* 6 agunt *addidi* 8 *i. e.* q(uo) d(e) a(gitur)

*16* [*deest*]

reciperatio est — cum inter populum et reges nationesque et civitates peregrinas lex convenit, quomodo per reciperatores reddantur res reciperenturque, resque privatas inter se persequantur.

*Fest. p. 274 b, 21* reciperatio est, ut ait Gallus Aelius, cum — persequantur. *cf. CGL II 238, 30. 277, 32. III 336, 45. V 659, 26.*

*17* [*deest*]

relegati dicuntur proprie, quibus ignominiae aut poenae causa necesse est ab urbe Roma aliove quo loco abesse lege senatuusve consulto aut edicto magistratuus, ut etiam Aelius Gallus indicat.

*Fest. p. 278 b, 6* relegati — indicat. *cf. Isid. or. 5, 27, 29. diff. verb. 200. CGL II 304, 12. V 386, 40. 387, 18.*

1 proprię poene 3 leges: *em. Urs.* senatuique: *em. Reitzenstein, Verr. Forsch. p. 84 adn. 1*

*18* [*10*]

⟨religiosum ait⟩ esse Gallus Aelius quod homini ita facere non liceat, ut si id faciat contra deorum voluntatem videatur facere. quo in genere sunt haec: in aedem Bonae deae virum introire, adversus auspicia legem ad populum ferre, die nefasto apud praetorem lege agere. inter sacrum autem et sanctum et religiosum differentias bellissime refert: sacrum aedificium consecratum deo, sanctum murum qui sit circum oppidum, religiosum sepulcrum ubi mortuus sepultus aut humatus sit, satis constare ait; sed illa proportione quadam et temporibus eadem videri posse, si quidem quod sacrum est idem lege aut instituto maiorum sanctum esse putant, ⟨ut⟩ violari id *sine poena* non possit. idem religiosum quoque esse, quo*niam sit* aliquid quod ibi homini facere non liceat, quod

si faciat adversus deorum voluntatem videatur facere. similiter de muro et sepulcro debere observari, ut eadem et sacra et sancta et religiosa fiant, sed eo modo quo supra expositum est, cum de sacro diximus.

*Fest. p. 278*$^{b}$*, 15* ⟨religiosum ait⟩ — diximus. *cf. fr. 21. Fest. p. 289*$^{a}$*, 32. Nig. Fig. fr. 4. Trebatius fr. 4. Cic. de leg. 2, 57. Serv. Aen. 2, 365. 686. 11, 158. Isid. or. 10, 241. 15, 4, 1. diff. verb. 341. 498.*

1 relig. *add. Urs.* ait *O Mue.* 3 videantur generę edem 4 adv. mystici ęlegem id: *em. Augustinus* 10 illa prop. *scripsi* (*cf. Antist. Labeo fr. 16, 2*) ita portione *cod.* ut pro ratione — possint *O Mue.* item ratione *alii* 12 putat ut *Augustinus* 13 quoniam *Augustinus*: qui non iam 17 quo modo quod: *em. Urs.*

## *19* [*11*]

remancipatam Gallus Aelius esse ait quae mancipata sit ab eo, cui in manum convenerit.

*Fest. p. 277*$^{a}$*, 12* remancipatam — convenerit. *cf. Gai. inst. 1, 137. CGL II 171, 50.*

## *20* [*13*]

inter legem et rogationem hoc interest: rogatio est genus legis; quae lex, non continuo ea rogatio est. ⟨rogatio⟩ non potest non esse lex, si modo iustis comitiis rogata est.

*Fest. p. 266*$^{b}$*, 6* Gallus Aelius ait: inter legem — rogata est. *cf. Non. p. 383, 13. Isid. or. 2, 10, 1. 5, 10. diff. verb. 338. 339. Schol. in Lucan. 1, 176. CGL V 523, 19.*

3 rog. *add. Augustinus Urs.*

## *21* [*14*]

Gallus Aelius ait sacrum esse quodcumque more atque instituto civitatis consecratum sit, sive aedis sive ara sive signum sive locus sive pecunia sive quid aliud quod dis dedicatum atque consecratum sit; quod autem privati suae religionis causa aliquid earum rerum deo dedicent, id pontifices Romanos non existimare sacrum; at si qua sacra privata succepta sunt, quae ex instituto pontificum stato *die aut certo* loco facienda sint, ea sacra appellari, tam-

quam sacrificium: ille locus ubi ea sacra privata facienda sunt, vix videtur sacer esse.

*Fest. p. 318$^{b}$, 34* Gallus — sacer esse. *cf. fr. 18.*

1 quocumque modo: *em. Lachmann* 2 || Sive aedis 3 | Sive locum 4 privatis

## *22* [*17*]

senatus decretum a consulto Aelius Gallus sic distinguit, ut id dicat particulam quandam esse senatus consulti, ut cum provincia alicui decernitur, quod tamen ipsum senatus consulti est.

*Fest. p. 339$^{a}$, 20* senatus decretum — consulti est. *cf. Isid. or. 5, 12. 9, 4, 9. Schol. in Lucan. 1, 176. CGL II 480, 39. III 276, 39. IV 48, 33. V 331, 59. 406, 42.*

## *23* [*18*]

⟨sepu⟩lchrum est — ⟨locus in quo⟩ mortuus sepultus est, quod anti⟨qui bustum appel⟩labant; isque cippis aut ali⟨qua alia re mor⟩tui causa designatus est, intra ⟨quos fines se⟩pultura est facta.

*Fest. p. 339$^{b}$, 29* ⟨sepu⟩lchrum est, ut ait Gallus Ael⟨ius, locus⟩ — facta. *cf. Paul. p. 32, 4. Cic. de leg. 2, 64. Varro fr. 280$^{e}$. Serv. Dan. Aen. 3, 22. 11, 185. 201. Isid. or. 15, 11, 1. diff. verb. 522. app. XXIII diff. verb. 216. Schol. in Lucan. 9, 3. carm. epigr. 52, 2 B.*

1 *sq. expl. Urs. O Mue.* 3 hisque

## *24* [*19*]

sobrinus est — patris mei consobrini filius et matris meae consobrinae filius. femina isdem de causis appellat fratrem et fratrem patruelem et consobrinum et propius sobrino et sobrina. idem gradus in sobrina quoque sunt.

*Fest. p. 297$^{a}$, 6* sobrinus est, ut ait Gallus Aelius, patris — sunt. *Fest. p. 230$^{b}$, 31* propius sobrino mihi est consobrini mei *filius et* consobrinae meae filius [filia cod.] et patris mei con*sobrinus et* matris meae consobrinus [sequitur fr. 15]. cf. Don.

*Ter. andr. 4, 5, 6. Non. p. 557, 9. 10. Isid. or. 9, 6, 13. 14. CGL II 226, 42. 301, 26. IV 172, 49. 286, 49. V 246, 20.*

2 *post* femina *interpungit cod.* 4 sobrino *Urs.* consobrino *cod.*

*25* [*20*]

stirps est gent⟨is propagatio, ut⟩ quis a quoque est progna⟨tus⟩.

*Fest. p. 313 b, 33* quam [*stirpem*] Gall⟨us Aelius sic de⟩finit: stirps est — progna⟨tus⟩. *cf. Isid. or. 9, 5, 13. CGL IV 286, 29.*

1 stirpest qui

*26* [*21*]

Aelius Gallus de verbis ad ius civile pertinentibus vallos tegulas grandes, quae supra collicias infimae ponuntur, appellat.

*Serv. Dan. g. 1, 264* vallos quos aliqui palos, Graeci χάρακας, Homerus [*ut Il. 7, 441*] σκόλοπας ⟨vocat⟩. Aelius — appellat. *cf. CGL IV 294, 32. V 334, 38.*

DUBIA

*27* [*16*]

sanctum — Aelius ⟨. . . . . quod utrumque esse⟩ videatur, e⟨t sacrum et religiosum⟩.

*Fest. p. 317 b, 22* sanctum ⟨ait dici Opillus Aure⟩lius [*fr. 27*], quod ⟨nec sacrum est nec religiosum⟩; at Aelius — ⟨religiosum⟩. *cf. Ael. Stilo fr. 70.*

*28* [*deest*]

tumulus est ⟨cumulus are⟩nae editus secundum mare fluctibus in ⟨altum ele⟩vatus; unde similiter et manu fac⟨tus et na⟩turalis proprie dici potest.

*Fest. p. 355 b, 28* ⟨tumulum⟩ Aelius sic definit: tumulus — potest. *cf. Ael. Stilo fr. 76.*

*Reitzenstein (Verr. Forsch. p. 27) Aelio Gallo has quoque Pauli glossas vindicavit: p. 115, 11* levir; 136, 5 materterae; *6* matertera; *7* maior patruus; 8 maior avunculus; 9 maior *amita; 10* maior socer; *11* maior socrus. similia sunt ibid.

p. 13, 13 avus; *17* abavus; *18* atavus; *14, 1* avunculus; *4* amita. *de Aelio tamen auctore dubito, quippe qui nusquam verborum vim persequatur (aliter Willers, de Verr. Fl. glossar. interpr. p. 5).*

## FALSA

*de Char. p. 73, 20 cf. Valg. Ruf. p. 486 et Schoell, leg. XII tab. rell. p. 33. de locis nomine Galli simpliciter traditis vd. Bremer p. 112. 245. praeterea cf. Ael. Stilo ad fr. 21.*

# P. (?) ALFENUS VARUS

*P. (cf. Klebs, Pauly-Wiss. RE 1, 1472/8) Alfenus Varus est consul suff. anni 715/39 (CIL I[2] p. 158), pater fortasse P. Alfeni Vari cos. a. 755/2. cf. A Körte, Rh. Mus. 45, 173 sq. Klebs ibid. p. 1472 sq. Joers ibid. p. 1473 sq. Prosop. imp. Rom. 1, 49/379.*

## FRAGMENTA

### EX DIGESTORUM LIBRIS XXXX

*Ind. Florent.* Ἀλφηνοῦ digeston βιβλία τεσσαράκοντα. *horum Coniectanea (fr. 1) partem fuisse contra aliorum sententiam mihi persuasum est, cum duplici inscriptione rursus a Gellio unus idemque liber denotetur (Gell. 1, 22, 19 = Cic. ad fam. 10, 33, 5; cf. Mercklin, Fleck. Jahrbb. suppl. 3. 1860 p. 654 adn. 3); cui rei 'autem' particulae praepositio favet (fr. 1).*

*1 [IA 99 Bremer]*

*lib. XXXIV.* in foedere, quod inter populum Romanum et Carthaginienses factum est, scriptum invenitur ut Carthaginienses quotannis populo Romano darent certum pondus argenti puri puti, quaesitumque est, quid esset purum putum. respondi ego putum esse valde purum, sicut novum novicium dicimus et proprium propicium augere atque intendere volentes novi et proprii significationem.

*Gell. 7, 5, 1* Alfenus iureconsultus Servii Sulpicii discipulus rerumque antiquarum non incuriosus in libro digestorum tricesimo et quarto, coniectaneorum autem secundo: **in foedere, inquit quod — respondi inquit ego — significationem.** *sequitur Gellii refutatio. cf. Varro de l. L. 6, 63. Fest. p. 217 b, 16. Paul. Fest. p. 108, 20. Don. Ter. andr. 2, 6, 11. adelph. 5, 3, 10*[2]. *Non. p. 27, 19. 157, 30. Isid. or. 17, 5, 32. CGL V 525, 29.*

*2* [*59*]

Paulus libro secundo epitomarum Alfeni digestorum. lumen, id est ut caelum videretur; et interest inter lumen et prospectum, nam prospectus etiam ex inferioribus locis est, lumen ex inferiore loco esse non potest.

*Dig. 8, 2, 16* **Paulus — potest.**

*3* [*17*]

Paulus libro secundo epitomarum Alfeni. pueri appellatio tres significationes habet: unam cum omnes servos pueros appellaremus; alteram cum puerum contrario nomine puellae diceremus; tertiam cum aetatem puerilem demonstraremus.

*Dig. 50, 16, 204* **Paulus — demonstraremus.**

*4* [*4*]

Pomponius libro singulari enchiridii. — urbs ab urbo appellata est; urbare est aratro definire. et Varus ait urbum appellari curvaturam aratri, quod in urbe condenda adhiberi solet.

*Dig. 50, 16, 239* **Pomponius — ench. —** *6* **urbs — solet.** *cf. Varro de l. L. 5, 127. 135. 143. Fest. p. 375 a, 29. O Mueller pro 'Varus' 'Varro' legendum esse putat, sed Varus simpliciter Alfenus Varus in digestis saepius nuncupatur; cf. fr. 41. 45. 56 al. apud Bremer. praeterea in loco simili (Dig. 50, 16, 87) Alfenus auctor reperitur (cf. fr. 4 b Br.).*

# TITIUS

*etsi Titium umquam fuisse Merkel negavit* (prol. ad Ovid. *fast. p. LXXVI; cf. etiam* Mommsen C I L I 58), *nunc de eo nullum esse potest dubium* (Hertz, de L. Cinciis p. 35 sq.); qui

*cum Veranio a Festo opponatur (fr. 1), a Macrobio eodem capite una cum Veranio de verbis sacris item inducatur (fr. 3), iurisperitus rerum sacrarum scripti quam grammaticus habendus est. itaque mihi Hertzii c (ibid. p. 39) valde probatur non alium esse Tertium auctorem (3, 11, 5), qui de loco quodam Vergilii (Aen. 1, 736) et de ritu sacrorum scripsit. certe quidem corruptum esse videtur, cum veteri aetate (recentioris enim esse non potuit) Tertius praenomen tantum sit (c RE 6, 1714). cf. etiam Macrob. 1, 16, 28* (Titus de fe *Varronem et Iulium Modestum).*

## FRAGMENTA

### *1 [IA 1 Bremer]*

offendices ait esse Titius nodos quibus apex r et remittatur.

*Fest. p. 205ᵃ, 2* offendices — remittatur. at Veraniu *cf. CGL IV 132, 3.*

### *2 [2]*

Titi⟨us autem ait, quod ex lana fiat⟩ suc vest⟨imentum dici ricam idque esse⟩ triplex, q ⟨ficiant virgines inge⟩nuae patrimae m⟨atrima quod confec⟩tum lavetur aqua p⟨erenni et ting caeru⟩leum.

*Fest. p. 289ᵇ, 22* Titi⟨us⟩ — ⟨caeru⟩leum. *cf. Veran Gran. Fl. fr. 2.*

1 *sq. suppl. Urs. O Mue.* Titi⟨us⟩ *O Mue.* ⟨Titi

### *3 [deest]*

vitulari est voce laetari.

*Macrob. 3, 2, 11* primo pontificii iuris libro apud [*IA 1, 11 Br.*] hoc positum est, vitulari, de cuius ve ficatu Titius ita rettulit: vit. est v. l. *secuntur Varr Hyllus (cf. Hyginus fr. 23), Piso fr. 6. Pictorem a tum esse puto, non aliter ac paulo antea in eodem c = Veranius fr. 9) a Veranio.* de re cf. Non. p. 14, 15. *651, 52.*

# M. ANTISTIUS LABEO

*Pacuvii Antistii Labeonis filius (cf. Sinn. Cap. ad fr. 1), Trebatii discipulus (Dig. 1, 2, 2, 47), praetor (Tac. ann. 3, 75), post a. 758/5 consulatum ab Augusto oblatum suscipere noluit (Dig. ibid.); mortuus est ante a. 775/22; cf. Pernice, M. Antist. Labeo p. 9 sq.*

## A. TESTIMONIUM

*Gell. 13, 10, 1* Labeo Antistius iuris quidem civilis disciplinam principali studio exercuit et consulentibus de iure publice responsitavit; ceterarum quoque bonarum artium non expers fuit, et in grammaticam sese atque dialecticam litterasque antiquiores altioresque penetraverat Latinarumque vocum origines rationesque percalluerat eaque praecipue scientia ad enodandos plerosque iuris laqueos utebatur.

*ex verbis 'vocum orig. rationesque perc.' et ex fr. 16 Schanz recte collegit in grammatica Antistium analogiam secutum esse (Philol. 42, 309 sq. cf. Hermes 25. 1890 p. 36 sq.), quod idem si Schanzium audimus, in iurisprudentia fecit, sed quantum ad hanc disciplinam iureconsulti aliter sentiunt (cf. Joers, Pauly-Wiss. RE 1, 2555).*

## B. FRAGMENTA

### EX LIBRIS DE IURE PONTIFICIO

*libri usque ad XV nominantur, vel usque ad XVIII, si recte Pernice coniecit (l. c. p. 47) apud Macrobium 3, 10, 4 pro 'sexagesimo et octavo libro' 'L(ibro) XVIII [libro]' scribendum esse (de huius modi mendis cf. Gell. 14, 7, 13. 8, 2); nam quin Labeo a Macrobio iuxta Ateium Capitonem memoratus Antistius, non Cornelius sit, dubitare non licet. libris De iure pontificio pleraeque Festi glossae, etiam ubi ii non appellantur, recte tribuuntur (fr. 15 sq.).*

#### *1 [IA 14 Bremer]*

*lib. VIIII.* proculiunt promittunt ait significare Antistius de iure pontificali l. VIIII.

*Fest. p. 253ª, 12* proculiunt — l. VIIII.

2 [15]

*l. X.* spurcum vinum est quod sacris adhiberi non licet, ut ait Labeo Antistius l. X commentari iuris pontifici, cui aqua admixta est, defrutumve aut igne tactum est, mustumve ante quam defervescat.

*Fest. p. 348 b, 19* spurcum — defervescat. *cf. Paul. Fest. p. 349, 15. Isid. or. 20, 3, 4. 7.*

3 de fructum ve

3 [16]

*l. XI.* prox bona vox, velut quiddam praesignificare videtur, ut ait Labeo de iure pontificio l. XI.

*Fest. p. 253a, 7* prox — l. XI. *cf. Paul. Fest. p. 252, 2. Solmsen, z. Lat. Lautg. (Straßb. 1894) p. 122.*

1 quidam

4 [17]

*l. XV.* sistere fana cum in urbe condenda dicitur, significat loca in oppido futurorum fanorum constituere, quam⟨quam⟩ Antistius Labeo ait in commentario XV iuris pontifici fana sistere esse lectisternia certis locis et dis habere.

*Fest. p. 351a, 4* sistere — habere.

3 quam: *em. Huschke*

5 [18]

*l. XV.* subigere arietem in eodem libro Antistius esse ait dare arietem, qui pro se agatur, caedatur.

*Fest. p. 351a, 8* subigere — caedatur. *cf. Cincius fr. 14.*

1 *et* 2 aryetem

6 [4]

⟨posime⟩rium esse ait Antistius ⟨in commentario iuris ponti⟩ficalis pomerium id est l⟨ocum pro muro, ut ait⟩ Cato [*dub. 1 J.*] olim quidem omn⟨em urbem ambibat praeter Aven⟩tinum, nunc etiam intra ae⟨dificia finitur. *dictum* autem pomerium⟩ quasi promoerium.

*Fest. p. 249 b, 28* ⟨posime⟩rium — promoerium. Festi *glossa longius pergit, quam totam Antistio adsignat* Bremer. de re

*cf. Paul. p. 248, 15. Varro de l. L. 5, 143. Liv. 1, 44, 3. Plut. Rom. 11. Gell. 13, 14. Prisc. III 475, 9. Schol. in Lucan. 1, 594. CGL IV 554, 36. 37. V 380, 12.*

1 *sq. lacunas expl. Scal. Urs. O Mue.* posimirium *Paulus* 4 dictum aut. pom. *scripsi ex Paulo* ita pom. est *O Mue.*

## EX LIBRIS AD EDICTUM PRAETORIS

*quae ab Ulpiano ex libris Ad edictum praetoris urbani quaeque ex libris Ad peregrini afferuntur ad idem opus duas in partes divisum pertinere verisimile est (cf. Pernice p. 59), id quod inscriptio ipsa Gellii (fr. 7) confirmat. hinc fluxisse videntur fr. 19. 24.*

### *7* [*2*]

*l. IV.* soror appellata est quod quasi seorsum nascitur separaturque ab ea domo, in qua nata est, et in aliam familiam transgreditur.

*Gell. 13, 10, 3* praeterea in libris, quos ad praetoris edictum scripsit, multa posuit partim lepide atque argute reperta. sicuti hoc est, quod in quarto ad edictum libro scriptum legimus: soror inquit appellata — transgreditur. *Non. p. 52, 3* Antistius Labeo: soror inquit appellata — nata est. *cf. Isid. or. 9, 6, 12.*

## EX POSTERIORIBUS LIBRIS

*Gell. 13, 10, 2* sunt adeo libri post mortem eius [*Labeonis Antistii*] editi, qui posteriores inscribuntur, quorum librorum tres continui, tricesimus octavus et tricesimus nonus et quadragesimus, pleni sunt id genus rerum ad enarrandam et inlustrandam linguam Latinam conducentium. *de verbo 'enarrare' cf. supra ex inc. inc. libr. fr. 4 p. 414.*

### *8* [*169*]

*l. XXXVIII.* Labeo libro trigensimo octavo posteriorum peculatum definit pecuniae publicae aut sacrae furtum non ab eo factum, cuius periculo fuit, et ideo aedituum in his, quae ei tradita sunt, peculatum non admittere.

*Dig. 48, 13, 11, 2* Paulus libro singulari de iudiciis publicis. — Labeo — admittere. *item* Fest. p. 213a, 18. cf. p. 237a, 13. *Paul. p. 75, 11.*

*9* [*36*]

inter proiectum et immissum hoc interesse ait Labeo, quod proiectum esset id quod ita proveheretur ut nusquam requiesceret, qualia maeniana et suggrundae essent; immissum autem, quod ita fieret ut aliquo loco requiesceret, veluti tigna trabesque inmitterentur.

*Dig. 50, 16, 242, 1* Iavolenus libro secundo ex posterioribus Labeonis. — inter proiectum — inmitteretur.

5 tr. quae inmitteretur *codd.* trabesque quae immitterentur *Cramer*

*10* [*119*]

viduam non solum eam, quae aliquando nupta fuisset, sed eam quoque mulierem, quae virum non habuisset, appellari ait Labeo, quia vidua sic dicta est quasi vecors vesanus, qui sine corde aut sanitate esset; similiter viduam dictam esse sine duitate.

*Dig. 50, 16, 242, 3* Iavolenus libro secundo ex posterioribus Labeonis. — viduam — duitate.

INCERTAE SEDIS

*11* [*De iure pont. 19*]

cliviam quoque avem ab antiquis nominatam animadverto ignorari; quidam clamatoriam dicunt, Labeo prohibitoriam.

*Plin. n. h. 10, 37* cliviam — prohibitoriam. *Paul. Fest. p. 64, 10* clivia auspicia dicebant, quae aliquid fieri prohibebant; omnia enim difficilia clivia vocabant, unde et clivi loca ardua.

*12* [*Ad praet. offic. 116*]

cognati appellati sunt quasi ex uno nati aut, ut Labeo ait, quasi commune nascendi initium habuerint.

*Dig. 38, 8, 1, 1* Ulpianus libro quadragensimo sexto ad edictum. — cognati autem app. — habuerint.

*13* [*Ad praet. offic. 114*]

*inter donum et munus hoc interest, quod inter genus et speciem*; nam genus esse donum Labeo a donando

dictum, munus speciem, nam munus esse donum cum causa, ut puta natalicium, nuptalicium.

*Dig. 50, 16, 194* inter donum — nuptalicium. *cf. Isid. or. 6, 19, 26 sq. app. XXIII diff. verb. 108.*

*14 [inc. sed. 166]*

furtum a furvo id est nigro dictum Labeo ait, quod clam et obscuro fiat et plerumque nocte.

*Dig. 47, 2, 1 pr.* Paulus libro trigensimo nono ad edictum. furtum — nocte. *cf. Varro fr. 131.*

*15 [De iure pont. 12]*

olvatum Antistius Labeo ait esse mensurae genus.

*Fest. p. 205 b, 7* olvatum — genus. *vox ignota est.*

*16 [10]*

penatis singulariter Labeo Antistius posse dici putat, quia pluraliter penates dicantur, cum patiatur proportio etiam penas dici, ut optimas primas Antias.

*Fest. p. 253 a, 9* penatis — Antias.

2 portio

*17 [inc. sed. 106]*

possessio appellata est, ut et Labeo ait, a sedibus quasi positio, quia naturaliter tenetur ab eo qui ei insistit, quam Graeci κατοχὴν dicunt.

*Dig. 41, 2, 1 pr.* possessio — dicunt.

1 a pedis sedibus *H Cannegieter*

*18 [De iure pont. 3]*

potitus servitu⟨te ab antiquis dicebatur⟩ qui, ut ait Labeo, servitu⟨tem servit⟩.

*Fest. p. 250 a, 30* potitus — ⟨servit⟩.

*19 [Ad praet. offic. 15]*

praevaricator est quasi varicator, qui diversam partem adiuvat prodita causa sua; quod nomen Labeo a varia certatione tractum ait, nam qui praevaricatur, ex utraque *parte constitit*, quin immo ex adversa.

*Dig.* 3, 2, 4, 4 Ulpianus libro sexto ad edictum. — praevaricator autem est — ex adversa. *item Dig. 47, 15, 1 pr. cf. 50, 16, 212.*

4 ex adv.] ex altera *Dig. 47, 15, 1 pr.*

## *20 [De iure pont. 13]*

prop . . sta dolia ait dici Labeo qui . . . . . . . . . .

*Fest. p. 253ª, 34* prop . . — qui . .

prop⟨e adu⟩sta *coni. Huschke*

## *21 [2]*

Secespitam esse Antisti⟨us Labeo ait cultrum⟩ ferreum oblongum, mani⟨brio eburneo rotund⟩o solido vincto ad capulum auro argentoque⟩, fixum clavis aeneis ae⟨re Cyprio, quo flami⟩nes flaminicae virgi⟨nes pontificesque ad sa⟩crificia utuntur.

*Fest. p. 348ª, 4* secespitam — utuntur. *prorsus eadem Serv. Dan. Aen. 4, 262. cf. Paul. p. 336, 9.*

1 *sq. suppletum ex Paulo*

## *22 [7]*

Septimontio — hisce montibus feriae: Palatio, cui sacrificium quod fit, Palatuar dicitur; Veliae, cui item sacrificium; Fagutali Suburae Cermalo, Oppio Caelio monti, Cispio monti.

*Fest. p. 348ᵇ, 24* septimontio, ut ait Antistius Labeo, hisce — monti. *cf. Paul. Fest. p. 341, 2. Varro de l. L. 6, 24. CGL III 171, 40. IV 283, 45.*

2 villae   3 Faguali   4 cis pto

## *23 [inc. sed. 15]*

Labeo ait originem fuisse supellectilis, quod olim his, qui in legationem proficiscerentur, locari solerent quae *sub pellibus* usui forent.

*Dig. 33, 10, 7 pr.* Celsus libro nono decimo digestorum. *Labeo — forent.*

*24 [Ad praet. offic. 133]*

turbam appellatam Labeo ait ex genere tumultus idque verbum ex Graeco tractum ἀπὸ τοῦ θορυβεῖν.

*Dig. 47, 8, 4, 2* Ulpianus libro quinquagensimo sexto ad edictum. — turbam autem app. — θορυβεῖν.

*25 [134]*

Labeo inter turbam et rixam multum interesse ait; namque turbam multitudinis hominum esse turbationem et coetum, rixam etiam duorum.

*Dig. ibid. 3* Labeo — duorum.

*aliae verborum explanationes plurimae apud Labeonem sunt, sed eae iurisperiti magis propriae quam grammatici.*

### FALSUM

*26 [De iure pont. 1]*

*Fest. p. 165^b, 27* (nautea) = *Ael. Stilo fr. 63*

# C. ATEIUS L. f. CAPITO

*C. Ateius L. f. L. n. Capito (CIL I² p. 29 ad a. 758/5) avo centurione Sullano, patre praetorio (Tac. ann. 3, 75; cf. Cic. ad fam. 8, 8, 5. 6), a. 758/5 cos. suff. (CIL ibid. Tac. ann. 3, 75), ab a. 766/13 usque ad obitum curator aquarum, a. 775/22 mortuus (Tac. ann. 3, 75). cf. Bremer, iurispr. antehadr. 2¹, 261 sq.*

## FRAGMENTA

### EX CONIECTANEIS

*libri, qui ad novem numerantur (de Gell. 14, 7, 13. 8, 2 cf. Hertz ad hos locos) suam quisque inscriptionem habuisse videntur (Gell. 4, 14, 1). huc fortasse pertinent fr. 6. 10. 14.*

*1 [IA 9 Bremer]*

nos in Capitonis Atei coniectaneis invenimus siticines *appellatos*, qui apud sitos canere soliti essent, hoc est

vita functos et sepultos, eosque habuisse proprium genus tubae qua canerent a ceterorum tubicinum differens.

*Gell. 20, 2, 3* nos autem in Capitonis — differens. *cf. Cic. de leg. 2, 57. Non. p. 54, 23* 'siticines'. ut liticines a lituo, ut tubicines a tuba, ita siticines, qui aput funeratos vel vita functos et sepultos, hoc est iam sitos, canere soliti erant honoris causa cantus lamentabilis. hoc in libris coniectaneis Atei Capitonis invenitur, et Cato [*orat. LXVIIII J.*] id vocabulum indubitanter adposuit.

3 functos et fun(c)tos et *Magliab. Regin. 597 et 1646*

## EX LIBRIS DE IURE PONTIFICIO

### *2* [*2*]

*lib. VI.* mundus — ter in anno patere solet, diebus his: postridie Volcanalia et ante diem ⟨III Non. Oct. et ante diem⟩ VI Id. Nov.; qui quid ita dicatur, sic refert Cato in commentariis iuris civilis [*supra fr. 18*]: 'mundo nomen inpositum est ab eo mundo qui supra nos est; forma enim eius est, ut ex his qui intravere cognoscere potui, adsimilis illae'.

*Fest. p. 154 b, 30* mundus, ut ait Capito Ateius in l. VI pontificali, ter — adsimilis illae. *pergit oratio Ateii. de re cf. Fest. p. 142 a, 22. Paul. p. 156, 1.*

2 Volkanaliẹ tante 3 III — diem *suppl. O Mue.*

### *3* [*15*]

pollex, qui nomen ab eo quod pollet accepit, nec in sinistra cessat nec minus quam tota manus semper in officio est; unde et apud Graecos ἀντίχειρ vocatur quasi manus altera.

*Macrob. 7, 13, 11* in medium profero quae de hac eadem causa apud Ateium Capitonem pontificii iuris inter primos peritum legisse memini — [*Ateii verba de iure usuque anulorum omisi*]. nam pollex — ἀντίχειρ inquit vocatur — altera — [*pergit Ateii oratio*]. haec sunt, quae lectio pontificalis habet. cf. *Isid. or. 11, 1, 70. CGL II* 152, 45. V 556, 8.

## INCERTAE SEDIS

### 4 [*De iure pont. 17*]

Ateius Capito annum a circuitu temporis putat dictum, quia veteres an pro circum ponere solebant, ut Cato in originibus [*fr. 124 P.*] 'oratorum an terminum' id est circum terminum, et ambire dicitur pro circumire.

*Macrob. 1, 14, 5* Ateius — circumire. *cf. Varro de l. L. 6, 8. Serv. Aen. 1, 269. 5, 46. 85. Isid. or. 5, 36, 1. de nat. rer. 6, 1. 2.*

1 ab eius *Paris.* atteius *Bamb.* (ab eius *m. 2*)

### 5 [*cf. p. 274*]

*Plin. n. h. 14, 92 (de murrina) = Ael. Stilo fr. 18*

### 6 [*Coniect. 10*]

certum fit Atei Capitonis sententia <co>cos tum [*usque ad Persicum bellum*] panem lautioribus coquere solitos pistoresque tantum eos qui far pisebant nominatos:

*Plin. n. h. 18, 107* artoptas iam Plautus appellat in fabula quam Aululariam scripsit [*400*], magna ob id concertatione eruditorum, an is versus poetae sit illius, certumque fit — nominatos. *cf. Varro fr. 204. Paul. Fest. p. 58, 14. Münzer, Quellenkr. d. Ng. d. Plin. p. 302. quod ex hoc et ex superiore loco commentarium alii ad XII tabulas, ad Plautum alii excogitaverunt, memoria vix dignum est.*

### 7 [*De iure sacrif. 4*]

porcam auream et argenteam dici ait Capito Ateius, quae et si numero hostiarum non sint, nomen tamen earum habere; alteram ex auro, alteram ex argento factam adhiberi sacrificio Ceriali.

*Fest. p. 238 b, 11* porcam — Ceriali.

3 alterum *bis, sed* factam *cod.*

### 8 [*6*]

propudialis porcus dictus est — qui in sacrificio gentis Claudiae velut piamentum et exsolutio *omnis contractae* religionis est.

*Fest. p. 238ᵇ, 17* propudialis p. d. est, ut ait Capito Ateius, qui — est. *similia sunt apud Gellium 4, 6 de porcis praecidaneis et succidaneis, ubi extremo in capite quintus liber operis De pontificio iure Ateii appellatur; itaque inde et totum Gellii caput et fr. 7. 8 suscepta esse videntur (cf. Kretzschmer, de Gell. font. p. 67).*

1 propudi ait *cod.* propudianus *vg. em. Reitzenstein, Verr. Forsch. p. 29* qui in] quin 2 plamentum

### *9 [5]

pulcher bos appellatur ad eximiam pinguitudinem perductus.

*Fest. p. 238ᵇ, 16* pulcher — perductus. *de Ateio auctore dubitari vix potest; cf. Reitzenstein p. 29.*

### 10 [Coniect. 3]

Gallus Aelius l. II significationum verborum, quae ad ius pertinent, ait — [*fr. 5*]. at Capito Ateius in eadem quidem opinione est, sed exemplo adiuvat interpretationem. cum in secunda tabula secunda lege inquit scriptum est [*2, 2 S.*] 'quid horum fuit unum iudici arbitrove reove, eo dies diffensus esto', tum uterque actor reusque in iudicio rei vocantur itemque accusator de via citur more vetere et consuetudine antiqua.

*Fest. p. 273ᵃ, 13* reus — Gallus Aelius — antiqua.

2 Capitonactus 4 cum *scripsi* Numa *cod.* nam *vg.* inquit *Huschke*: in qua 5 sei quid h. fuat *Turnebus* 6 dies *Turnebus*: die tum *scripsi*: nunc 7 actorum reiquae in iudicio me vocatur *cod.* actor reusque (*Augustinus Scal. Urs.*) in iud. rei vocantur *O Mue.* 8 de vi accitur *cod.* de via c. *Turnebus Scal. Urs.* nunc uterque actor et qui in iudicium vocatur itemque accusator reus dicitur *Mommsen*

### 11 [De iure sacrif. 3]

rutilae canes id est non procul a rubro colore immolantur, ut ait Ateius Capito, canario sacrificio pro frugibus deprecandae saevitiae causa sideris caniculae.

*Fest. p. 285ᵃ, 31* rutilae — caniculae.

*12* [*De iure aug. 2*]

sinistrum in auspicando significare ait Ateius Capito laetum et prosperum auspicium, ut silentium ubi dum taxat vacat vitio. igitur silentio surgere cum dicitur, significat non interpellari quominus rem gerat; at sinistrum hortari quoque auspicia ad agendum, quod animo quis proposuerit.

*Fest. p.* $351^{a}$, *19* sinistrum — proposuerit. *cf. Serv.* (*Dan.*) *Aen. 2, 693. Isid. or. 11, 1, 68. Schol. in Lucan. 1, 601. Schol. Bern. georg. 4, 7. CGL V 557, 8.*

2 ut *Reitzenstein* aut *cod.* at *Urs. OMue.* dubi 4 ad

*13* [*1*]

stellam significare ait Ateius Capito laetum et prosperum ⟨auspicium⟩ auctoritatem secutus P. Servili auguris, stellam quae ex lamella aerea adsimilis stellae locis inauguratis infigatur.

*Fest. p.* $351^{a}$, *16* stellam — infigatur. *ex hoc et superiore fr. non nulli collegerunt Ateium de iure augurali librum scripsisse, sed ne librum quidem De iure pontif. ista prorsus dedecent.*

1 letum 2 ausp. *add. Reitzenstein* 3 ⟨ob⟩ stellam *Huschke* ⟨cuius rei indicium esse eam⟩ st. *Reitz.* extamella

*14* [*Coniect. 11*]

hunc [*L. Ateium Philologum*] Capito Ateius notus iurisconsultus inter grammaticos rhetorem, inter rhetores grammaticum fuisse ait.

*Suet. de gramm. 10* hunc — ait.

DUBIA

*15* [*De iure pont. 18*]

*Serv. Aen. 5, 45* (divos, deos) = *Ateius Phil. fr. 12*

*16* [*p. 274*]

*Fest. p.* $162^{a}$, *12* (nefrendes) = Ateius Phil. fr. 13

*17* [*De iure pont. 19*]

*Serv. Dan. Aen. 1, 273* (Roma) = *Ateius Phil. fr. 14*

***praeterea plurimas Festi glossas Ateio vindicandas esse Reitzenstein docuit (Verr. Forsch. p. 29. 45 sq. 50 sq. 53. 54; cf. etiam Gruppe, Berl. phil. Woch. 1883 p. 467 et Willers, de Verr. Fl. glossar. interpr. p. 10 sq.). de glossa tamen 'solida sella' p. 347 b, 17 (cf. Reitz. p. 13) vehementer etiam hanc ob causam dubito, quod in ipsis scriptorum verbis referendis Festus nusquam 'ut' coniunctionem ante 'ait' verbum omittit, sicut hic:*** **solida sella, At⟨eius Capito ait, . . . . sedere⟩ iubetur** ***etc.***

# T. LIVIUS

*Quint. 1, 7, 24* sibe et quase scriptum in multorum libris est, sed an hoc voluerint auctores nescio. T. Livium ita his usum ex Pediano comperi, qui et ipse eum sequebatur.

# IMPERATOR AUGUSTUS

## TESTIMONIA

1. *Suet. Aug. 87* notavi et in chirographo eius illa praecipue: non dividit verba nec ab extrema parte versuum abundantis litteras in alterum transfert, sed ibidem statim subicit circumducitque. orthographiam, id est formulam rationemque scribendi a grammaticis institutam, non adeo custodit ac videtur eorum potius sequi opinionem, qui perinde scribendum ac loquamur existiment. nam quod saepe non litteras modo sed syllabas aut permutat aut praeterit, communis hominum error est. nec ego id notarem, nisi mihi mirum videretur tradidisse aliquos legato eum consulari successorem dedisse ut rudi et indocto, cuius manu ixi pro ipsi scriptum animadverterit. *cf. Buecheler, de Ti. Cl. Caes. gramm. p. 8 sq.*

2. *Quint. 1, 7, 22* here nunc e littera terminamus, at veterum comicorum adhuc libris invenio 'heri ad me venit', quod idem in epistulis Augusti, quas sua manu scripsit aut emendavit, deprenditur. *cf. Suet. Aug. 71.*

3. *Gell. 10, 24, 1* die quarto et die quinto, quod Graeci *εἰς τετάρτην καὶ εἰς πέμπτην* dicunt, ab eruditis nunc quoque dici audio, et qui aliter dicit pro rudi atque indocto despicitur. sed Marci Tullii aetas ac supra eam non, opinor, ita dixerunt; diequinte enim et diequinti pro adverbio copulate dictum est secunda in eo syllaba correpta. divus etiam Augustus linguae Latinae non nescius munditiarumque patris sui in sermonibus sectator in epistulis plurifariam significatione ista dierum non aliter usus est.

4. *Vel. Long. p. 67, 4* varie etiam scriptitatum est mancupium aucupium manubiae, si quidem C. Caesar per i scripsit, ut apparet ex titulis ipsius, at Augustus [i] per u, ut testes sunt eius inscriptiones. *cf. Caesar test. 10.*

5. *Quint. 1, 6, 19* Augustus quoque in epistulis ad C. Caesarem scriptis emendat, quod is calidum dicere quam caldum malit, non quia id non sit Latinum, sed quia sit otiosum et, ut ipse Graeco verbo significavit, *περίεργον*. *cf. Brambach, Neugest. d. Lat. Orth. p. 202.*

6. *Mar. Vict. p. 9, 4* divus Augustus genetivo casu huius domos meae per o, non ut nos per u litteram scripsit. Messalla Brutus Agrippa pro sumus simus. *Suet. Aug. 87* item simus pro sumus et domos genetivo casu singulari pro domus.

7. *Suet. Aug. 88* quotiens autem per notas scribit [*Augustus*], b pro a, c pro b ac deinceps eadem ratione sequentis litteras ponit, pro x autem duplex a. *cf. Cic. ad Att. 13, 32, 2.*

8. *de falso testimonio Petri Diac. CGK IV 334, 26 ad litteras y et z cf. Isid. or. 1, 4, 15 et Brambach l. c. p. 202. 281.*

# C. MAECENAS

## TESTIMONIA

1. *Sen. suas. 1, 12* corruptissimam rem omnium, quae umquam dictae sunt, ex quo homines diserti insanire coeperunt, putabant Dorionis esse in metaphrasi dictam Homeri, cum excaecatus Cyclops saxum in mare reiecit: . . . . haec quo modo ex corruptis eo perveniant, ut et magna et tamen sana sint, aiebat Maecenas apud Vergilium intellegi posse. tumidum est [*cf. Hom. Od. 9, 481; ex Philox. Wilamowitz, Hermes 14. 1879 p. 172*] *ὄρους ὄρος ἀποσπᾶται*; Vergilius quid ait? rapit [*Aen. 10, 128*] 'haud partem exiguam montis'. ita magnitudini studet, ⟨ut⟩ non inprudenter discedat a fide. est inflatum *καὶ χειρία βάλλεται νῆσος*; Vergilius quid ait [qui] de navibus? [*Aen. 8, 691*] 'credas innare revolsas | Cycladas'. non dicit hoc fieri sed videri. *cf. test. 2.*

*2. Sen. suas. 2, 20* notate prae ceteris quanto decentius Vergilius dixerit hoc, quod valde erat celebre 'belli mora concidit Hector' [*Aen. 11, 288*]: 'quidquid ad adversae cessatum est moenia Troiae, / Hectoris Aeneaeque manu victoria Graium / haesit'. Messalla aiebat hic Vergilium debuisse desinere: quod sequitur [*290*] 'et in decimum vestigia rettulit annum' explementum esse; Maecenas hoc etiam priori conparabat.

*Harder (die Fragm. d. Maec. p. 21) hic et supra (test. 1) Maecenatem Melissum Gaii libertum denotatum esse putat, sed cum Seneca inter varios scriptores eiusdem nominis perspicue distinguere soleat idemque C. Maecenatem quinquies praeterea solo semper hoc nomine significet (controv. 2, 4, 13 bis. 9, 3, 14. 10 praef. 8. suas. 3, 5), ab eo dissentio.*

# M. VIPSANIUS AGRIPPA

## TESTIMONIA

*1. Mar. Vict. p. 9, 5* Messalla Brutus Agrippa pro sumus simus [*scripserunt*].

*2. Suet. rell. p. 65 R.* M. Vipsanius a Maecenate eum [*Vergilium*] suppositum appellabat novae cacozeliae repertorem, non tumidae nec exilis, sed ex communibus verbis atque ideo latentis. *cf. Weichert, poett. Latt. rell. p. 275. Ribbeck, proleg. ad Verg. p. 100. de Agrippa hic intellegendo non nulli sine causa, opinor, dubitant (cf. Prosop. imp. Rom. 3, 442/457); fuit enim is 'vir rusticitati propior quam deliciis', ut Plinius ait (n. h. 35, 26).*

1 vipranius

# VIPSANIUS PHILARGYRUS

*Suet. rell. p. 136 R.* post eum [*Tironem*] Vipsanius Philargyrus et Aquila libertus Maecenatis alias [*notas*] addiderunt.

# MAECENAS AQUILA

*Suet. rell. p. 136 R. = Vips. Philarg. 1. prave Cass. Dio 55, 7, 6 (de Maecenate)* πρῶτος σημεῖά τινα γραμμάτων πρὸς τάχος ἐξεῦρε καὶ αὐτὰ διὰ Ἀκύλου ἀπελευθέρου συχνοὺς ἐξεδίδαξε.

# POMPEIUS TROGUS

*Iustin. 38, 3, 11* Pompeius Trogus — in Livio et in Sallustio reprehendit quod contiones directas pro sua ratione operi suo inserendo historiae modum excesserint.

2 oratione: *em. Woelfflin* pervorsa ratione *Gutschmid*

# L. VARIUS RUFUS

*in numerum scriptorum historiae litterarum Varium referre ausus non sum, quamquam ex Quintiliano (fr. 1) et Gell. 17, 10, 2 suo iure Spalding coniecit Varium de ingenio moribusque Vergilii (an in eius editione?) scripsisse (cf. etiam Ribbeck, proleg. ad Verg. p. 89; aliter Pascal, Riv. di fil. 17. 1888 p. 152). huius modi libello Ribbeck ea quae de ratione, qua Vergilius Aeneidem confecit, tradita sunt (Suet. rell. p. 59 R.) adsignat.*

## FRAGMENTA

*1*

Vergilium paucissimos die composuisse versus auctor est Varius.

*Quint. 10, 3, 8* Vergilium quoque paucissimos — Varius.

2 Varus *Bern. Bamb.*

### VERGILIANA EDITIO

*Suet. vit. Verg. p. 64 R.* Vario ac simul Tuccae scripta sua sub ea condicione legavit, ne quid ederent quod non a se editum esset. edidit autem auctore Augusto Varius sed summatim emendata, ut qui versus etiam imperfectos sicut erant reliquerit. *Vergilianae editionis omnis hoc unum certum est documentum; quod enim Vario alibi Tucca adiungitur, ex eo ortum est quod Tucca cum Vario a Vergilio heres scriptus est (cf. Norden, Hermes 28. 1893 p. 501. Leo, Pl. F. p. 38 sq.). itaque emendationis egent haec: Suet. vit. Verg. p. 63 R.* heredes fecit — L. Varium et Plotium Tuccam, qui eius Aeneida post obitum iussu Caesaris emendaverunt [*auctor Sulpicius Carthaginiensis memoratur*]. Hieron. ad a. Abr. 2000 Varius

et Tucca — Aeneidum postea libros emendarunt sub lege ea ut nihil adderent. *neque rectius de Varii opera prodidit Servius praef. Aen. p. 2, 12 Th.* Augustus vero, ne tantum opus periret, Tuccam et Varium hac lege iussit emendare, ut superflua demerent, nihil adderent tamen; *prorsus contra Philargyrius in Verg. buc. p. 9a, 5 Th-H.* Varius et Tucca — Aeneidos postea libros emendaverunt sub ea condicione ut nihil delerent. *his secum pugnantibus testimoniis accedit, quod traditae Vergiliani exempli emendationes (fr. 2 sq.) variis de causis a Vario abiudicandae sunt, de quo cf. Ribbeck, proleg. ad Verg. p. 88 sq. et Leo ibid. itaque Varius Vergilii libros sine mendis tantum edendos, sicut Vergilius reliquerat, curavit.*

## FALSA

*2*

Nisus grammaticus audisse se a senioribus aiebat Varium duorum librorum ordinem commutasse et qui nunc secundus sit in tertium locum transtulisse, etiam primi libri correxisse principium his versibus demptis: 'ille ego qui quondam gracili modulatus avena / carmina et egressus silvis vicina coegi, / ut quamvis avido parerent arva colono, / gratum opus agricolis, at nunc horrentia Martis / arma virumque cano.'

*Suet. vit. Verg. p. 64 R.* Nisus — virumque cano. *Serv. praef. Aen. p. 4, 16 Th.* ordo quoque manifestus est, licet quidam superflue dicant secundum primum esse, tertium secundum et primum tertium, ideo quia primo Ilium concidit, post erravit Aeneas, inde ad Didonis regna pervenit, nescientes hanc esse artem poeticam, ut a mediis incipientes per narrationem primam reddamus et non numquam futura praeoccupemus ut per vaticinationem. *de versibus 'ille ego — Martis' cf. Serv. ibid. p. 2, 16 Th.*

2 duorum *secl. Reifferscheid* 3 tunc sec. esset *Hagen* sec. sit in primum, tertium in secundum et primum in tertium *Reiff. ex Servio*

*3*

'ignibus aegra dedere'. post hunc versum hi versus fuerunt, qui a Tucca et Vario obliti sunt.

*Serv. Dan. Aen. 2, 566* ignibus — sunt. *versus 566—88 afferuntur a Servio Aen. praef.* p. 2, 22 sq. Th. (cf. id. *Aen. 2, 592), qui spurii sunt; cf.* Leo l. c. p. 39 adn. 3.

4

'quam mihi cum dederis cumulatam'. quam lectionem Tucca et Varius probant, nam male quidam legunt 'quam mihi cum dederit' id est Aeneas.

*Serv. Aen. 4, 436* quam mihi cum dederis — Aeneas.

5

sciendum sane Tuccam et Varium hunc finem quinti esse voluisse, nam a Vergilio duo versus sequentes huic iuncti fuerunt; unde in non nullis antiquis codicibus sexti initium est: 'obvertunt pelago proras, tum dente tenaci'.

*Serv. Aen. 5, 871* sciendum — tenaci. *cf. Pompon. Sabin. ad Aen. 6, 1 (Corn. Balb. fr. 5) et de eo Ribbeck, proleg. ad Verg. p. 28.*

6

'furit intus aquai fumidus' —. hanc autem diaeresin Tucca et Varius fecerunt, nam Vergilius sic reliquerat 'furit intus aquae amnis' et [*465*] 'exuberat amnis', quod satis asperum fuit.

*Serv. Aen. 7, 464* furit — fumidus —. hanc — asperum fuit.

*praeterea cf. Serv. Aen. 3, 204. 6, 289*

# NUMITORIUS

*Suet. vit. Verg. 65 R.* prolatis bucolicis Numitorius quidam rescripsit antibucolica, duas modo eclogas, sed insulsissime παρῳδήσας, quarum prioris initium est: 'Tityre, si toga calda tibi est, quo tegmina fagi?' sequentis: 'dic mihi, Damoeta, cuium pecus, anne Latinum? / non; verum Aegonis nostri sic rure locuntur'. alius recitante eo ex georgicis [*1, 299*] 'nudus ara, sere nudus' subiecit: 'habebis frigore febrem'.

1 numinatoris *Bern. m. 2* nūinatorus *vel* numinatoriis *rell.: em. Ribbeck Woelfflin Hagen* innominatus *Daniel*

*inter Vergilii obtrectatores Cornificius* Bavius Mevius Anser *poetae numerandi sunt, ex quorum circulo* versus in Vergilium *prodiit: Cledon. p. 43, 2* Cornificius Gallus inde reprehen-

Vergilium: 'ordea qui dixit, superest ut tritica dicat'; *Serv. Dan. g. 1, 210* sane reprehensus Vergilius dicitur a Bavio et Mevio hoc versu: 'hordea qui dixit, superest ut tritica dicat'. *de huius versus auctore omnia incerta sunt; neque enim fide dignum testimonium Servii est qui eum duobus poetis communi opinione fretus tribuit, neque suspicione Cledonius vacat, homo in litteris Latinis paene indoctus.*

# EX INCERTORUM LIBRIS

## AD IUS PONTIFICUM

*1*

id scriptum invenimus in commentariis quibusdam ad ius pontificum pertinentibus bidennes primo dictas d littera inmissa quasi biennes, tum longo usu loquendi corruptam vocem esse et ex bidennibus bidentes factum, quoniam id videbatur esse dictu facilius leniusque.

*Gell. 16, 6, 13* id scriptum — leniusque. *cf. Nig. Fig. fr. 39. Hygin. fr. 3. si haec, ut veri dissimile non est (cf. Kretzschmer, de Gell. font. p. 68), per Hyginum in Gellium fluxerunt, commentarii scriptor aut Ateius Capito aut Antistius Labeo esse potuit.*

## EX INCERTIS LIBRIS

*2*

'amici' inquit [*Favorinus*] 'familiaresque P. Vergilii in his, quae de ingenio moribusque eius memoriae tradiderunt, dicere eum solitum ferunt parere se versus more atque ritu ursino. namque ut illa bestia fetum ederet ineffigiatum informemque lambendoque id postea, quod ita edidisset, conformaret et fingeret, proinde ingenii quoque sui partus recentes rudi esse facie et inperfecta, sed deinceps tractando colendoque reddere iis se oris et vultus liniamenta. hoc virum iudicii subtilissimi ingenue atque vere dixisse res' inquit 'indicium facit. nam quae reliquit perfecta expolitaque quibusque inposuit census atque

dilectus sui supremam manum, omni poeticae venustatis laude florent; sed quae procrastinata sunt ab eo, ut post recenserentur, et absolvi, quoniam mors praeverterat, nequiverunt, nequaquam poetarum elegantissimi nomine atque iudicio digna sunt. itaque cum morbo obpressus adventare mortem viderat, petivit oravitque a suis amicissimis inpense ut Aeneida, quam nondum satis elimavisset, adolerent'.

*Gell. 17, 10, 1* amici inquit — adolerent. 1 *sq. cf. Suet. vit. Verg. p. 59 R. Hieron. in Zachar. 6, 881 Vall.; epist. ad Galat. 7, 485 V.* — 16 *sq. cf. Suet. ibid. p. 63 R. Serv. Aen. p. 2 Th. Macrob. 1, 24, 6. Anth. Lat. 653 praef. Plin. n. h. 7, 114. Hygini alii, alii Varii* (*cf. praef. ad hunc*) *vestigia in istis vident.*

8 redderetis *Paris. Voss. Lat. F 7* 9 verum: *em. vg.* 10 dixisses (-et *Paris.*) inq. *Paris. Voss. idem*

# INDICES

*auctores secundum nomina gentilicia afferuntur*

## I. MAGISTRI

## II. BIBLIOTHECAE



## III. SCRIPTORES

## IV. LIBRI

## V. PRAECEPTA GRAMMATICA

## VI. RES AD HISTORIAM LITTERARUM PERTINENTES

## VII. VERBORUM ORIGINES EXPLICATIONESVE

# VIII. NOMINA PROPRIA

## IX. MEMORABILIA.

# ADDENDA ET CORRIGENDA

*non nulla praemittam; ac primum p.* 134 *test. 1.* 136 *3.* 141 *1 unci auferendi sunt in praenominibus, quorum duo in codice Vindobonensi extare ab Ihmo (Rh. Mus. 61, 543) sero didici, cuius commentariolum si suo tempore cognoscere potuissem, genetivos omnes nominum in* -ius *per unum i apud Suetonium scripsissem. doleo etiam quod Terentii Phormionem ter in principio minuta p littera scribere malui, quam rationem postea non tenui: in Andria quoque A rectius quam a utendum erat. praeterea in longa enumeratione Varronis fragmentorum error codicis manu scripti effecit ut in parte antevarroniana iam typis exscripta haec Varronis numerorum signa uno gradu altiora essent: p.* 52 *test. 3 nr.* 363. *p.* 69 *fr. 44 nr.* 460. *p.* 85 *2 nr.* 374. *p.* 104 *1 nr.* 368. *p.* 116 *12 nr.* 399. *p.* 119 *5 nr.* 376. *p.* 127 *1 nr.* 325. *p.* 140 *12 nr.* 425. *pariter p.* 22 *test. 2 v. 8 pro* 15 *lege* 16. *p.* 48 *fr. 48 pro* (ad fr.) 48 *lege* 47. *p.* 57 *test. 24 pro* (Tiro fr.) 8 *lege* 12. *p.* 86 *3 adn. crit. pro* 5 *lege* 6. *p.* 134 *test. 3 v. 2 lege* 34. *p.* 147 *fr. 2 pro* (Varro fr.) 464 *lege* 463. *p.* 193 *fr. 17 v. 5 pro* (ad fr.) 447 *lege* 448. *p.* 347 *383 pro* (Hyginus fr.) 13 *lege* 14. *p.* 351 *400 v. 3 lege* 18. *ceterum molestiora corrigam addamque non nulla quae ad historiam litterarum aliquid ponderis habent.*

*p.* 9 *adn. de etymis vetustiorum comicorum adde Don. adelph. 26 p. 12 W.* nomina personarum in comoediis dum taxat habere debent rationem et etymologiam. et enim absurdum est comicum, <cum> apte argumenta confingat, vel nomen personae incongruum dare vel officium

quod sit a nomine diversum. hinc servus fidelis Parmeno, infidelis Syrus vel Geta, miles Thraso vel Polemon, iuvenis Pamphilus, matrona Myrrina et puer vel ab odore Storax vel a ludo et gesticulatione Scirtus et item similia. in quibus summum poetae vitium est, si quid e contrario repugnans contrarium diversumque protulerit, nisi per ἀντίφρασιν iocalariter nomen imponit, ut Misargyrides in Plauto dicitur trapezita. *id. andr. 226 p. 98 W.* semper nomina comicorum servorum aut a nationibus sunt indita, ut Mysis Syrus, aut ex accidentibus, ut Lesbia velut ebriosa a Lesbo insula, quae ferax est suavissimi candidissimique vini, aut a moribus et vernilitate, ut Pseudolus, aut ex negotio, ut Chrysalus, aut ex qualitate corporis, ut Thylacus, aut ex specie formae, ut Pinacium. *cf. Ritschl op. 3, 301. Schmidt, Hermes 37 (1902) p. 173 sq. 353 sq. 608 sq.*

*p.* 17 *fr. 2 v. 1 lege* Archilocho
*p.* 21 *test. 3 pro inclinatis cancellis recti ponendi sunt*
*p.* 29 *fr. 18 v. 5 et p.* 436 *fr. 1 v. 11 lege* a. 557/197
*p.* 63 *fr. 21 v. 4 lunulae* ‘ ’ *desunt*
*p.* 79 Valer. *praef. lege* reicienda
*p.* 85 *adn. lege* fragm. poet. Rom. *et deinde* iurispr. antehadr.
*p.* 149 *fr. 6 v. 4 adde* libro *ante* II
*p.* 155 *fr. 23 v. 1 adn. adde* B. *post* p. 9, 12
*p.* 187 *v. 2.* 199 *fr. 32 v. 1 adn.* 228 *praef. ad Antiquit. v. 7 lege* Berl. phil. Woch.
*p.* 252 *post fr. 197 adde:*

[*25*]

*l. I.* quod ludis pueri praesules essent glabri ac depilis propter aetatem, quos antiqui Romani lydios appellabant, ut est in lib. I Varronis de vita populi Romani, ideo Plautus in Aulularia [*401*]: ‘tu istum gallum, si sapis, / glabriorem reddes mihi quam vulsus *lydiust*’.

*Non. p. 530, 21* quod ludis — lydiust.

*5* satis reddis *6* lydius

*p.* 256 *post fr. 210 adde:*

[*20*]

*l. II.* in conviviis pueri modesti ut cantarent carmina antiqua, in quibus laudes erant maiorum, et assa voce et cum tibicine.

*Non. p. 77, 1* assa voce, sola vice linguae tantum modo aut vocis humanae non admixtis aliis musicis esse voluerunt. Varro de vita populi Romani lib. II: in conviviis — tibicine.

1 conviis *Lugd.*

*p.* 257 *post fr. 213 adde:*

[*12*]

*l. IV.* ibi a muliere, quae optuma voce esset, perquam laudari; dein neniam cantari solitam ad tibias et fides eorum qui ludis tricas curitassent. haec mulier vocitata olim praefica usque ad Poenicum bellum.

*Non. p. 145, 24* nenia ineptum et inconditum carmen, quod a conducta muliere, quae praefica diceretur, is quibus propinqui non essent, mortuis exhiberetur. Varro de vita populi Romani lib. IIII: ibi a muliere — et fides. *Non. p. 67, 8* Varro de vita populi Romani lib. IIII: dein neniam — bellum. *cf. fr. 303. Cic. de leg. 2, 62. Pollux 4, 79. I Wehr, de Romanorum nenia (Götting. 1868). H. de la Ville de Mirmont, Rev. de phil. 26 (1902) p. 263. 335. PM Nilson, Arch. f. Religionsw. 9 (1906) p. 286 sq.*

1 optuma] obtutum a: *em. G Canterus* 2 deinne (*seq.* ne) *Lugd. p. 145* cantari *codd. p. 145* cantoris *vel* cantaoris *codd. p. 67* 3 vides *codd. p. 145* eorumque ludistricas cursicassent: *em. Buecheler*

*p.* 261 *fr. 225 v. 2 adn. pro* i. quod *lege* id est quod

*p.* 267 *fr. 236 v. 15 adn. pro* Usener ibid. *lege* Usener, Sitzb. d. Bayer. Akad. phil.-hist. Cl. 1892

*p.* 311 *inscriptionem* De origine linguae Latinae *ad sinistram transpone*

*p.* 311 *fr. 295 v. 11 adn. pro* (Plut. quaest.) gr. lege R.

*p. 320 fr. 303 v. 10 adn.* lege κωμῳδίας

*p.* 329 *fr. 320 v. 44 adn. crit. lege* aeficio *pro* aefiio
*p.* 390 *test. 2 v. 1 lege* 2013 *pro* 2019
*p.* 400 *fr. 9 et 10 ante numerorum signa lege † pro* †
*p.* 418 *test. 2 v. 1 lege* 1923 *pro* 1924
*p.* 471 *fr. 10 lege* volaemum

*punctum deest p.* 6 *test. v. 1 post* Serv. — *p.* 31 *fr. 24 v. 13.* 32 *test. 3 v. 2.* 170 *fr. 24 v. 10 adn. post* id. *in* id ibid. — *p.* 171 *fr. 28 post* alter *et alibi; delendum est p.* 12 *fr 10 v. 8 adn. post* ad. — *p.* 150 *fr. 10 adn. crit. post* Keil *et al.*

*virgula deest p.* 44 *fr. 32 v. 1 post* faciendi. — *p.* 127 *test. 1 v. 7 ante* sed. — *p.* 291 *fr. 270 v. 5 adn. post* digamma, *ubi virgulam dele post* vau. — *p.* 327 *fr. 320 v. 7 ante* nihil; *delenda est p.* 31 *fr. 24 v. 16 post* esse. — *p.* 458 *fr. 1 adn. v. 7 ante* inquit *et al.*

---

das Volksschulwesen: G. Schöppa. Das höhere Knabenschulwesen: A. Matthias. Das höhere Mädchenschulwesen: H. Gaudig. Das Fach- und Fortbildungsschulwesen: G. Kerschensteiner. Die geisteswissenschaftliche Hochschulausbildung: F. Paulsen. Die naturwissenschaftliche Hochschulausbildung: W. v. Dyck. B. Museen. Kunst- und Kunstgewerbe-Museen: L. Pallat. Naturwissenschaftlich-technische Museen: K. Kraepelin. C. Ausstellungen. Kunst- und Kunstgewerbe-Ausstellungen: J. Lessing. Naturwissenschaftlich-technische Ausstellungen: O. N. Witt. D. Die Musik: G. Göhler. E. Das Theater: P. Schlenther. F. Das Zeitungswesen: K. Bücher. G. Die [illegible]: R. Pietschmann. H. Die Bibliotheken: F. Milkau. — Die Organisation der Wissenschaft: H. Diels. (XV u. 671 S.) 1906. Preis geh. M 16.—, in Leinwand geb. M 18.—

Teil I, Abt. 3, 1: **Die orientalischen Religionen.** Inhalt: Die Anfänge der Religion und die R. der primitiven Völker: Ed. Lehmann. — Die ägyptische R.: A. Erman. — Die asiatischen R.: Die babylonisch-assyrische R.: C. Bezold. — Die indische R.: H. Oldenberg. — Die iranische R.: H. Oldenberg. — Die R. des Islams: J. Goldziher. — Der Lamaismus: A. Grünwedel. — Die R. der Chinesen: J. J. M. de Groot. — Die R. der Japaner: a) Der Shintoismus: K. Florenz, b) Der Buddhismus: H. Haas. (VII u. 267 S.) 1906. Preis geh. M 7.—, in Leinwand geb. M 9.—

Teil I, Abt. 4: **Die christliche Religion mit Einschluß der israelitisch-jüdischen Religion.** Inhalt: Die israelitisch-jüdische Religion: J. Wellhausen. — Die R. Jesu und die Anfänge des Christentums bis zum Nicaenum: A. Jülicher. — Kirche und Staat bis zur Gründung der Staatskirche: A. Harnack. — Griechisch-orthodoxes Chr. und Kirche in Mittelalter und Neuzeit: N. Bonwetsch. — Chr. und Kirche Westeuropas im Mittelalter: K. Müller. — Katholisches Chr. und Kirche in der Neuzeit: F. X. Funk. — Protestantisches Chr. und Kirche in der Neuzeit: E. Troeltsch. — Wesen der Religion und der Religionswissenschaft: E. Troeltsch. — Christl.-kathol. Dogmatik: J. Pohle. — Christl.-kathol. Ethik: J. Mausbach. — Christl.-kathol. prakt. Theologie: C. Krieg. — Christl.-protest. Dogmatik: W. Herrmann. — Christl.-protest. Ethik: R. Seeberg. — Christl.-protest. praktische Theologie: W. Faber. — Die Zukunftsaufgaben der Religion und der Religionswissenschaft: H. J. Holtzmann. (XI u. 752 S.) 1906. Preis geh. M 16.—, in Leinwand geb. M 18.— Auch in 2 Hälften: 1. Geschichte der christlichen Religion. geh. M 9.60, geb. M 11.— 2. Systematische Theologie. geh. M 6.60, geb. M 8.—

Teil I, Abt. 6: **Systematische Philosophie.** Inhalt: Das Wesen der Philo[illegible]